SAN AGUSTÍN DE HIPONA

Epístolas

Epistolas

TOMO III · VI

SABBATISMUS

San Agustín de Hipona (354–430)
Epistolas · Epístolas

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Epístola CXXIII. 7
Carta CXXX. 53
CAPÍTULO PRIMERO. 53
CAPÍTULO II. 55
CAPÍTULO III. 59
CAPÍTULO IV. 61
CAPÍTULO V. 63
CAPÍTULO VI. 65
CAPÍTULO VII. 67
CAPÍTULO VIII. 67
CAPÍTULO IX. 71
CAPÍTULO X. 73
CAPÍTULO XI. 75
CAPÍTULO XII. 75
CAPÍTULO XIII. 77
CAPÍTULO XIV. 79
CAPÍTULO XV. 83
CAPÍTULO XVI. 83
Carta CXXXI. 87
Epistola CXXXVII. 103
CAPÍTULO PRIMERO. 103
CAPÍTULO II. 107
CAPÍTULO III. 113
CAPÍTULO IV. 117
CAPÍTULO V. 123
CAP. PRIMERO. 127
CAPÍTULO II. 135
CAPÍTULO III. 143
CAPÍTULO IV. 145
Carta CXXXIX. 149
SOBRE LA SIGUIENTE CARTA. (LIB. II RETRACT., CAP. XXXVI.) 155
Libro sobre 157
CAPÍTULO PRIMERO. 157
CAPÍTULO II. 159
CAPÍTULO III. 161
CAPÍTULO IV. 165
CAPÍTULO V. 167
CAPÍTULO VI. 169
CAPÍTULO VII. 173
CAPÍTULO VIII. 175
CAPÍTULO IX. 179
CAPÍTULO X. 181
CAPÍTULO XI. 183
CAPÍTULO XII. 185

CAPÍTULO XIII. ... 189
CAPÍTULO XIV. ... 191
CAPÍTULO XV. ... 193
CAPÍTULO XVI. ... 195
CAPÍTULO XVII. ... 199
CAPÍTULO XVIII. ... 201
CAPÍTULO XIX. ... 203
CAPÍTULO XX. ... 205
CAPÍTULO XXI. ... 207
CAPÍTULO XXII. ... 209
CAPÍTULO XXIII. ... 211
CAPÍTULO XXIV. ... 215
CAPÍTULO XXV. ... 217
CAPÍTULO XXVI. ... 219
CAPÍTULO XXVII. ... 223
CAPÍTULO XXVIII. ... 225
CAPÍTULO XXIX. ... 227
CAPÍTULO XXX. ... 229
CAPÍTULO XXXI. ... 233
CAPÍTULO XXXII. ... 235
CAPÍTULO XXXIII. ... 237
CAPÍTULO XXXIV. ... 239
CAPÍTULO XXXV. ... 241
CAPÍTULO XXXVI. ... 243
CAPÍTULO XXXVII. ... 245
Epístola CXLI. ... 247
EPÍSTOLA CXLIII. ... 265
Epistola CXLVI. ... 289
CAPÍTULO 1. ... 295
CAPÍTULO 2. ... 297
CAPÍTULO 3. ... 299
CAPÍTULO 4. ... 299
CAPÍTULO 5. ... 301
CAPÍTULO 6. ... 305
CAPÍTULO 7. ... 309
CAPÍTULO 8. ... 311
CAPÍTULO 9. ... 313
CAPÍTULO 10. ... 315
CAPÍTULO 10. ... 315
CAPÍTULO XII. ... 321
CAPÍTULO XIII. ... 323
CAPÍTULO XIV. ... 325
CAPÍTULO XV. ... 327
CAPÍTULO XVI. ... 331
CAPÍTULO XVII. ... 333

CAPÍTULO XVIII. 339
CAPÍTULO XX. 339
CAPÍTULO XXI. 341
CAPÍTULO XXII. 343
CAPÍTULO XXIII. 345
CARTA CXLVIII. 349
CAPÍTULO I. 349
CAPÍTULO II. 355
CAPÍTULO III. 359
CAPÍTULO IV. 361
CAPÍTULO V. 365
CAPÍTULO PRIMERO. 367
CAPÍTULO II. 377
CAPÍTULO III. 397
Epístola CLII. 411
CAPÍTULO PRIMERO. 413
CAPÍTULO II. 415
CAPÍTULO III. 417
CAPÍTULO IV. 421
CAPÍTULO V. 425
CAPÍTULO VI. 429
Epístola CLV. 445
CAPÍTULO PRIMERO. 445

Epistola CXXIII.

Hieronymus Augustino quaedam per aenigma renuntians.

Multi utroque claudicant pede , et ne fractis quidem cervicibus inclinantur, habentes affectum erroris pristini, cum praedicandi eamdem non habeant libertatem. Sancti fratres qui cum nostra sunt parvitate, praecipue sanctae ac venerabiles filiae tuae suppliciter te salutant. Fratres tuos, dominum meum Alypium, et dominum meum Evodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. Capta Jerusalem tenetur a Nabuchodonosor , nec Jeremiae vult audire consilia; quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes, et ibi servitute pereat sempiterna.

CLASSIS TERTIA. Epistolae quas ab anno habitae collationis cum Donatistis Pelagianaeque haereseos in Africa deprehensae, scripsit Augustinus deinceps reliquo tempore vitae suae, id est ab anno 411 ad 430.

EPISTOLA CXXIV. Augustinus ad Albinam, Pinianum et Melaniam ipsius desiderio venientes in Africam et Thagastae commorantes excusat se, quod illuc ad eos visendos pergere, non tam per hiemis rigorem, quam per statum Hipponensis Ecclesiae titubantem haud sibi licuisset.

Dominis in Domino insignibus, et sanctitate charissimis ac desideratissimis fratribus, ALBINAE, PINIANO, et MELANIAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Cum habitu valetudinis vel natura frigus ferre non possim, nunquam tamen majores aestus, quam ista hieme tam horrenda, perpeti potui, quod ad vos, ad quos volatu maria transeunda fuerant, tam in proximo constitutos, tam de longinquo visendi nos gratia venientes, non dicam pergere, sed volare non potui. Et forte Sanctitas vestra eamdem hiemalem asperitatem poenae meae tantum cause putaverit; absit, charissimi. Quid enim grave ac molestum, vel etiam periculosum habent imbres isti, quod non mihi subeundum ac ferendum fuit, ut ad vos venirem, tanta in tantis malis nostris solatia, in hac generatione tortuosa ac perversa, tam ardenter accensa de summo lumine lumina, suscepta humilitate sublimia, et contempta claritate clariora? Simul etiam fruerer carnalis patriae meae tam spirituali felicitate, quae vos etiam praesentes habere meruit: de quibus absentibus, cum id quod nati estis, et quod gratia Christi facti estis, audiret, quamvis charitate crederet, tamen, ne non crederetur, narrare forsitan verebatur.

Epístola CXXIII.

Jerónimo anuncia a Agustín algunas cosas por medio de un enigma.

Muchos cojean de ambos pies, y ni siquiera con las cervices rotas se inclinan, teniendo afecto por su error antiguo, puesto que no tienen la misma libertad de predicarlo. Los santos hermanos que están con nuestra pequeñez, especialmente tus santas y venerables hijas, te saludan suplicantes. Te ruego saludes en mi nombre a tus hermanos, mi señor Alipio y mi señor Evodio, a tu corona. Jerusalén, capturada, es poseída por Nabucodonosor, y no quiere oír los consejos de Jeremías; sino que más bien desea a Egipto, para morir en Tafnes y perecer allí en servidumbre sempiterna.

CLASE TERCERA. Epístolas que, desde el año de la conferencia tenida con los donatistas y de la herejía pelagiana descubierta en África, escribió Agustín sucesivamente por el resto del tiempo de su vida, esto es, desde el año 411 al 430.

EPÍSTOLA CXXIV. Agustín a Albina, Piniano y Melania, que por deseo suyo venían a África y permanecían en Tagaste, se excusa de que no le hubiera sido lícito dirigirse allí para visitarlos, no tanto por el rigor del invierno cuanto por el estado vacilante de la Iglesia de Hipona.

A los señores insignes en el Señor, y hermanos carísimos por su santidad y deseadísimos, ALBINA, PINIANO y MELANIA, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Aunque por el estado de mi salud o por mi naturaleza no puedo soportar el frío, nunca, sin embargo, he podido padecer mayores calores que en este invierno tan horrendo, por el hecho de que hacia vosotros, hacia quienes debiera haber cruzado los mares volando, estando establecidos tan cerca, y viniendo desde tan lejos con el fin de visitarnos, no digo ya caminar, sino que ni siquiera pude volar. Y tal vez vuestra Santidad haya pensado que esa misma aspereza invernal fue la única causa de mi pena; lejos de ello, carísimos. ¿Qué tienen de grave y molesto, o incluso de peligroso, estas lluvias, que yo no debiera haber afrontado y soportado para llegar a vosotros, consuelos tan grandes en medio de tan grandes males nuestros, en esta generación tortuosa y perversa, luces tan ardientemente encendidas de la suma luz, sublimes por la humildad asumida y más claras por la claridad despreciada? Al mismo tiempo también disfrutaría de la felicidad tan espiritual de mi patria carnal, que mereció teneros incluso presentes; de quienes, estando ausentes, cuando oía lo que sois por nacimiento y lo que habéis llegado a ser por la gracia de Cristo, aunque por caridad lo creía, sin embargo, para que no dejara de creerse, tal vez temía narrarlo.

2. Dicam igitur quare non venerim, et quibus malis a tanto bono impeditus sim; ut non solum a vobis veniam, sed etiam vestris orationibus, ab illo qui in vobis quod ei vivitis operatur, merear misericordiam. Populus Hipponensis, cui me Dominus servum dedit, cum ex magna et pene ex omni parte ita infirmus sit, ut pressura etiam levioris tribulationis possit graviter aegrotare, nunc tam magna tribulatione caeditur, ut etiamsi non sic esset infirmus, vix eam cum aliqua salute animi sustineret. Eum autem modo cum regressus sum, periculosissime scandalizatum comperi de absentia mea: vestris autem, de quorum spirituali robore gaudemus in Domino, sanis utique faucibus sapit quomodo dictum sit, Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror (II Cor. XI, 29)? Praesertim quoniam multi sunt hic, qui detrahendo nobis, caeterorum animos a quibus diligi videmur, adversus nos perturbare conantur, ut locum in eis diabolo faciant. Cum autem irascuntur nobis de quorum salute satagimus, magnum illis consilium vindicandi, est libido moriendi, non in corpore, sed in corde, ubi funus occulte prius suo putore sentitur, quam nostra cogitatione prospicitur. Huic meae sollicitudini procul dubio libenter ignoscitis; praesertim quoniam si succenseretis, et velletis ulcisci, nihil fortasse gravius inveniretis quam id quod patior, cum vos Thagastae non video. Spero autem vestris adjutus orationibus, quod mihi ad vos ubicumque in Africa fueritis, venire quantocius concedetur, cum hoc quo nunc detentus sum, praeterierit; si haec civitas in qua laboramus, digna non est, quia nec ego audeo dignam putare, quae nobiscum de vestra praesentia collaetetur.

EPISTOLA CXXV. Cum Hipponem ad invisendum Augustinum venisset Pinianus, ibique rei sacrae interesset, subito populi tumultu ad presbyterium postulatus fuit; nec evadere permissus donec jurasset non se Hippone discessurum, atque si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, nonnisi in ipsa Hipponensi Ecclesia suscepturum hoc munus. Conquesti sunt Albina filiique ipsius (puta Pinianus et Melania) Hipponenses pecuniae cupiditate virum praedivitem vindicare sibi sategisse, nulliusque vigoris esse volebant juramentum vi metuque extortum. Quam ob causam Augustinus ad Alypium scribit quomodo suspicionibus et querelis istis sit occurrendum, quave religione exsolvendum juramentum datum a Piniano.

Domino beatissimo et venerabiliter charissimo fratri et consacerdoti ALYPIO, et qui tecum sunt fratribus, AUGUSTINUS, et qui mecum sunt fratres, in Domino salutem.

2. Diré, pues, por qué no vine, y por qué males he sido impedido de tan gran bien; para que no solo alcance de vosotros el perdón, sino que también, por vuestras oraciones, merezca la misericordia de aquel que en vosotros obra aquello por lo que vivís para él. El pueblo de Hipona, a quien el Señor me dio como siervo, como en gran parte y casi en su totalidad es tan débil que incluso la presión de una tribulación más leve puede hacerlo enfermar gravemente, ahora es golpeado por una tribulación tan grande que, aunque no fuera tan débil, apenas la soportaría con alguna salud del alma. Pues ahora, cuando regresé, lo encontré peligrosísimamente escandalizado por mi ausencia; y ciertamente vuestros paladares sanos, de cuyo vigor espiritual nos alegramos en el Señor, saben cómo se ha dicho: ¿Quién enferma y yo no enfermo? ¿Quién se escandaliza y yo no me quemo? (2 Cor 11, 29). Especialmente porque hay aquí muchos que, denigrándonos, intentan perturbar contra nosotros los ánimos de los demás, por quienes parecemos ser amados, para dar lugar en ellos al diablo. Pues cuando se irritan contra nosotros, por cuya salvación nos desvelamos, su gran plan de venganza es la libido de morir, no en el cuerpo, sino en el corazón, donde el funeral se siente ocultamente por su propio hedor antes de que sea previsto por nuestro pensamiento. Sin duda alguna perdonaréis gustosamente esta mi solicitud; sobre todo porque, si os enojarais y quisierais vengaros, tal vez nada más grave encontraríais que lo que padezco al no veros en Tagaste. Espero, sin embargo, ayudado por vuestras oraciones, que se me conceda llegar cuanto antes hacia vosotros dondequiera que estéis en África, cuando esto por lo que ahora estoy detenido haya pasado; si es que esta ciudad en la que trabajamos no es indigna, pues ni yo me atrevo a considerarla digna de que se alegre junto con nosotros de vuestra presencia.

EPÍSTOLA CXXV. Habiendo venido Piniano a Hipona para visitar a Agustín, y estando allí presente en los sagrados misterios, por un súbito tumulto del pueblo fue reclamado para el presbiterio; y no se le permitió salir hasta que hubo jurado que no se marcharía de Hipona, y que si alguna vez le placía consentir en recibir el clericato, no recibiría este cargo sino en la misma Iglesia de Hipona. Se quejaron Albina y sus hijos (a saber, Piniano y Melania) de que los hiponenses, por codicia de dinero, se habían afanado por reivindicar para sí a un hombre riquísimo, y pretendían que no tuviera vigor alguno el juramento extorsionado por la fuerza y el miedo. Por esta causa escribe Agustín a Alipio sobre cómo debe salirse al paso de estas sospechas y quejas, y con qué religiosidad debe cumplirse el juramento dado por Piniano.

Al señor beatísimo y hermano venerable y carísimo y consacerdote ALIPIO, y a los hermanos que están contigo, AGUSTÍN, y los hermanos que están conmigo, salud en el Señor.

1. Dolemus quidem graviter, nec fieri potest ut parvipendamus quod in injurias Sanctitatis tuae populus Hipponensis tanta clamavit; sed multo gravius dolendum est, frater bone, talia de nobis existimari, quam illa clamari. Quando enim nos credimur cupiditate pecuniae, non dilectione justitiae servos Dei velle retinere, nonne optandum est ut qui hoc credunt, occultum cordis sui voce testentur, ac sic aliqua, si fieri potest, tanto majora remedia requirantur, quam ut taciti pereant perniciosis suspicionibus venenati? Quapropter magis satagendum est, unde etiam priusquam hoc fieret locuti sumus, quomodo persuadeatur hominibus, quibus nos ad exemplum bonorum operum praebere praecipimur, falsum esse quod suspicantur, quam quomodo arguendi sint, qui suspiciones suas vocibus verbisque declarant.

2. Proinde ego sanctae Albinae non succenseo, nec arguendam judico, sed a tali suspicione sanandam. Quae, quia non in meam personam eadem verba direxit, sed tanquam de Hipponensibus questa est, quod aperuerint cupiditatem suam, se non clericatus, sed pecuniae causa hominem divitem, atque hujusmodi pecuniae contemptorem et largitorem apud se tenere voluisse; tamen quod de nobis senserit, pene clamavit: nec ipsa tantum, verum etiam sancti filii ejus, qui hoc etiam ipsa die in abside dixerunt. Hos ergo, ut dixi, magis sanandos ab hujusmodi suspicionibus, quam propter has arguendos existimo. Ubi enim nobis a spinis talibus securitas et requies praeparari vel praeberi potest, si adversus nos in tam sanctis nobisque charissimis cordibus nostris pullulare potuere? De te quippe imperitum vulgus hoc sensit; de nobis, lumina Ecclesiae: unde quid magis dolendum sit, vides. Utrumque autem non accusandum censeo, sed sanandum: homines enim sunt, et de hominibus talia, licet falsa, non tamen incredibilia suspicantur. Nam utique non usque adeo desipiunt tales homines, ut credant populum suam desiderare pecuniam; praesertim jam experti quod nihil ex ea populus Thagastensis accepit: sic ergo et Hipponensis. Verum omnis haec invidia non nisi in clericos aestuat, maximeque in episcopos, quorum videtur praeminere dominatus, qui uti fruique rebus Ecclesiae tanquam possessores et domini existimantur. Ad istam cupiditatem tam noxiam atque mortiferam, si fieri potest, mi Alypi, non aedificentur per nos infirmi. Recordare quid locuti fuerimus, antequam ista tentatio, quae plus ad hoc cogit, accideret. Ex hoc potius conferendo, adjuvante Domino, providere conemur; nec nobis sufficiat nostra conscientia, quia non talis causa est ubi debeat sola sufficere. Si enim servi Dei non reprobi sumus, si aliquid viget in nobis illius igniculi quo charitas non quaerit quae sua sunt; providere utique debemus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne tranquillam aquam bibentes in nostra conscientia, pedibus incautis agere convincamur, ut oves dominicae turbidam bibant.

1. Nos duele ciertamente con gravedad, y no puede ser que estimemos en poco lo que el pueblo de Hipona gritó tanto en injuria de tu Santidad; pero mucho más gravemente debe doler, buen hermano, que se piensen tales cosas de nosotros, que el hecho de que aquellas se griten. Pues cuando se cree que nosotros queremos retener a los siervos de Dios por codicia de dinero y no por amor a la justicia, ¿no es de desear que quienes esto creen atestigüen con su voz lo oculto de su corazón, y así se busquen algunos remedios tanto mayores cuanto sea posible, antes que perezcan tácitamente envenenados por sospechas perniciosas? Por lo cual hay que afanarse más en esto —de lo cual ya hablamos antes de que esto sucediera—: en cómo persuadir a los hombres, a quienes se nos manda ofrecernos como ejemplo de buenas obras, de que es falso lo que sospechan, más que en cómo han de ser reprendidos quienes declaran sus sospechas con voces y palabras.

2. Por tanto, yo no me enojo con la santa Albina, ni juzgo que deba ser reprendida, sino sanada de tal sospecha. Ella, aunque no dirigió esas mismas palabras a mi persona, sino que se quejó como de los hiponenses, diciendo que habían manifestado su codicia al querer tener consigo, no por causa del clericato sino por el dinero, a un hombre rico y que desprecia y reparte tal dinero; sin embargo, casi gritó lo que sentía de nosotros: y no solo ella, sino también sus santos hijos, que dijeron esto mismo aquel día en el ábside. A estos, pues, como dije, estimo que hay que sanarlos más bien de tales sospechas que reprenderlos por ellas. ¿Pues dónde podrá prepararse u ofrecerse para nosotros seguridad y descanso frente a tales espinas, si pudieron brotar contra nosotros en corazones tan santos y tan queridos para nosotros? Ciertamente el vulgo inexperto sintió esto de ti; de nosotros, las lumbreras de la Iglesia: por lo cual ves qué es lo que más debe doler. Pero opino que ni unos ni otros deben ser acusados, sino sanados: son hombres, y sospechan de los hombres tales cosas que, aunque falsas, no son sin embargo increíbles. Porque ciertamente no desvarían hasta tal punto tales personas como para creer que el pueblo desea su dinero, especialmente habiendo experimentado ya que el pueblo de Tagaste nada recibió de él; así pues, tampoco el de Hipona. Pero toda esta envidia no hierve sino contra los clérigos, y máxime contra los obispos, cuyo dominio parece sobresalir, y a quienes se considera que usan y disfrutan de los bienes de la Iglesia como poseedores y dueños. Ante esta codicia tan nociva y mortífera, si es posible, mi querido Alipio, no se edifiquen por nuestra causa los débiles. Recuerda lo que hablábamos antes de que ocurriera esta tentación que más obliga a ello. Conferenciando sobre esto, procuremos más bien proveer, con la ayuda del Señor; y no nos baste nuestra conciencia, porque no es tal la causa donde ella sola deba bastar. Pues si no somos siervos de Dios reprobados, si algo vive en nosotros de aquella centellita por la cual la caridad no busca lo suyo, debemos ciertamente proveer el bien, no solo ante Dios, sino también ante los hombres, para que, bebiendo agua tranquila en nuestra conciencia, no seamos convictos de obrar con pies descuidados, de modo que las ovejas del Señor beban agua turbia.

3. Nam quod scripsisti, de genere jurationis violenter extortae, ut inter nos requiramus, obsecro te ne res lucidissimas disputatio nostra faciat obscuras. Si enim certa mors intentaretur, ut aliquid illicitum ac nefarium servus Dei se juraret esse facturum, mori malle quam jurare debuerat, ne jurationem scelere impleret. Nunc vero cum tantummodo populi perseverantissimus clamor, ad nullum nefas hominem cogeret, sed ad id quod si fieret, licite fieret; cumque metueretur quidem ne aliqui perditi, qui multitudini etiam bonorum plerumque miscentur, occasione seditionis et quasi justae indignationis inventa, in aliquam vim sceleratam rapinarum cupiditate prorumperent, sed tamen illud quod metuebatur esset incertum; quis censeat propter incerta, non dico damna et quaslibet injurias corporales, sed propter ipsam mortem cavendam, certum perjurium debere committi? Nescio quis ille Regulus nihil in Scripturis sanctis de impietate falsae jurationis audierat, nihil de Zachariae falce didicerat, et nimirum Carthaginensibus non per sacramenta Christi, sed per daemonum inquinamenta juraverat; et tamen certissimos cruciatus et horrendi exempli mortem, non ut juraret necessitate pertimuit, sed libera voluntate quia juraverat, ne pejeraret excepit. Et Romana tunc illa censura noluit habere, non in numero sanctorum, sed in numero senatorum, nec in coelesti gloria, sed in terrestri curia, non solum eos qui metu mortis crudeliumque poenarum apertissime pejerare, quam ad immanes hostes remeare maluerant; sed etiam illum qui reatu perjurii se putaverat absolutum, quia post jurationem ficta nescio qua necessitate redierat. Ita non attenderunt, qui eum senatu pepulerunt, quid ipse jurando cogitasset, sed quid ab illo quibus juraverat exspectarent. Nec legerant quod nos usquequaque cantamus: Qui jurat proximo suo, et non decipit (Psal. XIV 4). Solemus haec, quamvis in hominibus a Christi gratia et nomine alienis, cum ingenti admiratione laudare; et adhuc in Libris divinis inquirendum putamus, utrum aliquando licite pejeremus, ubi nobis, ne jurandi facilitate in perjurium prolabamur, etiam praeceptum est ne juremus!

4. Illud sane rectissime dici non ambigo, non secundum verba jurantis, sed secundum exspectationem illius cui juratur, quam novit ille qui jurat, fidem jurationis impleri. Nam verba difficillime comprehendunt, maxime breviter, sententiam cujus a jurante fides exigitur. Unde perjuri sunt, qui servatis verbis, exspectationem eorum quibus juratum est deceperunt; et perjuri non sunt, qui etiam verbis non servatis, illud quod ab eis cum jurarent exspectatum est, impleverunt.

3. Pues sobre lo que escribiste acerca del género de juramento extorsionado violentamente, para que lo tratemos entre nosotros, te ruego que nuestra discusión no oscurezca las cosas más claras. Pues si se amenazara con una muerte cierta para que el siervo de Dios jurara que había de hacer algo ilícito y nefario, debería preferir morir antes que jurar, para no cumplir el juramento con un crimen. Pero ahora, cuando solamente el clamor perseverantísimo del pueblo no obligaba al hombre a ninguna maldad, sino a aquello que, si se hacía, se haría lícitamente; y cuando se temía ciertamente que algunos perdidos, que a menudo se mezclan con la multitud incluso de los buenos, hallada la ocasión de la sedición y de una cuasi justa indignación, prorrumpieran en alguna violencia criminal por codicia de rapiñas, pero sin embargo lo que se temía era incierto; ¿quién juzgará que por cosas inciertas —no digo daños y cualquier injuria corporal, sino por evitar la misma muerte— deba cometerse un perjurio cierto? No sé quién era aquel Régulo: nada había oído en las sagradas Escrituras sobre la impiedad del falso juramento, nada había aprendido de la hoz de Zacarías, y sin duda había jurado a los cartagineses no por los sacramentos de Cristo, sino por las inmundicias de los demonios; y sin embargo, no temió por necesidad unos tormentos ciertísimos y una muerte de horrendo ejemplo para no jurar, sino que, porque había jurado, aceptó por libre voluntad no perjurar. Y aquella censura romana no quiso entonces tener —no en el número de los santos, sino en el de los senadores, ni en la gloria celestial, sino en la curia terrestre— no solo a aquellos que, por miedo a la muerte y a penas crueles, habían preferido perjurar abiertamente antes que regresar ante enemigos feroces; sino también a aquel que se había creído absuelto del reato de perjurio porque después del juramento había regresado bajo pretexto de no sé qué fingida necesidad. Así, quienes lo expulsaron del senado no atendieron a lo que él mismo hubiera pensado al jurar, sino a lo que de él esperaban aquellos a quienes había jurado. Ni habían leído lo que nosotros cantamos en todas partes: Quien jura a su prójimo y no lo engaña (Sal 14, 4). Solemos alabar estas cosas con inmensa admiración, aunque sea en hombres ajenos a la gracia y al nombre de Cristo; ¡y todavía pensamos que en los libros divinos se ha de investigar si alguna vez podemos perjurar lícitamente, cuando incluso se nos manda no jurar para que por la facilidad de jurar no caigamos en el perjurio!

4. No dudo que se dice muy rectamente que la fidelidad del juramento se cumple, no según las palabras del que jura, sino según la expectativa de aquel a quien se jura, la cual conoce el que jura. Pues las palabras comprenden con mucha dificultad, sobre todo brevemente, la sentencia de cuya fidelidad se exige fe al que jura. Por lo cual son perjuros los que, guardadas las palabras, defraudaron la expectativa de aquellos a quienes se juró; y no son perjuros los que, aun no guardadas las palabras, cumplieron aquello que de ellos se esperaba cuando juraban.

Proinde quia Hipponenses sanctum Pinianum non sicut damnatum, sed sicut charissimum inhabitatorem suae civitatis habere voluerunt, etsi verbis ejus non satis comprehendi potuit, usque adeo tamen in promptu est quid ab illo exspectaverint, ut quod nunc post jurationem absens est, neminem moveat eorum qui audire potuerunt, certa eum causa profecturum esse, cum voluntate redeundi. Ac per hoc perjurus nec erit, nec ab eis putabitur, nisi eorum exspectationem deceperit: non autem decipiet, nisi aut voluntatem mutaverit apud eos habitandi, aut aliquando discesserit sine dispositione redeundi; quod absit ab ejus moribus et fide, quam Christo et Ecclesiae debitam servat. Nam, ut omittam quod mecum nosti, quam sit tremendum de perjurio divinum judicium; illud certe scio, nulli nos deinceps succensere debere qui nobis jurantibus non crediderit, si talis viri perjurium non modo aequo animo ferendum, verum etiam defendendum putabimus. Quod et a nobis et ab illo avertat illius misericordia, qui eruit a tentatione sperantes in se. Sicut ergo in commonitorio rescripsisti, impleat promissum quo ita se promisit ab Hippone non recessurum, quemadmodum ego vel ipsi Hipponenses non recedimus, quibus tamen et abeundi et redeundi facultas est libera: nisi quod his qui juratione non detinentur, etiam omnino et migrandi et non redeundi sine perjurii reatu potestas est.

5. Clericos sane nostros vel fratres in monasterio constitutos, participes vel hortatores fuisse contumeliarum tuarum, utrum probari possit, ignoro. Nam cum hoc quaesissem, dictum est unum tantummodo Carthaginensium de monasterio clamasse cum populo, cum illum presbyterum peterent, non cum in te indigna jactarent. Adjunxi huic epistolae ipsius promissionis exemplum, ex chartula eadem translatum, quam ipse subscripsit, et me inspiciente emendatum.

EPISTOLA CXXVI. Ejusdem argumenti cum superiore: Albinae scilicet Augustinus exponit quomodo res apud Hipponem circa Pinianum gesta fuerit, expostulationibus ejus et male conceptis suspicionibus satisfaciens.

Dominae sanctae ac venerabili famulae Dei ALBINAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Dolorem animi tui, quem te scribis explicare non posse, consolari aequum est, non augere; ut si fieri potest, sanemus suspiciones tuas, non ut eis pro nostra causa succensendo, venerandum cor tuum et Deo dicatum amplius perturbemus. Sancto fratri nostro, filio tuo Piniano, nullus ab Hipponensibus metus mortis ingestus est, etiamsi forte ipse tale aliquid timuit. Nam et nos metuebamus ne ab aliquibus perditis, qui saepe multitudini occulta conspiratione miscentur, in violentam prorumperetur audaciam, occasione seditionis inventa quam velut justa indignatione concitarent.

Por tanto, ya que los hiponenses quisieron tener al santo Piniano no como a un condenado, sino como a un carísimo habitante de su ciudad, aunque no pudo comprenderse suficientemente en sus palabras, es sin embargo tan patente lo que de él esperaban, que a ninguno de los que pudieron oírlo le mueve el que ahora esté ausente después del juramento, sabiendo que ha de partir por causa cierta y con voluntad de regresar. Y por esto ni será perjuro ni será tenido por tal ante ellos, a no ser que defraude la expectativa de los mismos; pero no la defraudará a menos que cambie su voluntad de habitar entre ellos, o que se marche alguna vez sin disposición de volver; lo cual esté lejos de sus costumbres y de la fe que debe a Cristo y a la Iglesia. Pues, por omitir lo que tú conoces conmigo, cuán tremendo es el juicio divino sobre el perjurio, ciertamente sé que no debemos enojarnos en adelante con nadie que no crea a nuestros juramentos, si pensamos que el perjurio de tal hombre no solo se ha de llevar con ánimo ecuánime, sino incluso que se ha de defender. Que de nosotros y de él aparte esto la misericordia de aquel que libra de la tentación a los que en él esperan. Así pues, como respondiste en el memorial, cumpla la promesa por la que así se prometió no apartarse de Hipona, del mismo modo que yo o los mismos hiponenses no nos apartamos, a quienes sin embargo nos es libre la facultad tanto de irnos como de volver; excepto que para estos que no están retenidos por juramento, es lícito incluso el poder de emigrar del todo y no volver sin reato de perjurio.

5. En cuanto a si nuestros clérigos o los hermanos establecidos en el monasterio fueron partícipes o instigadores de tus injurias, ignoro si podrá probarse. Pues habiendo preguntado sobre esto, se me dijo que solo uno de los cartagineses, del monasterio, gritó con el pueblo cuando pedían a aquel para presbítero, pero no cuando lanzaban contra ti cosas indignas. He adjuntado a esta epístola el ejemplar de la misma promesa, trasladado de la misma cédula que él mismo suscribió y que fue enmendada bajo mi inspección.

EPÍSTOLA CXXVI. Del mismo argumento que la anterior: a saber, Agustín expone a Albina cómo se desarrolló el asunto en Hipona en torno a Piniano, satisfaciendo sus reclamaciones y sospechas mal concebidas.

A la señora santa y venerable sierva de Dios ALBINA, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. El dolor de tu ánimo, que escribes no poder explicar, es justo consolarlo, no aumentarlo; para que, si es posible, sanemos tus sospechas, no para que, enojándonos con ellas por causa nuestra, perturbemos más tu corazón venerable y consagrado a Dios. Ningún miedo a la muerte fue infundido por los hiponenses a nuestro santo hermano, tu hijo Piniano, aunque tal vez él mismo temió algo semejante. Pues también nosotros temíamos que por algunos perdidos que a menudo se mezclan con la multitud por oculta conspiración, se prorrumpiera en una audacia violenta, hallada la ocasión de la sedición que concitaran como por una justa indignación.

Sed, sicut post audire potuimus, nihil tale a quoquam dictum est vel molitum: sed vere in fratrem meum Alypium multa contumeliosa et indigna clamabant, a quo tam ingenti reatu utinam per illius orationes mereantur absolvi. Ego autem post primos eorum clamores, cum eis dixissem de illo invito non ordinando qua jam promissione detinerer, atque adjecissem quod si mea fide violata illum haberent presbyterum, me episcopum non haberent, ad nostra subsellia, relicta turba redieram. Tum illi aliquantulum inopinata mea responsione cunctati atque turbati, velut flamma vento paululum pressa, deinde coeperunt multo ardentius excitari, existimantes fieri posse ut vel mihi extorqueretur illud non servare promissum, vel me tenente promissi fidem, ab alio episcopo ordinaretur. Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in absidem honoratiores et graviores ascenderant, nec a promissi fide me posse dimoveri, nec ab alio episcopo in ecclesia mihi tradita, nisi me interrogato ac permittente, posse ordinari; quod si permitterem, a fide nihilominus deviarem. Addebam etiam, nihil eos velle, si ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet. Illi hoc posse fieri non credebant. Multitudo vero pro gradibus constituta, horrendo et perseverantissimo clamorum fremitu in eadem voluntate persistens, incertos animi consiliique faciebat. Tunc illa in fratrem meum indigna clamabantur, tunc a nobis graviora timebantur.

3. Inter hos aestus meos gravemque moerorem, et nullius consilii respirationem, ecce repente atque inopinate sanctus filius noster Pinianus mittit ad me servum Dei, qui mihi diceret, eum se velle populo jurare, quod si esset ordinatus invitus, ex Africa omnino discederet; credo, existimans eos, quandoquidem pejerare non posset, non jam ulterius infructuosa perseverantia clamaturos, ad expellendum hinc hominem, quem saltem deberemus habere vicinum. Mihi autem, quia videbatur vehementiorem eorum dolorem post hanc jurationem fuisse metuendum, apud me tacitus habui; et quia simul petierat ut ad eum venirem, non distuli. Cum mihi dixisset hoc ipsum, continuo et illud adjunxit eidem jurationi, quod mihi, dum ad eum pergo, per alium Dei servum mandaverat, de praesentia scilicet sua, si ei clericatus sarcinam nolenti nullus imponeret. Hic ego in tantis angustiis quasi aura spirante recreatus, nihil ei respondi; sed ad fratrem Alypium gradu concitatiore perrexi, eique quid dixerit dixi.

Pero, según pudimos oír después, nada tal fue dicho ni tramado por nadie: pero verdaderamente gritaban muchas cosas contumeliosas e indignas contra mi hermano Alipio, de cuyo tan inmenso reato ojalá merezcan ser absueltos por las oraciones de aquel. Yo, sin embargo, después de los primeros clamores de ellos, habiéndoles dicho por qué promesa estaba retenido para no ordenarlo contra su voluntad, y habiendo añadido que si, violada mi fe, lo tenían a él por presbítero, no me tendrían a mí por obispo, me había retirado a nuestros asientos, dejada la turba. Entonces ellos, dudando un poco y turbados por mi inesperada respuesta, como llama oprimida un poco por el viento, comenzaron después a excitarse mucho más ardientemente, pensando que podía suceder o que se me arrancara el no cumplir aquella promesa, o que, manteniendo yo la fe de la promesa, fuera ordenado por otro obispo. Yo decía a los que podía, a los más honrados y graves que habían subido hacia nosotros al ábside, que ni podía apartarme de la fe de la promesa, ni podía ser ordenado en la iglesia que me había sido entregada por otro obispo a no ser consultándome a mí y con mi permiso; y que si lo permitía, me desviaría no obstante de la fe. Añadía también que ellos nada querían si se ordenaba contra su voluntad, sino que, una vez ordenado, se marchara. Ellos no creían que esto pudiera suceder. Pero la multitud situada ante las gradas, persistiendo en la misma voluntad con un horrendo y perseverantísimo estrépito de clamores, nos hacía estar inciertos de ánimo y de consejo. Entonces se gritaban aquellas cosas indignas contra mi hermano, entonces se temían por nosotros cosas más graves.

3. En medio de estas mis agitaciones y de mi grave tristeza, y sin respiro de consejo alguno, he aquí que de repente e inesperadamente nuestro santo hijo Piniano me envía a un siervo de Dios para decirme que quería jurar al pueblo que, si era ordenado contra su voluntad, se marcharía totalmente de África; creo que pensando que ellos, puesto que él no podría perjurar, ya no gritarían más con infructuosa perseverancia para expulsar de aquí a un hombre a quien al menos deberíamos tener como vecino. Yo, sin embargo, como me parecía que se debía temer un dolor más vehemente de ellos tras este juramento, lo guardé en silencio para mí; y como al mismo tiempo había pedido que fuera a él, no lo dilaté. Habiéndome dicho esto mismo, continuamente añadió a aquel mismo juramento lo que me había mandado por otro siervo de Dios mientras yo me dirigía a él, a saber, acerca de su presencia, si nadie le imponía contra su voluntad la carga del clericato. Aquí yo, en tan grandes angustias recreado como por un aura que soplara, nada le respondí; sino que me dirigí con paso más apresurado hacia el hermano Alipio, y le dije lo que aquel había dicho.

At ille, ut existimo, devitans ne quid se auctore fieret, unde vos putabat offendi, Hinc me, inquit, nemo consulat. Quo audito, ad populum tumultuantem perrexi, factoque silentio, quid promissum esset cum promissione etiam jurationis aperui. Illi vero qui solum ejus presbyterium cogitabant atque cupiebant, non ita ut putabam quod oblatum fuerat acceperunt; sed inter se aliquantulum mussitantes, petiverunt ut adderetur eidem promissioni atque jurationi, ut si quando illi ad suscipiendum clericatum consentire placuisset, non nisi in ipsa Hipponensi ecclesia consentiret. Retuli ad eum; sine dubitatione annuit. Renuntiavi illis, laetati sunt; et mox jurationem pollicitam poposcerunt.

4. Reverti ad filium nostrum, eumque inveni fluctuantem quibusnam verbis comprehendi posset illa cum juratione promissio, propter necessitates irruentes, quae possent eum ut abscederet cogere. Simul etiam quid timeret ostendit, ne quis irruisset hostilis incursus, qui esset discessione vitandus. Volebat addi sancta Melania, et aeris morbidi causationem; sed illius responsione reprehensa est. Ego autem dixi, gravem ab illo et non contemnendam causam necessitatis ingestam, quae cives etiam emigrare compelleret: sed si haec populo dicerentur, timendum esse ne male nos ominari videremur; si autem sub generali necessitatis nomine fieret excusatio, non nisi fraudulentam necessitatem putari. Placuit tamen ut de hac re populi animum experiremur; et nihil aliud quam id quod putaveramus invenimus. Nam cum ejus verba a diacono dicta recitarentur, et omnia placuissent; ubi nomen interpositae necessitatis insonuit, continuo reclamatum est, promissioque displicuit, tumultu recrudescente, et nihil aliud quam fraude secum agi populo existimante. Quod cum sanctus filius noster vidisset, jussit inde auferri nomen necessitatis, rursumque ad laetitiam populus remeavit.

5. Et cum lassitudinem excusarem, sine me ad plebem accedere noluit; simul accessimus. Dixit ei quae a diacono audita erant se mandasse, se jurasse, eaque se esse facturum, continuoque omnia eo tenore quo dictaverat, prosecutus est. Responsum est, Deo gratias, et petitum ut totum scriptum subscriberetur. Dimisimus catechumenos, continuoque scriptum subscripsit. Deinde peti coepimus nos episcopi, non vocibus populi, sed tamen a populo per honestos fideles, ut nos quoque subscriberemus. At ubi coepi subscribere, sancta Melania contradixit. Miratus sum quare tam sero, quasi promissionem illam et jurationem nos, non subscribendo, facere possemus infectam: sed tamen obtemperavi; ac sic remansit mea non plena subscriptio, nec ultra nobis quisquam ut subscriberemus putavit instandum.

Pero él, como estimo, evitando que se hiciera algo por su autoridad por lo que pensaba que vosotros os ofenderíais, dijo: «En esto, que nadie me consulte». Oído lo cual, me dirigí al pueblo tumultuoso, y hecho silencio, manifesté lo que se había prometido junto con la promesa del juramento. Ellos, en verdad, que solo pensaban y deseaban su presbiterio, no aceptaron lo que se les ofrecía tal como yo pensaba; sino que, musitando algo entre sí, pidieron que se añadiera a aquella misma promesa y juramento que, si alguna vez le placía consentir en recibir el clericato, no consentiría sino en la misma iglesia de Hipona. Se lo referí a él; asintió sin duda alguna. Se lo anuncié a ellos, se alegraron; y pronto pidieron el juramento prometido.

4. Regresé hacia nuestro hijo, y lo encontré fluctuando en qué palabras podría comprenderse aquella promesa con juramento, a causa de las necesidades que pudieran sobrevenir y que pudieran obligarlo a marcharse. Al mismo tiempo también mostró lo que temía: que sobreviniera alguna incursión hostil que debiera evitarse con la partida. La santa Melania quería que se añadiera la causa de un aire malsano; pero fue rechazada por la respuesta de aquel. Yo, sin embargo, dije que por su parte se había introducido una causa de necesidad grave y no despreciable, que obligaría incluso a los ciudadanos a emigrar; pero que si esto se decía al pueblo, se debía temer que pareciéramos presagiar males; y que si la excusa se hacía bajo el nombre general de necesidad, no se pensaría sino en una necesidad fraudulenta. Sin embargo, plugo que experimentáramos el ánimo del pueblo sobre este asunto; y no hallamos otra cosa que lo que habíamos pensado. Pues cuando el diácono recitaba sus palabras y todas habían placido, en cuanto sonó el nombre de la necesidad interpuesta, continuamente se reclamó y la promesa desagradó, recrudeciéndose el tumulto y pensando el pueblo que no se trataba con ellos sino con fraude. Lo cual, cuando nuestro santo hijo lo vio, mandó que se quitara de allí el nombre de la necesidad, y el pueblo volvió de nuevo a la alegría.

5. Y aunque yo me excusaba por el cansancio, no quiso acceder a la plebe sin mí; accedimos juntos. Dijo que él había mandado y jurado las cosas que se habían oído del diácono, y que él las cumpliría; y continuamente prosiguió todas las cosas en el mismo tenor en que las había dictado. Se respondió: «Gracias a Dios», y se pidió que se suscribiera todo el escrito. Despedimos a los catecúmenos, y continuamente suscribió el escrito. Después empezamos a ser pedidos nosotros los obispos, no con voces del pueblo, sino sin embargo por el pueblo a través de fieles honrados, para que nosotros también suscribiéramos. Pero cuando empecé a suscribir, la santa Melania se opuso. Me admiré de por qué tan tarde, como si nosotros, al no suscribir, pudiéramos anular aquella promesa y juramento; pero sin embargo obedecí, y así permaneció mi suscripción no completa, ni nadie más pensó que debía instársenos a suscribir.

6. Qui autem alio die posteaquam ipsum discessisse didicerunt, fuerint motus vel linguae hominum, quantum satis arbitratus sum, Sanctitati vestrae per commonitorium intimare curavi. Quisquis itaque vobis contraria his quae narravi, forte narravit, aut mentitur, aut fallitur. Quaedam enim quae mihi ad curam non pertinere visa sunt, praetermisisse me sentio; nulla tamen falsa dixisse. Proinde sanctus filius noster Pinianus, quod me praesente ac permittente juraverit, verum est: quod autem me praecipiente juraverit, falsum est. Scit ipse, sciunt servi Dei quos ad me misit, primo sanctus Barnabas, deinde Timasius, per quem etiam de promissione praesentiae suae mihi mandavit. Ipse quoque populus ad presbyterium, non ad jusjurandum clamando cogebat: sed oblatum sibi non respuit, ea spe quo posset in eodem apud nos habitante voluntas fieri, quo consentiret ad ordinationem, ne sicut juraverat, si invitus ordinaretur, abscederet. Ac per hoc et illi propter opus Dei clamaverunt (neque enim sanctificatio presbyterii non est opus Dei); et quod postea de promissa praesentia gratulati non sunt, nisi adderetur quod si quando ad suscipiendum clericatum consentire vellet, nonnisi in Hipponensi ecclesia consentiret, satis in promptu est quod etiam de ipsa ejus apud se habitatione speraverint, ideoque ab illo operis Dei desiderio non recesserunt.

7. Quomodo ergo dicis hoc eos fecisse turpissimo appetitu pecuniae? Primo quia ad plebem quae clamabat, omnino non pertinet: sicut enim plebs Thagastensis de his quae contulistis Ecclesiae Thagastensi, non habet nisi gaudium boni operis vestri; sic et Hipponensis et cujuslibet alterius loci, ubi de mammona iniquitatis Domini praecepta fecistis, vel estis ubicumque facturi. Non ergo populus ut de tanto viro Ecclesiae consuleret suae ardentissime flagitans, suum pecuniarium quaesivit commodum a vobis; sed vestrum pecuniae contemptum dilexit in vobis. Nam si in me dilexerunt, quod audierant paucis agellulis paternis contemptis, ad Dei liberam servitutem me fuisse conversum, neque in hoc inviderunt Ecclesiae Thagastensi, quae carnalis patria mea est; sed cum illa clericatum mihi non imposuisset, quando potuerunt, habendum invaserunt: quanto flagrantius in nostro Piniano amare potuerunt tantam mundi hujus cupiditatem, tantas opes, tantam spem, tanta conversione superatam atque calcatam! Ego quippe secundum multorum sensum comparantium semetipsos sibimetipsis, non divitias dimisisse, sed ad divitias videor venisse.

6. Cuáles hayan sido los movimientos o las lenguas de los hombres al día siguiente de saber que él se había marchado, he procurado comunicarlo a vuestra Santidad a través del memorial, cuanto estimé suficiente. Por tanto, quienquiera que os haya contado cosas contrarias a estas que yo he narrado, o miente o se equivoca. Siento, en efecto, haber omitido algunas cosas que me pareció que no pertenecían a mi cuidado; pero no haber dicho ninguna falsa. Por consiguiente, es verdad que nuestro santo hijo Piniano juró estando yo presente y permitiéndolo; pero es falso que jurara por mandato mío. Lo sabe él mismo, lo saben los siervos de Dios que me envió, primero el santo Bernabé, después Timasio, por quien también me mandó decir lo de la promesa de su presencia. El mismo pueblo también obligaba gritando hacia el presbiterio, no hacia el juramento; pero no rechazó lo que se le ofrecía, con la esperanza de que, habitando él entre nosotros, pudiera nacer en él la voluntad de consentir en la ordenación, para que no se marchara, como había jurado, si era ordenado contra su voluntad. Y por esto, ellos clamaron por una obra de Dios (pues ciertamente la santificación del presbiterio no deja de ser obra de Dios); y el hecho de que después no se congratularan por la presencia prometida a no ser que se añadiera que, si alguna vez quería consentir en recibir el clericato, no consentiría sino en la iglesia de Hipona, es suficientemente manifiesto que esperaban incluso en su misma habitación entre ellos, y por eso no desistieron de aquel deseo de la obra de Dios.

7. ¿Cómo dices, pues, que ellos hicieron esto por un torpísimo apetito de dinero? Primero, porque en absoluto pertenece a la plebe que clamaba: pues así como la plebe de Tagaste no tiene sino el gozo de vuestra buena obra por lo que habéis conferido a la Iglesia de Tagaste, así también la de Hipona y la de cualquier otro lugar donde hayáis cumplido o hayáis de cumplir los preceptos del Señor acerca del mammona de iniquidad. No buscó, pues, el pueblo su provecho pecuniario de vosotros al pedir ardientemente que se proveyera a su Iglesia de tan gran varón; sino que amó en vosotros vuestro desprecio del dinero. Pues si en mí amaron el haber oído que, despreciados unos pocos campecillos paternos, me había convertido a la libre servidumbre de Dios, y en esto no envidiaron a la Iglesia de Tagaste, que es mi patria carnal, sino que, cuando aquella no me había impuesto el clericato, me asaltaron para tenerme cuando pudieron; ¡con cuánta más fragancia pudieron amar en nuestro Piniano tan grande codicia de este mundo, tan grandes riquezas, tan gran esperanza, superadas y pisoteadas por tan gran conversión! Yo ciertamente, según el sentido de muchos que se comparan a sí mismos consigo mismos, no parezco haber dejado riquezas, sino haber llegado a ellas.

Vix enim vigesima particula res mea paterna existimari potest, in comparatione praediorum Ecclesiae, quae nunc ut dominus existimor possidere. In qualibet autem, maxime Africanarum Ecclesiarum, hic noster, non dico presbyter, sed episcopus sit, comparatus pristinis opibus suis, etiamsi animo dominantis egerit, pauperrimus erit. Multo ergo liquidius et securius in hoc amatur christiana paupertas, in quo nulla rerum ampliorum potest putari cupiditas. Hoc accendit animos populi, hoc in illam violentiam perseverantissimi clamoris erexit. Non eos turpis cupiditatis insuper accusemus, sed magis bonum quod ipsi non habent, saltem in aliis diligere sine crimine permittamus. Nam etsi fuerint illi multitudini permixti inopes vel mendici, qui simul clamabant, et de vestra venerabili redundantia indigentiae suae supplementum sperabant; nec ista, ut arbitror, cupiditas turpis est.

8. Restat ergo ut iste pecuniae turpissimus appetitus ex obliquo in clericos, et maxime in episcopum dirigatur. Nos enim rebus Ecclesiae dominari existimamur, nos opibus frui. Postremo quidquid de istis nos accepimus, nos vel adhuc possidemus, vel ut placuit erogavimus; nihil inde populo extra clericatum vel extra monasterium constituto, nisi paucissimis indigentibus largiti sumus. Non ergo dico quia vel in nos maxime a vobis dici ista debuerunt, verumtamen in nos solos credibiliter dici potuerunt. Quid ergo faciemus? qua nos, si apud inimicos non possumus, saltem apud vos ratione purgamus? Res haec animi est, intus est, procul ab oculis secreta mortalium, Deo tantummodo nota est. Quid ergo restat, nisi Deum testari cui nota est? Cum ergo de nobis ista sentitis, non praecipitis (quod multo melius est, et quod mihi in epistola tua tanquam culpabile objiciendum putasti), sed omnino cogitis ut juremus; non intentato metu mortis carnis nostrae, quod populus Hipponensis fecisse putatus est, sed intentato metu mortis existimationis nostrae, quae propter infirmos quibus nos praebere ad exemplum bonorum operum qualicumque conversatione conamur, etiam vitae carnis hujus utique praeponenda est.

9. Verumtamen vobis nos ita cogentibus ut juremus, non succensemus, sicut vos Hipponensibus succensetis. Creditis enim tanquam homines de hominibus, etsi ea quae in nobis non sunt, non tamen ea quae in nobis esse non possunt. Sananda ista in vobis, non accusanda sunt; et nostra purganda vobis est fama, si est Domino purgata conscientia.

Pues apenas la vigésima parte puede estimarse mi patrimonio paterno en comparación con los predios de la Iglesia que ahora se cree que poseo como dueño. Pero en cualquier iglesia, máxime de las africanas, que este nuestro fuera no digo presbítero sino obispo, comparado con sus antiguas riquezas, aunque obrara con ánimo de dueño, sería pobrísimo. Mucho más clara y seguramente, pues, se ama en esto la pobreza cristiana, en la cual ninguna codicia de cosas más amplias puede suponerse. Esto encendió los ánimos del pueblo, esto los elevó a aquella violencia de clamor perseverantísimo. No los acusemos además de torpe codicia, sino más bien permitámosles amar sin crimen en otros el bien que ellos mismos no tienen. Pues aunque en aquella multitud hubiera mezclados pobres o mendigos que gritaban a la vez y esperaban de vuestra venerable redundancia el suplemento de su indigencia, ni siquiera esa es, a mi juicio, una codicia torpe.

8. Resta, pues, que ese torpísimo apetito de dinero se dirija indirectamente contra los clérigos, y especialmente contra el obispo. Pues se cree que nosotros dominamos los asuntos de la Iglesia y que disfrutamos de sus riquezas. Finalmente, cualquier cosa que hayamos recibido de esto, o bien la poseemos todavía, o bien la hemos distribuido según nos pareció bien; no hemos otorgado nada de ello al pueblo situado fuera del estado clerical o fuera del monasterio, excepto a poquísimos necesitados. No digo, pues, que estas cosas debieran haber sido dichas por vosotros especialmente contra nosotros, pero al menos pudieron decirse de modo creíble contra nosotros solos. ¿Qué haremos, pues? ¿Con qué razón nos purificaremos, si no podemos ante los enemigos, al menos ante vosotros? Este asunto es del alma, está dentro, lejos de los ojos de los mortales, secreto y conocido solo por Dios. ¿Qué queda, pues, sino poner por testigo a Dios, a quien es conocido? Cuando, por tanto, sentís estas cosas acerca de nosotros, no mandáis (lo cual es mucho mejor, y lo que pensaste que debías objetarme en tu carta como algo culpable), sino que nos obligáis totalmente a jurar; no amenazando con el temor de la muerte de nuestra carne, que es lo que se creyó que hizo el pueblo de Hipona, sino amenazando con el temor de la muerte de nuestra reputación, la cual, a causa de los débiles a quienes procuramos presentarnos como ejemplo de buenas obras con cualquier conducta que podamos, debe ciertamente anteponerse incluso a la vida de esta carne.

9. Sin embargo, aunque así nos obliguéis a jurar, no nos irritamos con vosotros, como vosotros os irritáis con los hiponenses. Pues creéis como hombres acerca de hombres, si no las cosas que hay en nosotros, al menos las que pueden haber en nosotros. Estas cosas deben ser sanadas en vosotros, no acusadas; y nuestra fama debe ser purgada ante vosotros, si la conciencia está purgada ante el Señor.

Qui fortasse praestabit, sicut antequam accidisset ista tentatio, ego et frater meus Alypius collocuti sumus, non ut solum vobis charissimis commembris nostris, verum etiam ipsis inimicissimis notissimum fiat, nulla nos cupiditate pecuniae in rebus ecclesiasticis sordidari. Quod donec fiat, si Dominus donabit ut fiat, ecce nunc interim quod cogimur facimus, ne vestri cordis medicinam in quantamlibet moram temporis differamus. Deus testis est, istam omnem rerum ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter servitutem quam debeo charitati fratrum et timori Dei, tolerare me, non amare; ita ut ea, si salvo officio possim, carere desiderem. Nec aliud me de fratre meo Alypio sentire, ipse Deus testis est. Tamen et de illo aliter sentiendo populus, et, quod est gravius, Hipponensis, in tantas est illius praecipitatus injurias: et de nobis vos sancti Dei et pleni visceribus misericordiae talia credendo, nomine ejusdem populi, qui ad causam hujuscemodi cupiditatis omnino non pertinet, nos tangere atque admonere voluistis; utique ad nos corrigendos, neque enim odio, quod absit a vobis: unde non irasci, sed gratias agere debeo, quod nec verecundius nec liberius agere potuistis, ut episcopo non quasi conviciose objiceretis, quod sentiebatis, sed ex obliquo intelligendum relinqueretis.

10. Nec molestum sit vobis, ut vos velut gravatos arbitremini, quia jurandum putavi. Neque enim gravabat Apostolus, aut eos parum diligebat quibus dicebat: Non in sermone adulationis fuimus apud vos, sicut scitis; nec in occasione cupiditatis, Deus testis est (I Thess. II, 5). Rei quippe apertae ipsos testes adhibuit; rei autem occultae quem, nisi Deum? Si ergo ille merito est veritus ne humana ignorantia de illo aliquid tale sentiret, cujus labor omnibus in promptu erat, quod nisi summa necessitate a populis quibus gratiam Christi dispensabat, in usus suos aliquid non sumebat, caetera vero suo victui necessaria suis manibus transigebat: quanto magis nobis laborandum est ut credatur, qui et merito sanctitatis et virtute animi longe impares sumus, nec aliquid ad sustentacula hujus vitae operari nostris manibus possumus; et si possemus, tantis occupationibus, quas tunc illos non credo fuisse perpessos, nequaquam sineremur? Non ergo ulterius in hac causa populo christiano, quae Ecclesia est Dei, objiciatur pecuniae turpissimus appetitus. Tolerabilius enim nobis objicitur, in quos hujus mali quamvis falsa, tamen verisimilis suspicio cadere potuit, quam illis, quos ab hoc appetitu et suspicione constat esse alienos.

Quien tal vez concederá que, tal como mi hermano Alipio y yo hablamos antes de que ocurriera esta tentación, llegue a ser muy conocido no solo para vosotros, nuestros queridísimos comitentes, sino incluso para los mismos enemigos acérrimos, que no nos manchamos por ninguna codicia de dinero en los asuntos eclesiásticos. Hasta que esto suceda, si el Señor concede que suceda, he aquí que ahora mientras tanto hacemos lo que se nos obliga, para no diferir la medicina de vuestro corazón por ninguna demora de tiempo. Dios es testigo de que yo tolero, más que amo, toda esta administración de los asuntos eclesiásticos, de cuyo dominio se cree que estamos enamorados, a causa de la servidumbre que debo a la caridad de los hermanos y al temor de Dios; de modo que desearía carecer de ella si pudiera hacerlo sin faltar a mi oficio. Y Dios mismo es testigo de que no siento otra cosa respecto a mi hermano Alipio. Sin embargo, por sentir de otro modo acerca de él, el pueblo, y lo que es más grave, el de Hipona, se precipitó en tan grandes injurias contra él; y vosotros, santos de Dios y llenos de entrañas de misericordia, al creer tales cosas de nosotros en nombre del mismo pueblo, que en absoluto pertenece a la causa de una codicia de esta clase, quisisteis tocarnos y amonestarnos; ciertamente para corregirnos, pues no por odio, lo cual esté lejos de vosotros: por lo cual no debo airarme, sino dar gracias, porque no pudisteis obrar ni más modesta ni más libremente, de modo que no objetarais al obispo como injuriosamente lo que sentíais, sino que lo dejarais para ser entendido indirectamente.

10. Y que no os sea molesto, de modo que os consideréis como agravados, porque juzgué que debía jurarse. Pues ni el Apóstol agravaba, ni amaba poco a aquellos a quienes decía: "No estuvimos entre vosotros con palabras de adulación, como sabéis; ni con ocasión de codicia, Dios es testigo" (I Tes. II, 5). Ciertamente, para una cosa manifiesta los adujo a ellos mismos como testigos; pero para una cosa oculta, ¿a quién sino a Dios? Si, pues, él temió con razón que la ignorancia humana pensara algo semejante de él, cuyo trabajo era patente para todos, pues a no ser por suma necesidad no recibía nada para sus usos de los pueblos a quienes dispensaba la gracia de Cristo, sino que procuraba con sus propias manos las demás cosas necesarias para su sustento; ¡cuánto más debemos trabajar nosotros para que se nos crea, que somos muy inferiores tanto en el mérito de la santidad como en la virtud del ánimo, ni podemos trabajar nada con nuestras manos para el sustento de esta vida; y si pudiéramos, de ningún modo se nos permitiría por tan grandes ocupaciones, que no creo que aquellos padecieran entonces! Por tanto, no se objete más en esta causa al pueblo cristiano, que es la Iglesia de Dios, un torpísimo apetito de dinero. Pues más tolerable es que se nos objete a nosotros, sobre quienes pudo caer la sospecha de este mal, aunque falsa, sin embargo verosímil, que a aquellos de quienes consta que son ajenos a este apetito y sospecha.

11. Denegare autem jurationem qualibet fide praeditas mentes, quanto magis fide christiana, non dico aliquid contrarium confirmare, sed omnino dubitare fas non est. De qua re quid sentiam, satis, ut arbitror, in epistola quam ad fratrem meum scripsi, plenissime aperui. Scripsit mihi Sanctitas tua: Si aut ego aut Hipponenses hoc censent, ut jurejurando violenter extorto satisfiat. Tu enim ipsa quid censes? placetne tibi, ut etiam certa morte imminente, quod tunc inaniter metuebatur, nomen Domini Dei suo in fallaciam christianus assumat, Deum suum testem falsitati christianus adhibeat? Qui profecto si praeter jurationem ad falsum testimonium morte imminente cogeretur, maculare vitam suam magis timere debuit quam finire. Hostiles inter se acies et armatae, certe apertissima mortis intentatione confligunt; et tamen cum invicem jurant, laudamus fidem servantes, fallentes autem merito detestamur. Ut autem jurarent, quid utraeque ab alterutris, nisi occidi vel capi timuerunt? Ac per hoc vel mortis vel captivitatis metu extortae jurationi nisi pareatur, nisi fides quae ibi data est custodiatur, sacrilegii, perjurii crimine detinentur, etiam tales homines qui magis metuunt pejerare, quam hominem occidere: et nos utrum implenda sit extorta juratio servorum Dei, munere sanctitatis praeeminentium, monachorum ad perfectionem mandatorum Christi rerum etiam suarum distributione currentium, quasi disceptaturi ponimus quaestionem!

12. Nam quid exsilii, vel deportationis, aut relegationis nomine, promissa illa praesentia praegravatur, obsecro te? Puto quod presbyterium non est exsilium. Hoc ergo noster eligeret, quam illud exsilium? Absit a nobis, ut sic sanctus Dei et nobis charissimus defendatur: absit, inquam, ut dicatur maluisse exsilium quam presbyterium, aut maluisse perjurium quam exsilium. Haec dicerem, si vere a nobis, aut a populo juratio ei fuisset extorta promittendae praesentiae; nunc vero non extorta est dum negaretur, sed dum offerretur accepta. Et hoc ea spe, sicut supra diximus, quia per illam praesentiam creditum est, eum etiam ad clericatum suscipiendum posse desiderantibus consentire. Postremo quodlibet de nobis vel de Hipponensibus sentiatur, longe alia est eorum causa qui coegerint jurare, quam eorum qui, non dico coegerint, sed suaserint pejerare. Ipse etiam de quo agitur, considerare non renuat, utrum sit pejus, sub quolibet timore jusjurandum, an remoto ipso timore perjurium.

11. Pero negar el juramento a mentes dotadas de cualquier fe, cuánto más a la fe cristiana, no digo ya confirmar algo contrario, sino que ni siquiera es lícito dudar en absoluto. Sobre la cual cosa, qué es lo que siento, creo haberlo manifestado muy plenamente en la carta que escribí a mi hermano. Me escribió tu Santidad: "Si yo o los hiponenses juzgamos esto, que debe satisfacerse por un juramento arrancado violentamente". ¿Te place que, aun ante la inminencia de una muerte cierta, lo cual entonces se temía vanamente, el cristiano asuma el nombre del Señor su Dios para una falacia, y el cristiano aduzca a su Dios como testigo de una falsedad? Quien ciertamente, si además del juramento fuera obligado a un falso testimonio ante la inminencia de la muerte, debió temer más manchar su vida que acabarla. Los ejércitos enemigos y armados entre sí ciertamente luchan con la amenaza más manifiesta de muerte; y sin embargo, cuando juran recíprocamente, alabamos a los que guardan la fe, pero detestamos con razón a los que engañan. Pero para que juraran, ¿qué temieron unos de otros sino ser muertos o capturados? Y por esto, si no se obedece al juramento arrancado por el temor de la muerte o de la cautividad, si no se custodia la fe que allí se dio, quedan reos del crimen de sacrilegio y de perjurio, incluso tales hombres que temen más perjurar que matar a un hombre; ¡y nosotros ponemos como cuestión para discutir si debe cumplirse el juramento arrancado a los siervos de Dios, que sobresalen por el don de la santidad, monjes que corren hacia la perfección de los mandatos de Cristo incluso con la distribución de sus propios bienes!

12. Pues ¿en qué se agrava aquella presencia prometida con el nombre de exilio, o de deportación, o de relegación, te lo ruego? Pienso que el presbiterio no es un exilio. ¿Elegiría, pues, este nuestro aquello antes que aquel exilio? Lejos de nosotros que se defienda así a un santo de Dios y tan querido para nosotros: lejos de nosotros, digo, que se diga que prefirió el exilio al presbiterio, o que prefirió el perjurio al exilio. Esto diría si verdaderamente le hubiera sido arrancado por nosotros o por el pueblo el juramento de prometer su presencia; pero ahora no fue arrancado mientras se negaba, sino aceptado mientras se ofrecía. Y esto con aquella esperanza, como dijimos arriba, de que por medio de aquella presencia se creyó que él podía también consentir a los que deseaban que recibiera el clericato. Finalmente, cualquier cosa que se piense de nosotros o de los hiponenses, muy otra es la causa de los que obligaron a jurar, que la de los que, no digo ya obligaron, sino persuadieron a perjurar. Que el mismo de quien se trata no se niegue a considerar qué sea peor: el juramento bajo cualquier temor, o el perjurio una vez quitado ese temor.

13. Deo gratias, quia non aliter Hipponenses promissum circa se impleri sentiunt, quam ut adsit voluntate habitandi, et eat quo necesse fuerit cum dispositione redeundi. Nam si verba jurationis attenderent et exigerent, tam nullo modo servus Dei recedere, quam ullo modo debuit pejerare. Sed quia crimen eorum esset, non dico talem virum, sed quemlibet hominem sic tenere; nec ipsi aliam exspectationem se habuisse probaverunt, qui audientes quod rediturus abscesserit gratulati sunt, nec aliud illis verax juratio debet, quam id quod ab illa exspectaverunt. Quid est autem quod dicitur, eum juratione ore suo expressa, exceptionem fecisse necessitatis? Quasi non ore suo hoc rursum jusserit auferri. Certe ad populum quando ipse locutus est, tunc etiam interponeret: quod si fecisset, non utique responderetur, Deo gratias; sed ad illam rediretur reclamationem quae facta fuerat, quando sic a diacono recitatum est. Et numquid ad rem pertinet, sive interposita sit ad recedendum necessitatis excusatio, sive non sit? Nihil ab illo aliud exspectatum est, quam id quod supra diximus. Exspectationem autem eorum quibus juratur, quisquis deceperit, non potest esse non perjurus.

14. Fiat ergo quod promissum est, et infirmorum corda sanentur, ne tanto exemplo quibus hoc placuerit, ad imitandum perjurium aedificentur; quibus autem displicet, justissime dicant, nulli nostrum credendum esse, non solum promittenti aliquid, sed etiam juranti. Hinc enim potius cavendae sunt linguae inimicorum, de quibus tanquam jaculis ad interficiendos infirmos major utitur ille inimicus. Sed absit ut de tali anima speremus aliud quam quod Dei timor inspirat, et tanta, quae in illa est, excellentia sanctitatis hortatur. Ego autem, quem dicis etiam prohibere debuisse, fateor non potui sic sapere, ut tanto vel tumultu vel offensione magis everti vellem ecclesiam cui servio, quam id quod a tali viro nobis offerebatur, accipere.

EPISTOLA CXXVII . Augustinus Armentarium et hujus uxorem Paulinam hortatur ut mundum contemnant, et continentiae votum quo se pariter obligarunt exsolvant. Dominis eximiis meritoque honorabilibus ac desiderabilibus filiis, ARMENTARIO et PAULINAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

13. Gracias a Dios, porque los hiponenses no consideran que se cumpla la promesa respecto a ellos de otro modo sino con que él esté presente con voluntad de habitar, y vaya a donde sea necesario con disposición de volver. Pues si atendieran y exigieran las palabras del juramento, de ningún modo debió el siervo de Dios marcharse, así como de ningún modo debió perjurar. Pero como sería un crimen de ellos retener así no ya a tal varón, sino a cualquier hombre; ni ellos mismos probaron haber tenido otra expectativa, pues al oír que se había marchado para volver, se congratularon, ni el juramento veraz les debe otra cosa que aquello que de él esperaron. ¿Qué es eso, pues, que se dice, que él, con el juramento expresado por su propia boca, puso una excepción de necesidad? Como si no hubiera mandado de nuevo que esto se quitara por su propia boca. Ciertamente, cuando él mismo habló al pueblo, entonces también lo habría interpuesto; y si lo hubiera hecho, de ningún modo se le habría respondido: "Gracias a Dios"; sino que se habría vuelto a aquella reclamación que se había hecho cuando así fue leído por el diácono. ¿Y acaso importa para el caso si se interpuso una excusa de necesidad para marcharse o no se interpuso? Nada más se esperó de él que aquello que dijimos arriba. Pero quienquiera que engañe la expectativa de aquellos a quienes se jura, no puede dejar de ser perjuro.

14. Hágase, pues, lo que se prometió, y sánense los corazones de los débiles, para que por tal ejemplo no se edifiquen para imitar el perjurio aquellos a quienes esto agrade; mientras que a los que les desagrada, digan con toda justicia que a ninguno de nosotros se debe creer, no solo cuando promete algo, sino incluso cuando jura. Pues de aquí deben guardarse más bien las lenguas de los enemigos, de las cuales se sirve aquel gran enemigo como de dardos para matar a los débiles. Pero lejos de nosotros que esperemos de tal alma otra cosa que lo que el temor de Dios inspira y la excelencia de la santidad que en ella hay exhorta. Yo, por mi parte, de quien dices que debí también prohibirlo, confieso que no pude juzgar de tal modo que prefiriera ver trastornada por tan gran tumulto u ofensa la iglesia a la que sirvo, antes que aceptar lo que se nos ofrecía por tal varón.

CARTA CXXVII. Agustín exhorta a Armentario y a su mujer Paulina a despreciar el mundo y a cumplir el voto de continencia con que se obligaron mutuamente. A los señores eximios y merecidamente honorables y deseables hijos, ARMENTARIO y PAULINA, AGUSTÍN envía salud en el Señor.

1. Vir egregius, filius meus Ruferius, affinis vester, retulit mihi quid Domino voveritis: qua ejus narratione exhilaratus, et ibidem metuens ne aliud suadeat ille tentator qui bonis talibus antiquitus invidet, exhortandam paucis credidi Charitatem tuam, domine eximie meritoque honorabilis et desiderabilis fili, ut cogites quod in divinis eloquiis legitur, Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem (Eccli. V, 8); atque arripias curesque reddendum quod ei te vovisse nosti, qui et debita exigit et promissa persolvit. Nam et hoc scriptum est, Vovete, et reddite Domino Deo vestro (Psal. LXXV, 12): quanquam etsi non vovisses, quid aliud tibi suadendum fuit, aut quid melius ab homine fieri potest, quam ut ei se restituat a quo institutus est; praesertim quia charitatis erga nos Dei tantum apparuit atque eluxit indicium, ut Filium suum unigenitum mitteret, qui pro nobis moreretur? Restat ergo ut fiat quod Apostolus ait, propterea mortuum esse Christum, ut qui vivunt non sibi jam vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit (II Cor. V, 15). Nisi forte adhuc mundus amandus est, tanta rerum labe contritus, ut etiam speciem seductionis amiserit. Nam quantum illi laudandi atque praedicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere; tantum increpandi et accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat.

2. Labores et pericula et exitia hujus transitoriae vitae, si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, ut mors ejus non omnino auferatur, sed paululum differatur; quanto magis pro aeterna subeunda sunt, ubi mortem nec natura sollicite cavet, nec ignavia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet! nulli quippe erit quae non erit. Habeat igitur te vita aeterna in dilectoribus suis. Nonne cernis, haec vita miserabilis et egena quam vehementes habeat, quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen periculo ejus saepe turbati, citius eam finiunt, eo ipso quo finire formidant, et mortem dum declinant, accelerant, veluti si quisquam fluvio rapiendus irruat, latronem bestiamve fugiendo. Jactant in mare tempestate saeviente aliquando et alimenta; et ut vivant, projiciunt unde vivunt, ne cito finiatur quod vel in labore vivitur. Quantis laboribus agitur, ut longiore tempore laboretur! et mors cum impendere coeperit, ideo cavetur, ut diutius timeatur. Nam inter tot casus fragilitatis humanae, quam multae mortes timentur, quarum certe una cum venerit, restat caeteras non timeri! et tamen fugitur una ut omnes timean-tur. Quibus excruciantur doloribus, qui curantur a medicis et secantur! numquid ut non moriantur? Sed ut aliquanto serius moriantur.

1. El egregio varón, mi hijo Ruferio, vuestro pariente, me refirió lo que habéis prometido al Señor: con cuya narración regocijado, y temiendo al mismo tiempo que aquel tentador que desde antiguo envidia tales bienes os sugiera otra cosa, creí que debía exhortar con pocas palabras a tu Caridad, señor eximio y merecidamente honorable y deseable hijo, para que pienses en lo que se lee en las divinas elocuencias: "No tardes en convertirte al Señor, ni lo difieras de día en día" (Eclo. V, 8); y te apresures y cuides de devolver lo que sabes que le has prometido a Él, que tanto exige las deudas como paga lo prometido. Pues también está escrito: "Haced votos, y cumplidlos al Señor vuestro Dios" (Sal. LXXV, 12): aunque aun si no hubieras hecho el voto, ¿qué otra cosa se te debiera persuadir, o qué mejor puede hacer un hombre que restituirse a Aquel por quien fue instituido; especialmente porque tanto apareció y brilló el indicio de la caridad de Dios para con nosotros, que envió a su Hijo unigénito para que muriera por nosotros? Resta, pues, que se haga lo que dice el Apóstol, que Cristo murió por esto, "para que los que viven ya no vivan para sí, sino para Aquel que murió y resucitó por ellos" (II Cor. V, 15). A no ser que tal vez todavía deba amarse el mundo, triturado por tan grande ruina de las cosas que incluso ha perdido la apariencia de seducción. Pues cuanto deben ser alabados y pregonados los que no se dignaron florecer ni siquiera con el mundo floreciente, tanto deben ser increpados y acusados aquellos a quienes deleita perecer con el mundo que perece.

2. Los trabajos y peligros y muertes de esta vida transitoria, si se suben por esa misma vida que alguna vez ha de terminar, para que su muerte no sea quitada del todo, sino diferida por un poco; ¡cuánto más deben subirse por la vida eterna, donde ni la naturaleza evita ansiosamente la muerte, ni la cobardía la teme torpemente, ni la sabiduría la sostiene con fortaleza! Pues no habrá para nadie la que no habrá. Tenga, pues, por su amante la vida eterna. ¿No ves qué vehementes amantes tiene esta vida miserable y necesitada, y cuánto obliga a sus amantes hacia sí? Los cuales, sin embargo, a menudo turbados por su peligro, la terminan más rápido por eso mismo por lo que temen terminarla; y mientras declinan la muerte, la aceleran, como si alguien que ha de ser arrebatado por un río se arrojara en él huyendo de un ladrón o de una fiera. Arrojan al mar, cuando brama la tempestad, a veces incluso los alimentos; y para vivir, proyectan aquello de lo que viven, para que no termine pronto lo que aun con trabajo se vive. ¡Con cuántos trabajos se actúa para que se trabaje por más tiempo! Y la muerte, cuando ha empezado a amenazar, se evita por esto: para que se tema por más tiempo. Pues entre tantos casos de la fragilidad humana, ¡cuántas muertes se temen, de las cuales ciertamente, cuando venga una, resta que las demás no se teman! Y, sin embargo, se huye de una para que todas se teman. ¡Con qué grandes dolores son atormentados los que son curados por los médicos y son cortados! ¿Acaso para que no mueran? Sino para que mueran algo más tarde.

Multi cruciatus suscipiuntur certi, ut pauci dies adjiciantur incerti: et nonnunquam ipsis doloribus victi continuo moriuntur, quos mortis timore suscipiunt; et cum omnino non eligant vitam finire ne doleant, sed dolere ne finiant, accidit eis ut doleant et finiant: non solum quia et sanati utique vitam finiunt post dolores, quae tantis poenis comparata nec sempiterna esse potest, quia mortalis est, nec diuturna, quia tota brevis est, nec de ipso brevi spatio sui secura, quia semper incerta est; verum etiam quod aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolere voluerunt.

3. Habet etiam hoc magnum malum, ac vehementer exsecrandum et horrendum nimius amor vitae istius, quod multi dum volunt paulo diutius vivere, graviter offendunt Deum, apud quem est fons vitae: atque ita, dum ab eis frustra qui necessario futurus est vitae finis metuitur, illinc prohibentur ubi sine fine vivitur. Huc accedit quia vita misera etiamsi posset esse perpetua, nullo modo beatae vitae etiam brevissimae comparanda est: et tamen isti amando miserrimam atque brevissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam, cum in hac ipsa, quam male diligunt, hoc velint quod in altera perdunt; quia utique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt, nec brevitatem, nam eam finiri nolunt; tantum quia vita est, sic amatur, ut saepe propter eam, licet miseram et brevem, beata et sempiterna amittatur.

4. His consideratis, quid magnum vita aeterna jubet amatoribus suis, cum se jubet sic amari quemadmodum haec amatur a suis? an vero dignum est vel ferendum, cum contemnuntur omnia quae amantur in mundo, ut vita post paululum finienda, saltem ipsum paululum teneatur in mundo; et non contemnitur mundus, ut obtineatur vita quae sine fine apud illum est, per quem factus est mundus? Modo cum ipsa Roma, domicilium clarissimi imperii, barbarico vastaretur incursu, quam multi hujus vitae temporalis amatores, ut eam vel infeliciter producendam nudamque redimerent, dederunt omnia quae illi non solum oblectandae et ornandae, verum etiam sustentandae tuendaeque servabant! Solent certe amatores illis quas amant, ut eas habeant, multa conferre: isti amatam suam non haberent, nisi amando inopem reddidissent; nec ei multa conferrent, sed cuncta potius auferrent, ne sibi eam hostis auferret.

Se asumen muchos tormentos ciertos para que se añadan pocos días inciertos; y a veces, vencidos por los mismos dolores, mueren de continuo, los cuales asumen por temor a la muerte; y como de ningún modo eligen terminar la vida para no dolerse, sino dolerse para no terminarla, les sucede que se duelen y terminan. No solo porque, incluso sanados, ciertamente terminan la vida después de los dolores, la cual, comparada con tan grandes penas, ni puede ser sempiterna, porque es mortal, ni duradera, porque toda ella es breve, ni segura de ese mismo breve espacio suyo, porque siempre es incierta; sino también porque a veces la terminaron con el dolor, la cual, para no terminarla, quisieron dolerse.

3. Tiene también este gran mal, y vehementemente execrable y horrendo, el excesivo amor a esta vida: que muchos, mientras quieren vivir un poco más de tiempo, ofenden gravemente a Dios, en quien está la fuente de la vida; y así, mientras se teme por ellos en vano el fin de la vida que necesariamente ha de ser, son prohibidos de allí donde se vive sin fin. A esto se añade que la vida miserable, aunque pudiera ser perpetua, de ningún modo debe compararse a la vida bienaventurada, aunque fuera brevísima; y, sin embargo, estos, amando una vida misérrima y brevísima, pierden la bienaventuradísima y sempiterna, cuando en esta misma que mal aman quieren lo que en la otra pierden. Porque ciertamente en esta no aman la miseria, pues quieren ser bienaventurados, ni la brevedad, pues no quieren que termine; solo porque es vida se ama tanto que a menudo por ella, aunque miserable y breve, se pierde la bienaventurada y sempiterna.

4. Consideradas estas cosas, ¿quién gran cosa manda la vida eterna a sus amantes, cuando manda que se la ame del mismo modo que esta vida es amada por los suyos? ¿O acaso es digno o tolerable que, cuando se desprecian todas las cosas que se aman en el mundo para que la vida que ha de terminar después de un poco se mantenga al menos ese poco en el mundo, no se desprecie el mundo para que se obtenga la vida que es sin fin junto a Aquel por quien fue hecho el mundo? Recientemente, cuando la misma Roma, domicilio del clarísimo imperio, era devastada por la incursión bárbara, ¡cuántos amantes de esta vida temporal, para redimirla y prolongarla aun infelizmente y desnuda, dieron todas las cosas que reservaban no solo para deleite y adorno, sino incluso para sustento y protección! Suelen ciertamente los amantes conferir muchas cosas a aquellas que aman para tenerlas; estos no habrían tenido a su amada si, por amarla, no la hubieran hecho necesitada; ni le conferirían muchas cosas, sino que más bien se las quitarían todas para que el enemigo no se la arrebatara.

Nec eorum reprehendo consilium: quis enim nesciat perituram fuisse ipsam, si non ea periissent quae recondita fuerant propter ipsam? quamvis et quidam perdiderint prius illa, mox ipsam; quidam vero licet parati cuncta perdere propter ipsam, prius perdiderint ipsam. Sed hinc admonendi sumus quales aeternae vitae dilectores esse debeamus, ut propter eam contemnamus cuncta superflua, cum pro hac transitoria vita contempta sint quae illi fuerant necessaria.

5. Neque enim amatam nostram, sicut illi suam, ut teneamus, exspoliamus; sed illi aeternae adipiscendae istam temporalem velut famulam expeditiorem servire facimus, si eam nec ornamentorum vanorum vinculis alligemus, nec curarum noxiarum sarcinis oneremus, audiamusque Dominum, qui nobis illam vitam summo ardore desiderandam fidelissime pollicetur, velut in totius mundi concione clamantem: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum lene, et onus meum leve est (Matth. XI, 28-30). Haec disciplina piae humilitatis, ventosam et turbidam cupiditatem, avidam rerum extra nostram potestatem constitutarum, pellit ex animo, et quodammodo exspirat. Ibi enim labor, ubi multa quaeruntur et diliguntur, quibus adipiscendis atque retinendis voluntas non satis est, quia consequentem non habet facultatem. Justa vero vita, cum volumus, adest, quia eam ipsam plene velle, justitia est; nec plus aliquid perficienda justitia, quam perfectam voluntatem requirit. Vide si labor est, ubi velle satis est. Unde divinitus dictum est: Pax in terra hominibus bonae voluntatis (Luc. II, 14). Ubi pax, ibi requies; ubi requies, ibi finis appetendi, et nulla causa laborandi. Sed haec voluntas ut plena sit, oportet ut sana sit: erit autem sana, si medicum non refugiat, cujus solius gratia sanari potest a morbo desideriorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat, Venite ad me omnes qui laboratis, jugum suum lene, et onus leve dicens; quia diffusa per Spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, profecto amabitur quod jubetur , et non erit asperum nec onerosum, si sub hoc uno jugo, quanto minus tumida, tanto magis libera cervice serviatur. Et haec est una sarcina, qua ejus bajulus non premitur, sed levatur. Divitiae si diliguntur, ibi serventur ubi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus honoratur. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur ubi adeptae nihil timetur. Vita si diligitur, ibi acquiratur ubi nulla morte finitur.

Ni reprendo su consejo; pues ¿quién ignora que ella habría de perecer si no perecieran aquellas cosas que habían sido guardadas por causa de ella? Aunque algunos perdieron primero aquellas cosas y pronto a ella misma; algunos, en cambio, aunque preparados para perderlo todo por ella, la perdieron a ella primero. Pero de aquí debemos ser amonestados qué clase de amantes de la vida eterna debemos ser, para que por ella despreciemos todo lo superfluo, cuando por esta vida transitoria han sido despreciadas cosas que le eran necesarias.

5. Pues ni despojamos a nuestra amada para tenerla, como ellos a la suya; sino que, para alcanzar aquella eterna, hacemos que esta temporal sirva más expedita como una sierva, si ni la atamos con los vínculos de vanos ornamentos, ni la cargamos con los fardos de cuidados nocivos, y si escuchamos al Señor, que con suma fidelidad nos promete aquella vida que ha de ser deseada con el mayor ardor, como clamando en la asamblea de todo el mundo: "Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y yo os refrescaré. Tomad mi yugo sobre vosotros y aprended de mí, que soy manso y humilde de corazón; y hallaréis descanso para vuestras almas. Pues mi yugo es suave y mi carga es ligera" (Mt 11, 28-30). Esta disciplina de piadosa humildad expulsa del ánimo y, en cierto modo, exhala la codicia ventosa y turbulenta, ávida de cosas situadas fuera de nuestro poder. Pues allí hay trabajo donde se buscan y aman muchas cosas para cuya consecución y retención no basta la voluntad, porque no tiene la facultad consecuente. En cambio, la vida justa está presente cuando queremos, porque quererla plenamente es la justicia misma; ni la justicia requiere nada más para ser perfeccionada que la voluntad perfecta. Mira si hay trabajo donde basta querer. Por eso se dijo divinamente: "Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad" (Lc 2, 14). Donde hay paz, hay descanso; donde hay descanso, hay fin del deseo y ninguna causa de trabajo. Pero para que esta voluntad sea plena, conviene que sea sana; y será sana si no rehúye al médico, por cuya sola gracia puede ser sanada de la enfermedad de los deseos nocivos. Él mismo es, pues, el médico que clama: "Venid a mí todos los que trabajáis", llamando a su yugo suave y a su carga ligera; porque, difundida la caridad en nuestros corazones por el Espíritu Santo, ciertamente se amará lo que se manda, y no será áspero ni oneroso si bajo este solo yugo se sirve con una cerviz tanto más libre cuanto menos hinchada. Y esta es una sola carga con la que quien la lleva no es oprimido, sino aliviado. Si se aman las riquezas, consérvense allí donde no pueden perecer. Si se ama el honor, téngase allí donde nadie indigno es honrado. Si se ama la salud, deséese alcanzarla allí donde, una vez alcanzada, nada se teme. Si se ama la vida, adquiérase allí donde por ninguna muerte se termine.

6. Reddite igitur quod vovistis, quia vos ipsi estis, et ei vos redditis a quo estis; reddite, obsecro. Neque enim quod redditis, reddendo minuetur, sed potius servabitur et augebitur: benignus enim exactor est, non egenus; et qui non crescat ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Huic ergo quod non redditur, perditur: quod autem redditur, reddenti additur; imo vero in eo cui redditur, ipse reddens servatur. Idipsum quippe erit redditum et redditor, quia idipsum erat debitum et debitor. Deo namque seipsum debet homo, eique reddendus est ut beatus sit, a quo accepit ut sit. Hoc significat quod in Evangelio Dominus ait: Reddite Caesari quae Caesaris sunt, et Deo quae Dei sunt (Matth. XXII, 21). Hoc enim dixit, cum sibi demonstrato nummo, et quaesito cujus haberet imaginem, responsum esset, Caesaris; ut hinc intelligerent, quod Deus exigeret ab homine imaginem suam in homine ipso, sicut Caesar suam exigebat in nummo. Quanto magis ergo reddenda est cum promittitur, cui etiam non promissa debetur!

7. Quapropter, charissime, possem quidem pro mea quantulacumque facultatula, sancti propositi quod Deo vovisse vos comperi, uberius laudare fructum, ac demonstrare quid distet inter christianos dilectores mundi hujus, et contemptores, quamvis fideles utrique dicantur. Eodem utrique lavacro sacri fontis abluti sunt, eisdem imbuti consecratique mysteriis, utrique ejusdem Evangelii non auditores tantum, verum etiam praedicatores; nec utrique tamen regni Dei lucisque participes, et vitae aeternae, quae sola est beata, cohaeredes. Dominus enim Jesus non ab eis qui non audiunt, sed eos inter se auditores verborum suorum, latissimo limite, non tenui distinctione discrevit: Qui audit, inquit, verba mea haec, et facit ea, similabo eum viro prudenti qui aedificavit domum suam supra petram: descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram. Qui autem audit verba mea haec, et non facit ea, similabo eum viro stulto qui aedificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina ejus magna (Id. VII, 24-27, et Luc. VI, 47-49). Audire ergo illa verba, aedificare est; in hoc utrique pares sunt: in faciendo autem, et non faciendo quod audiunt, tantum dispares, quantum aedificium petrae soliditate fundatum dispar est ei quod sine ullo fundamento facili arenae mobilitate subvertitur. Nec ideo quisquis omnino non audit, tutius sibi aliquid comparat: nihil enim aedificans, sine ullo tecto multo facilius obruendus, rapiendus, et dispergendus imbribus, fluviis ventisque donatur.

6. Devolved, pues, lo que habéis prometido, porque sois vosotros mismos, y a Él os devolvéis de quien sois; devolvedlo, os lo ruego. Pues lo que devolvéis no se disminuirá al devolverlo, sino que más bien se conservará y aumentará: porque es un exigente benigno, no necesitado; y que no crece con lo devuelto, sino que hace crecer en sí a los que devuelven. Para Él, por tanto, lo que no se devuelve se pierde; pero lo que se devuelve se añade al que lo devuelve; más aún, en Aquel a quien se devuelve, el mismo que devuelve se conserva. Pues lo mismo será lo devuelto y el que devuelve, porque lo mismo era lo debido y el deudor. Pues el hombre se debe a sí mismo a Dios, y a Él debe ser devuelto para que sea bienaventurado, de quien recibió el ser. Esto significa lo que el Señor dice en el Evangelio: "Dad al César lo que es del César, y a Dios lo que es de Dios" (Mt 22, 21). Pues dijo esto cuando, mostrándole una moneda y preguntado de quién era la imagen, se respondió que del César; para que por aquí entendieran que Dios exigía del hombre su propia imagen en el hombre mismo, así como el César exigía la suya en la moneda. ¡Cuánto más, pues, debe devolverse cuando se promete, a quien se debe incluso sin haber sido prometido!

7. Por lo cual, carísimo, podría ciertamente, según mi pequeñísima facultad, alabar más abundantemente el fruto del santo propósito que he sabido que habéis prometido a Dios, y demostrar qué dista entre los cristianos amantes de este mundo y los que lo desprecian, aunque ambos se llamen fieles. Ambos han sido lavados en el mismo baño de la sagrada fuente, imbuidos y consagrados por los mismos misterios, ambos no solo oyentes del mismo Evangelio, sino incluso predicadores; y sin embargo, no ambos partícipes del reino de Dios y de la luz, y coherederos de la vida eterna, que es la única bienaventurada. Pues el Señor Jesús no de los que no oyen, sino a los mismos oyentes de sus palabras los distinguió entre sí con un límite amplísimo, no con una leve distinción: "Quien oye —dice— estas mis palabras y las hace, lo asemejaré al varón prudente que edificó su casa sobre roca: bajó la lluvia, vinieron los ríos, soplaron los vientos e impactaron en aquella casa, y no cayó; pues estaba fundada sobre roca. En cambio, quien oye estas mis palabras y no las hace, lo asemejaré al varón necio que edificó su casa sobre arena: bajó la lluvia, vinieron los ríos, soplaron los vientos e impactaron en aquella casa, y cayó, y fue grande su ruina" (Ibíd. 7, 24-27 y Lc 6, 47-49). Oír, pues, aquellas palabras es edificar; en esto ambos son iguales; pero en hacer y no hacer lo que oyen son tan desiguales cuanto el edificio fundado en la solidez de la roca es desigual al que sin ningún fundamento se subvierte por la fácil movilidad de la arena. Ni por eso quien no oye en absoluto se procura algo más seguro para sí; pues, no edificando nada, es entregado para ser mucho más fácilmente abrumado, arrebatado y dispersado por las lluvias, los ríos y los vientos sin ningún techo.

8. Possem etiam pro modulo meo eosdem ipsos pertinentes ad dexteram regnumque coelorum in suis gradibus meritisque distinguere, atque ostendere quo differat vita conjugalis filios procreantium patrum matrumque familias, verumtamen religiosorum ac piorum, ab ea vita quam vos Deo vovistis, si nunc ad eam vovendam exhortandus esses; sed quia jam vovisti, jam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam esses voti reus, liberum fuit quo esses inferior; quamvis non sit gratulanda libertas qua fit ut non debeatur quod cum luero redditur. Nunc vero quia tenetur apud Deum sponsio tua, non te ad magnam justitiam invito, sed a magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris, si non feceris quod vovisti, qualis mansisses, si nihil tale vovisses. Minor enim tunc esses, non pejor: modo autem tanto, quod absit, miserior, si fidem Deo fregeris, quanto beatior, si persolveris. Nec ideo te vovisse poeniteat, imo gaude jam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus, et dicta imple factis; ipse adjuvabit, qui vota tua expetit. Felix est necessitas quae in meliora compellit.

9. Una sola esse causa posset, qua te id quod vovisti, non solum non hortaremur, verum etiam prohiberemus implere, si forte tua conjux hoc tecum suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam et vovenda talia non sunt a conjugatis, nisi ex consensu et voluntate communi: et si praepropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas quam persolvenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid voverit, sed potius usurpare vetat alienum. Divina quippe de hac re per Apostolum est prolata sententia: Uxor non habet potestatem corporis sui, sed vir; similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: sexum nomine corporis nuncupavit. Sed cum illam tam paratam esse audiam Deo dicare continentiam, ut eo solo impediatur, si tibi debitum reddere conjugali jure compellitur; ambo Deo reddite quod ambo vovistis, ut illi persolvatur quod ab alterutro non exigitis. Si continentia virtus est, sicuti est, cur ad eam sit promptior sexus infirmior, cum virtus a viro potius cognominata videatur, sicut similitudo vocabuli resonat? Noli ergo vir abhorrere a virtute quam mulier est parata suscipere. Sit vester consensus oblatio ad supernum altare Creatoris, et victa concupiscentia, tanto fortius quanto sanctius vinculum charitatis. Gaudeamus de vobis in abundanti gratia Christi, domini eximii meritoque honorabiles et desiderabiles filii.

8. Podría también, según mi medida, distinguir a esos mismos que pertenecen a la derecha y al reino de los cielos en sus grados y méritos, y mostrar en qué difiere la vida conyugal de los padres y madres de familia que procrean hijos, aunque sean religiosos y piadosos, de aquella vida que vosotros habéis prometido a Dios, si ahora hubiera que exhortaros a prometerla; pero como ya la habéis prometido, ya os habéis ligado, no os es lícito hacer otra cosa. Antes de que fueras reo de voto, era libre el que fueras inferior; aunque no hay que felicitarse por la libertad por la cual sucede que no se deba lo que se devuelve con recompensa. Pero ahora, porque tu promesa se mantiene ante Dios, no te invito a una gran justicia, sino que te disuado de una gran iniquidad. Pues no serás tal, si no haces lo que prometiste, cual habrías permanecido si nada semejante hubieras prometido. Serías entonces menor, no peor; pero ahora serías tanto más miserable, lo cual esté lejos de ti, si rompieras la fe con Dios, cuanto más bienaventurado serás si la cumples. Ni por eso te pese haber prometido, antes bien gózate de que ya no te sea lícito lo que te habría sido lícito para tu detrimento. Ataca, pues, intrépido y cumple con hechos las palabras; Él mismo ayudará, que reclama tus votos. Feliz es la necesidad que compele a cosas mejores.

9. Una sola causa podría haber por la cual no solo no te exhortáramos a cumplir lo que prometiste, sino que incluso te prohibiéramos hacerlo: si acaso tu esposa rehusara asumir esto contigo por enfermedad del ánimo o de la carne. Pues ni deben prometerse tales cosas por los casados sino por consenso y voluntad común; y si se hubiera hecho precipitadamente, más debe corregirse la temeridad que cumplirse la promesa. Pues Dios no exige si alguien ha prometido algo de lo ajeno, sino que más bien prohíbe usurpar lo ajeno. Ciertamente, sobre este asunto ha sido proferida la sentencia divina por el Apóstol: "La mujer no tiene potestad sobre su cuerpo, sino el marido; igualmente tampoco el marido tiene potestad sobre su cuerpo, sino la mujer" (I Cor 7, 4): llamó al sexo con el nombre de cuerpo. Pero cuando oigo que ella está tan preparada para dedicar la continencia a Dios que por eso solo se ve impedida, si se ve obligada a devolverte el débito por derecho conyugal; devolved ambos a Dios lo que ambos prometisteis, para que se le pague a Él lo que no os exigís el uno al otro. Si la continencia es virtud, como lo es, ¿por qué ha de ser más pronto a ella el sexo más débil, cuando la virtud parece más bien denominada por el varón ("vir"), como resuena la similitud del vocablo? No aborrezcas, pues, varón, la virtud que la mujer está preparada para asumir. Sea vuestro consenso una oblación al altar supremo del Creador, y vencida la concupiscencia, sea tanto más fuerte cuanto más santo el vínculo de la caridad. Gocémonos de vosotros en la abundante gracia de Cristo, señores eximios y merecidamente honorables y deseables hijos.

EPISTOLA CXXVIII . Marcellini edicto collationis apud Carthaginem habendae conditiones praescribenti consentire se profitentur episcopi catholici; id etiam ultro pollicentes, non postulaturos ut sibi servetur episcopatus si victi fuerint, cum tamen velint dignitatem donatistis episcopis etiam victis suam cuique integram manere. Honorabili ac dilectissimo filio, viro clarissimo et spectabili tribuno et notario, MARCELLINO, AURELIUS, SILVANUS, et universi episcopi catholici.

1. Edicto Spectabilitatis tuae, quo nostrae collationis tranquillitati quietique servandae, et veritati manifestandae muniendaeque consultum est, in omnibus nos consentire, sicut admonere dignatus es, per has litteras intimamus; hoc est, de loco et tempore ipsius collationis, et de numero eorum quos praesentes esse oportebit. Consentimus etiam ut hi quibus conferendi delegamus officium, subscribant prosecutionibus suis: inque illo scripto, quo eis hoc munus imponimus, ratumque nos habituros quod egerint pollicemur, subscriptiones omnium nostrum non solum habeas factas, verum etiam cum fiunt ipse perspicias; admonituri quoque, Domino adjuvante, populum christianum, ut a collationis loco, quietis et tranquillitatis gratia, suum abstineat omnino conventum, et ea quae aguntur, non cum aguntur, audire festinet, sed conscripta ut cognoscat, exspectet, sicut ea te prolaturum omnibus promisisti.

2. Illo etiam, veritate confisi, nos vinculo conditionis obstringimus, ut si nobis ii cum quibus agimus demonstrare potuerint, cum secundum Dei promissa populi christiani usquequaque crescendo jam magnam partem orbis implerent, et in caeteram dilatarentur implendam, subito Ecclesiam Christi, nescio quorum, quos isti accusant, peccatorum periisse contagio, et in sola remansisse parte Donati; si hoc, ut dictum est, demonstrare potuerint, nullos apud eos honores episcopalis muneris requiremus, sed eorum sequemur, pro sola aeterna salute, consilium, quibus tanti gratiam beneficii pro cognita veritate debebimus. Si autem nos potius valuerimus ostendere Ecclesiam Christi, omnium non solum Africanarum, verum etiam transmarinarum provinciarum, multarumque gentium spatia feracissima populorum copia jam tenentem, et, sicut scriptum est, toto mundo fructificantem atque crescentem, nullorum hominum sibi commixtorum peccatis perire potuisse:

CARTA CXXVIII. Los obispos católicos profesan consentir a las condiciones prescritas por el edicto de Marcelino para la conferencia que ha de celebrarse en Cartago; prometiendo también espontáneamente que no pedirán que se les conserve el episcopado si fueran vencidos, mientras que quieren que la dignidad permanezca íntegra para cada uno de los obispos donatistas incluso vencidos. Al honorable y dilectísimo hijo, varón clarísimo y espectable tribuno y notario MARCELINO, AURELIO, SILVANO y todos los obispos católicos.

1. Al edicto de tu Espectabilidad, por el cual se ha provisto a conservar la tranquilidad y el sosiego de nuestra conferencia, y a manifestar y fortalecer la verdad, comunicamos por estas letras que consentimos en todo, según te has dignado amonestarnos; esto es, sobre el lugar y tiempo de la misma conferencia, y sobre el número de los que convendrá que estén presentes. Consentimos también en que estos a quienes delegamos el oficio de conferenciar suscriban a sus ejecuciones; y en aquel escrito por el cual les imponemos esta tarea y prometemos que tendremos por rato lo que hicieren, no solo tengas las suscripciones de todos nosotros hechas, sino que incluso tú mismo las veas cuando se hagan; a punto también de amonestar, con la ayuda del Señor, al pueblo cristiano para que, por causa del sosiego y la tranquilidad, abstenga totalmente su asamblea del lugar de la conferencia, y no se apresure a oír lo que se hace mientras se hace, sino que espere para conocerlo una vez escrito, como prometiste a todos que lo presentarías.

2. También, confiados en la verdad, nos obligamos por aquel vínculo de condición de que si aquellos con quienes tratamos pudieran demostrarnos que, cuando según las promesas de Dios los pueblos cristianos creciendo por todas partes llenaban ya gran parte del orbe y se dilataban para llenar lo restante, de pronto la Iglesia de Cristo pereció por el contagio de no sé qué pecados de algunos a quienes estos acusan, y permaneció solo en la parte de Donato; si, como se ha dicho, pudieran demostrar esto, no reclamaremos ningún honor del oficio episcopal ante ellos, sino que seguiremos su consejo, solo por la salvación eterna, a quienes deberemos la gracia de tan gran beneficio por la verdad conocida. Pero si nosotros más bien pudiéramos mostrar que la Iglesia de Cristo, que ya ocupa los espacios más fértiles de todas las provincias no solo africanas sino también transmarinas y la abundancia de muchas naciones y, como está escrito, fructifica y crece en todo el mundo, no pudo perecer por los pecados de ningún hombre mezclado con ella;

si denique ipsorum, quos tunc accusare voluerunt, potius quam convincere valuerunt, quaestionem demonstraverimus esse finitam, quamvis non in eis Ecclesiae causa consistat; et Caecilianum innocentem, illos autem violentos et calumniosos esse judicatos ab eo imperatore, ad cujus examen criminationes suas ultro accusando miserunt: postremo si quidquid de peccatis quorumlibet hominum dixerint, vel humanis documentis, vel divinis probaverimus, aut eorum innocentiam falsis criminibus appetitam, aut Christi Ecclesiam, cujus communioni cohaeremus, nullis eorum delictis esse destructam; sic ejus nobiscum teneant unitatem, ut non solum viam salutis inveniant, sed nec honorem episcopatus amittant. Neque enim in eis divinae Sacramenta veritatis, sed commenta humani detestamur erroris: quibus sublatis fraternum pectus amplectimur, Christiana nobis charitate conjunctum, quod nunc dolemus dissensione diabolica separatum.

3. Poterit quippe unusquisque nostrum, honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo juxta considente collega. Hoc cum alternis basilicis utrinque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo praevenitur; quia ubi praeceptio charitatis dilataverit corda, possessio pacis non fit angusta, ut uno eorum defuncto, deinceps jam singulis singuli pristino more succedant: nec novum aliquid fiet; nam hoc ab ipsius separationis exordio, in eis qui damnato nefariae discissionis errore unitatis dulcedinem vel sero sapuerunt, catholica dilectio custodivit. Aut si forte christiani populi singulis delectantur episcopis, et duorum consortium, inusitata rerum facie tolerare non possunt, utrique de medio secedamus, et Ecclesiis in singulis damnata schismatis causa, in unitate pacifica constitutis, ab his qui singuli in Ecclesiis singulis invenientur, unitate facta per loca necessaria singuli constituantur episcopi. Quid enim dubitemus Redemptori nostro sacrificium istius humilitatis offerre? an vero ille de coelis in membra humana descendit, ut membra ejus essemus; et nos, ne ipsa ejus membra crudeli divisione lanientur, de cathedris descendere formidamus? Propter nos nihil sufficientius, quam christiani fideles et obedientes sumus: hoc ergo semper simus. Episcopi autem propter christianos populos ordinamur: quod ergo christianis populis ad christianam pacem prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Si servi utiles sumus, cur Domini aeternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus invidemus? Episcopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem Christi magis deposita collegerit, quam retenta disperserit. Nam qua fronte in futuro saeculo promissum a Christo sperabimus honorem, si christianam in hoc saeculo noster honor impedit unitatem ?

si, finalmente, demostráramos que la cuestión de aquellos mismos a quienes entonces quisieron acusar más que pudieron convencer ha terminado, aunque no en ellos consista la causa de la Iglesia; y que Ceciliano fue juzgado inocente y ellos, en cambio, violentos y calumniosos por aquel emperador a cuyo examen enviaron sus acusaciones acusando espontáneamente; finalmente, si cualquier cosa que dijeran de los pecados de cualesquiera hombres probáramos, bien por documentos humanos bien por divinos, o que su inocencia fue atacada con falsos crímenes o que la Iglesia de Cristo, a cuya comunión nos adherimos, no ha sido destruida por ningún delito de ellos; que mantengan así la unidad con nosotros de modo que no solo encuentren el camino de la salvación, sino que ni pierdan el honor del episcopado. Pues no detestamos en ellos los Sacramentos de la verdad divina, sino los inventos del error humano; quitados los cuales, abrazamos el pecho fraterno, unido a nosotros por la caridad cristiana, que ahora nos duele ver separado por la disensión diabólica.

3. Ciertamente cada uno de nosotros, unido a un socio de honor, podrá sentarse por turno más eminentemente, tal como se sienta un colega junto a un obispo peregrino. Cuando esto se concede por ambas partes con basílicas alternas, cada uno es prevenido por el otro con mutuo honor; porque donde el precepto de la caridad dilata los corazones, la posesión de la paz no se estrecha, de modo que muerto uno de ellos, en adelante ya sucedan a cada uno otros solos según la costumbre antigua. Ni se hará nada nuevo; pues esto, desde el comienzo de la misma separación, en aquellos que, condenado el error de la nefasta escisión, saborearon aunque tarde la dulzura de la unidad, lo custodió la dilección católica. O si acaso los pueblos cristianos se deleitan con obispos solos y no pueden tolerar el consorcio de dos por la inusitada apariencia de las cosas, retirémonos ambos de en medio y, constituidas las Iglesias en unidad pacífica en cada lugar una vez condenada la causa del cisma, por aquellos que se encuentren solos en cada Iglesia, hecha la unidad por los lugares necesarios, sean constituidos obispos solos. ¿Por qué, pues, dudaremos en ofrecer el sacrificio de esta humildad a nuestro Redentor? ¿Acaso Él bajó de los cielos a los miembros humanos para que nosotros fuéramos miembros suyos, y nosotros, para que sus mismos miembros no sean despedazados por una cruel división, tememos bajar de las cátedras? Para nosotros nada es más suficiente que el ser cristianos fieles y obedientes; seámoslo, pues, siempre. Pero somos ordenados obispos por causa de los pueblos cristianos; lo que, pues, aproveche a los pueblos cristianos para la paz cristiana, eso hagamos de nuestro episcopado. Si somos ordenados obispos por causa de los pueblos cristianos; lo que, pues, aproveche a los pueblos cristianos para la paz cristiana, eso hagamos de nuestro episcopado. La dignidad episcopal nos será más fructuosa si, depuesta, recoge más a la grey de Cristo que si, retenida, la dispersa. Pues ¿con qué frente esperaremos en el siglo futuro el honor prometido por Cristo si nuestro honor impide en este siglo la unidad cristiana?

4. Haec propterea Praestantiae tuae scribenda curavimus, ut et per te innotescant omnibus. Postulamus ut in adjutorio Domini Dei nostri, quo admonente ista promittimus, et quo adjuvante nos implere posse confidimus, etiam ante collationem, si fieri potest, corda hominum vel infirma, vel dura, pia charitas aut sanet, aut edomet; ac sic jam pacificis mentibus non resistamus manifestissimae veritati, et disputationem nostram vel praecedamus concordia, vel sequamur. Neque enim desperare debemus, si recolunt beatos esse pacificos, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur (Matth. V, 9), multo dignius et facilius eos velle ut pars Donati universo orbi christiano reconcilietur, quam universus orbis christianus a parte Donati rebaptizetur: cum praesertim de Maximiani sacrilego et damnato schismate venientes, quos etiam terrenarum potestatum jussionibus insectando emendare curarunt, tanta dilectione quaesierint ut nec baptismum ab eis datum rescindere auderent, et quosdam eorum damnatos, sine ulla honoris eorum diminutione susciperent, quosdam vero in illius discissionis societate impollutos fuisse censerent. Quorum inter se concordiae non invidemus; sed eos certe oportet advertere quam pie tanto studio ramum a se fractum radix catholica inquirit, si ramus ipse similiter a se parvum fragmen incisum sic colligere laboravit. (Et alia manu): Optamus te, fili, in Domino bene valere. Aurelius episcopus Ecclesiae catholicae Carthaginensis, huic epistolae subscripsi. (Item alia manu): Silvanus senex Ecclesiae Summensis subscripsi.

EPISTOLA CXXIX . Catholici episcopi Notoriae Donatistarum respondent, significantes Marcellino se illis concedere quod petierant, ut universi qui venerant eorum episcopi praesentes essent in eo loco ubi celebranda erat collatio: tum etiam catholicae Ecclesiae causam adversus eorum schisma validis argumentis vindicant. Honorabili ac dilectissimo filio V. C. et spectabili tribuno et notario MARCELLINO, AURELIUS, SILVANUS, et universi episcopi catholici.

1. Multum nos sollicitos reddidit Notoria, vel litterae fratrum nostrorum, quos cupimus ad catholicam pacem a perniciosa dissensione converti, quod edicto Nobilitatis tuae, quo ipsius disputationis nostrae tranquillitati quietique providisti, consentire noluerunt; ne forte etiamsi non omnes, aliqui tamen eorum per multitudinis tumultum seu strepitum, collationem, quae pacifica et pacata esse debet, impediant. Atque utinam ipsos non pertentet ista cogitation, et nos potius fallat ista suspicio!

4. Estas cosas hemos procurado escribir a tu Excelencia por este motivo: para que a través de ti sean conocidas por todos. Pedimos que, con la ayuda del Señor Dios nuestro, por cuya amonestación prometemos estas cosas y con cuya ayuda confiamos poder cumplirlas, incluso antes de la conferencia, si puede hacerse, la piadosa caridad sane o dome los corazones de los hombres, ya sean débiles, ya duros; y así, con mentes ya pacíficas, no resistamos a la verdad manifiestísima, y o bien precedamos a nuestra disputa con la concordia, o bien la sigamos. Pues ni debemos desesperar de que, si recuerdan que son bienaventurados los pacíficos porque ellos serán llamados hijos de Dios (Mt 5, 9), mucho más digna y fácilmente quieran ellos que la parte de Donato se reconcilie con todo el orbe cristiano, que el que todo el orbe cristiano sea rebautizado por la parte de Donato; sobre todo cuando, viniendo del sacrílego y condenado cisma de Maximiano, a quienes procuraron enmendar persiguiéndolos incluso por mandatos de las potestades terrenas, los buscaron con tanto amor que ni se atrevieron a rescindir el bautismo dado por ellos, y a algunos de ellos condenados los recibieron sin ninguna disminución de su honor, mientras que a otros juzgaron que habían permanecido incontaminados en la sociedad de aquella escisión. No envidiamos la concordia de ellos entre sí; pero ciertamente les conviene advertir con cuánta piedad y con tanto celo la raíz católica busca a la rama desgajada de sí, si la rama misma trabajó así por recoger un pequeño fragmento cortado de ella. (Y de otra mano): Deseamos, hijo, que estés bien en el Señor. Aurelio, obispo de la Iglesia católica de Cartago, suscribí a esta carta. Silvano, anciano de la Iglesia de Summa, suscribí.

CARTA CXXIX. Los obispos católicos responden a la Notoria de los donatistas, significando a Marcelino que les conceden lo que habían pedido: que todos sus obispos que habían venido estuvieran presentes en el lugar donde se celebraría la conferencia; entonces también reivindican la causa de la Iglesia católica frente a su cisma con sólidos argumentos. Al honorable y dilectísimo hijo V. C. y espectable tribuno y notario MARCELINO, AURELIO, SILVANO y todos los obispos católicos.

1. Mucho nos ha inquietado la Notoria, o las letras de nuestros hermanos, a quienes deseamos convertir a la paz católica desde la perniciosa disensión, por el hecho de que no quisieron consentir al edicto de tu Nobleza, con el cual proveíste a la tranquilidad y el sosiego de nuestra misma disputa; no sea que tal vez, si no todos, al menos algunos de ellos, por el tumulto o el estrépito de la multitud, impidan la conferencia, que debe ser pacífica y sosegada. ¡Y ojalá que no les tiente ese pensamiento y que más bien nos engañe a nosotros esa sospecha!

et ideo si velint omnes esse praesentes, ut cum eis visum fuerit, congregatis illuc etiam nobis, simul inde egrediamur concordes atque pacati, et schismatica divisione correcta, fraterno unitatis Christi vinculo obstricti, mirantibus et gaudentibus omnibus bonis, dolente autem solo diabolo et similibus ejus, pariter in Ecclesiam ad gratiarum actionem, laudesque Deo reddendas ardentissima et lucidissima charitate pergamus.

2. Quid enim magnum est, si oculus pacatus attendat, et cogitatio christiana non deserat considerare et videre, remotis humanis criminationibus seu veris seu falsis, in eis Litteris Ecclesiam esse quaerendam, ubi Christus Redemptor ejus innotuit? Nam sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus ejus de sepulcro furatum a discipulis; sic non debemus audire contra ejus Ecclesiam eos qui dicunt non eam esse nisi in solis Afris et Afrorum paucissimis sociis: Apostolus quippe dicit quoniam veraces christiani membra sunt Christi (Ephes. IV, 25); sicut ergo non credimus furto cujusquam periisse carnem Christi mortuam de sepulcro, sic credere non debemus peccato cujusquam viva ejus membra periisse de mundo. Non est itaque difficile, quoniam caput est Christus, et corpus Ecclesia, simul in Evangelio commendatum videre, et caput contra calumnias Judaeorum, et corpus contra criminationes haereticorum. Nam quod legitur, Oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die, contra eos est qui dicunt mortuum de sepulcro esse sublatum; quod autem sequitur, et praedicari in nomine ejus poenitentiam, et remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Jerusalem (Luc. XXIV, 46, 47), contra eos est qui dicunt non esse Ecclesiam in orbe terrarum: ut uno brevi capitulo paucisque verbis, et inimicus capitis, et inimicus corporis repellatur, et, si fideliter attenderit, corrigatur.

3. Nam tenere istas inimicitias fratres nostros tanto magis dolemus, quanto magis eos constat easdem Scripturas nobiscum tenere, quibus haec apertissima testimonia continentur. Judaei quippe qui negant resurrexisse Christum, saltem non accipiunt Evangelium: isti autem fratres nostri utriusque Testamenti auctoritate devincti sunt; et tamen criminari nos volunt de Evangelio tradito, et nolunt ei credere recitato. Sed nunc fortasse hujus collationis cura suscepta diligentius perscrutati sunt Scripturas sacras; et quia in eis innumerabilia testimonia repererunt, quibus promissa est Ecclesia futura in omnibus gentibus, et toto orbe terrarum, sicut eam reddi et praesentari coepisse in Evangelio et Epistolis apostolicis, et in Actibus Apostolorum videmus, ubi et ipsa loca, et civitates, et provinciae leguntur, per quas crevit, incipiens ab Jerusalem, ut inde se etiam in Africam non migrando, sed crescendo diffunderet;

Y por eso, si quieren estar todos presentes, para que cuando les parezca bien, congregados allí también nosotros, salgamos juntos de allí concordes y pacificados, y corregida la división cismática, ligados por el fraterno vínculo de la unidad de Cristo, maravillándose y alegrándose todos los buenos, pero doliéndose solo el diablo y los semejantes a él, vayamos juntos a la Iglesia para la acción de gracias y para rendir alabanzas a Dios con caridad ardientísima y lucidísima.

2. Pues ¿qué gran cosa es si el ojo pacificado atiende y el pensamiento cristiano no deja de considerar y ver, remotas las criminaciones humanas ya sean verdaderas ya falsas, que en aquellas Letras ha de ser buscada la Iglesia donde el Cristo su Redentor se dio a conocer? Pues así como no oímos contra Cristo a los que dicen que su cuerpo fue hurtado del sepulcro por los discípulos, así no debemos oír contra su Iglesia a los que dicen que esta no existe sino solo en los africanos y en poquísimos socios de los africanos. Pues el Apóstol dice que los verdaderos cristianos son miembros de Cristo (Ef 4, 25); así como, pues, no creemos que por el hurto de nadie pereciera del sepulcro la carne muerta de Cristo, así no debemos creer que por el pecado de nadie perecieran del mundo sus miembros vivos. No es, pues, difícil, ya que Cristo es la cabeza y la Iglesia el cuerpo, ver a ambos recomendados a la vez en el Evangelio: la cabeza contra las calumnias de los judíos y el cuerpo contra las criminaciones de los heréticos. Pues lo que se lee: "Convenía que el Cristo padeciera y resucitara de entre los muertos al tercer día", es contra los que dicen que fue sustraído muerto del sepulcro; en cambio, lo que sigue: "y que se predicara en su nombre la penitencia y la remisión de los pecados por todas las naciones, empezando por Jerusalén" (Lc 24, 46-47), es contra los que dicen que no existe la Iglesia en el orbe de la tierra; para que con un solo breve capítulo y pocas palabras, tanto el enemigo de la cabeza como el enemigo del cuerpo sea repelido y, si atendiera fielmente, sea corregido.

3. Pues que nuestros hermanos mantengan estas enemistades nos duele tanto más cuanto más consta que ellos mantienen con nosotros las mismas Escrituras en las que se contienen estos evidentísimos testimonios. Ciertamente los judíos, que niegan que Cristo haya resucitado, al menos no aceptan el Evangelio; estos hermanos nuestros, en cambio, están ligados por la autoridad de ambos Testamentos y, sin embargo, quieren criminarnos por el Evangelio entregado y no quieren creerle cuando se recita. Pero ahora tal vez, asumido el cuidado de esta conferencia, han escudriñado más diligentemente las Sagradas Escrituras; y porque han hallado en ellas innumerables testimonios con los que se prometió la Iglesia futura en todas las naciones y en todo el orbe de la tierra, tal como vemos que empezó a cumplirse y presentarse en el Evangelio y en las Epístolas apostólicas y en los Hechos de los Apóstoles, donde se leen tanto los lugares mismos como las ciudades y provincias por las que creció, empezando desde Jerusalén para que desde allí se difundiera también hacia África, no migrando sino creciendo;

non autem invenerunt aliquod testimonium divinorum eloquiorum, ubi dictum est eam perituram de caeteris partibus mundi, et in sola Africa Donati parte mansuram; et viderunt quam sit absurdum, pro illa, quae fuerat peritura, tot testimonia divina recitari; pro ea vero, quae, sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum ejus testimonium reperiri: haec forte cogitantes, ad finiendas vanas, et perniciosas, et saluti aeternae contrarias inimicitias, ad locum collationis nostrae omnes convenire voluerunt, non ut tumultus novus oriatur, sed ut vetusta discordia finiatur.

4. Nam et illud quo in nos solent graviter irritari, quod reges terrae, quos tanto ante praedictum est Christo domino servituros, leges contra haereticos et schismaticos pro catholica pace constituunt, credimus quod aliquando cogitaverint non esse culpandum: quia et antiqui reges non solum gentis Hebraicae, sed etiam alienigenae, ne quisquam contra Deum Israel, hoc est verum Deum, non tantum faceret, sed vel diceret aliquid, omnes regni sui populos praeceptis minacissimis terruerunt; et majores istorum ipsam Caeciliani causam, unde nata est ista dissensio, ad Constantinum imperatorem per Anulinum proconsulem accusando miserunt; quod utique non ob aliud videntur fecisse, nisi ut imperator Constantinus contra eos qui superati essent, eis qui superassent, aliquid regali auctoritate decerneret; totamque ipsam causam potuerunt (et forte fecerunt ipsius collationis necessitate), archivis publicis perserutatis, invenire olim esse finitam, post ecclesiastica judicia, quibus absolutus est Caecilianus, illo etiam imperatore judicante, ad cujus examen rem totam et primo miserunt, et postea perduxerunt. Ibi potuerunt etiam causam Felicis Aptungensis ordinatoris Caeciliani, quem malorum omnium fontem in concilio suo dixerant, cognoscente Aeliano proconsule ex praecepto ejusdem imperatoris, invenire purgatam.

5. Quanquam et hoc si attenderunt, et, quod facile fuerat, adverterunt, in Scripturis sanctis Ecclesiam Christi permixtis zizaniis, et palea, et piscibus malis futuram esse promissam usque ad tempus messis (Matth. XIII, 24 30), ventilationis (Id. III, 12), et littoris (Id. XIII, 47, 48), utique cogitare potuerunt, etiamsi malam causam Caecilianus et coepiscopi ejus habuissent, nihil eos praejudicare potuisse orbi christiano, quem Deus paucis credentibus tanto ante promisit, et nunc multis videntibus reddidit.

y no han hallado, en cambio, ningún testimonio de las divinas elocuciones donde se haya dicho que ella perecería de las demás partes del mundo y que permanecería solo en África, en la parte de Donato; y han visto cuán absurdo es que por aquella que había de perecer se reciten tantos testimonios divinos y que por aquella que, según ellos piensan, había de agradar al Señor, no se halle ningún testimonio suyo; pensando tal vez estas cosas para poner fin a las vanas y perniciosas enemistades contrarias a la salvación eterna, quisieron todos concurrir al lugar de nuestra conferencia, no para que surja un nuevo tumulto, sino para que termine la antigua discordia.

4. Pues también aquello por lo que suelen irritarse gravemente contra nosotros, a saber, que los reyes de la tierra, de quienes tanto tiempo antes se predijo que servirían a Cristo Señor, establezcan leyes contra los heréticos y cismáticos en favor de la paz católica, creemos que alguna vez habrán pensado que no debe ser culpado: porque también los antiguos reyes, no solo de la nación hebrea, sino también extranjeros, para que nadie hiciera o incluso dijera algo contra el Dios de Israel, esto es, el Dios verdadero, aterrorizaron a todos los pueblos de su reino con preceptos amenazadores; y los mayores de estos enviaron la causa misma de Ceciliano, de donde nació esta disensión, al emperador Constantino para ser acusado a través del procónsul Anulino; lo cual ciertamente parece que no hicieron por otra cosa sino para que el emperador Constantino decretara algo por autoridad real contra los que fueran vencidos en favor de los que vencieran; y pudieron hallar (y tal vez lo hicieron por la necesidad de la misma conferencia), escudriñados los archivos públicos, que toda la causa misma estaba terminada hace tiempo, después de los juicios eclesiásticos por los que fue absuelto Ceciliano, juzgando también aquel emperador a cuyo examen enviaron primero y llevaron después toda la cosa. Allí pudieron hallar también purgada la causa de Félix de Aptunga, el ordenador de Ceciliano, a quien en su concilio habían llamado fuente de todos los males, conociendo el caso el procónsul Eliano por precepto del mismo emperador.

5. Aunque si también atendieron a esto y, lo que era fácil, advirtieron que en las Sagradas Escrituras se prometió que la Iglesia de Cristo estaría mezclada con cizaña, y paja, y peces malos hasta el tiempo de la mies (Mt 13, 24-30), del bieldo (Ibíd. 3, 12) y de la orilla (Ibíd. 13, 47-48), ciertamente pudieron pensar que, aunque Ceciliano y sus coobispos hubieran tenido una mala causa, en nada habrían podido perjudicar al orbe cristiano, al que Dios prometió tanto antes a unos pocos creyentes y ahora ha entregado a muchos que lo ven.

Nisi forte plus contra Ecclesiam valuit homo peccans, quam pro Ecclesia Deus jurans, et iniquitas quod amisit, quam veritas quod promisit. Haec sentire quam sit stultum et impium jam fortasse viderunt: cogitaverunt quoque damnatos a se Maximianistas Primiani damnatores per potestates terrenas etiam de basilicis curasse pellendos, et ibi certius exemplo suo recentiore didicerunt non esse peccatum, si tale aliquid Ecclesia contra rebelles suos ab hujusmodi potestatibus postulat: et quod aliquos ex damnatis postea receperunt, quos cum damnarent, aliis etiam plurimis in eadem societate schismatis constitutis dilationem dederunt, quos in Maximiani sacrilegi surculi communione impollutos mansisse dixerunt, et Baptismum vel a damnatis, vel a sociis eorum, quamvis foris in schismate datum, rescindere atque iterare non ausi sunt; satis utique judicarunt ea quae contra nos dicebant, exemplo suo esse damnata: et credendum est quod jam intelligant quam sit indignum, quam intolerabile, ut cum sedeant in cathedris episcopalibus cum istis, et cum ipso simul Primiano damnatores ejus et damnati in causa ejus, ut sit pax in parte Donati, de Caeciliano infametur orbis christianus, ne in pace vivat unitas Christi.

6. Haec omnia fortasse cogitantes, et Dei timore permoti, omnes collationis loco adesse voluerunt, non tumultus dispositione, sed pacis. Quod enim propterea se universos adesse dixerunt, ut eorum numerus appareat, quoniam eos paucos esse adversarii saepe sui mentiti sunt; hoc si aliquando a nostris dictum est, de his locis dici verissime potuit ubi nostrorum coepiscoporum et clericorum atque laicorum longe major est numerus, et maxime in proconsulari provincia: quanquam, excepta Numidia consulari, etiam in caeteris provinciis Africanis nostrorum numero facillime superentur; aut certe, in comparatione omnium gentium, per quas catholica communio dilatatur, eos esse paucissimos rectissime dicimus. Sed nunc si numerum suum innotescere voluissent, nonne ordinatius atque tranquillius innotesceret per eorum subscriptiones, quas ut mandato suo te cernente subjungant, edicto admonuisti? Quid sibi ergo vult quod collationis loco omnes adesse desiderant? Si enim pacem non cogitant, quid non perturbabunt locuturi, aut quid illic facient tacituri? Nam etiamsi clamor non sit, solus susurrus ipse multorum, satis magnum strepitum faciet, quo impediatur illa collatio.

A no ser que tal vez pudo más contra la Iglesia el hombre que peca que Dios que jura por la Iglesia, y más la iniquidad lo que perdió que la verdad lo que prometió. Cuán necio e impío sea sentir estas cosas tal vez ya lo han visto: pensaron también que ellos se encargaron de que los maximianistas, condenadores de Primiano y condenados por ellos mismos, fueran expulsados incluso de las basílicas a través de las potestades terrenas, y allí aprendieron con más certeza por su propio ejemplo más reciente que no es pecado si la Iglesia pide algo semejante contra sus rebeldes a tales potestades: y que después recibieron a algunos de los condenados, a quienes cuando los condenaban dieron un plazo a otros muchísimos constituidos en la misma sociedad del cisma, de quienes dijeron que habían permanecido incontaminados en la comunión del sacrílego vástago de Maximiano, y no se atrevieron a rescindir ni reiterar el bautismo dado ya por los condenados, ya por sus socios, aunque dado fuera en el cisma; juzgaron ciertamente de sobra que aquellas cosas que decían contra nosotros estaban condenadas por su propio ejemplo: y es de creer que ya comprenden cuán indigno, cuán intolerable es que, mientras se sientan en las cátedras episcopales con estos, y se sientan a la vez con el mismo Primiano sus condenadores y los condenados en su causa para que haya paz en la parte de Donato, se infame al orbe cristiano por causa de Ceciliano para que la unidad de Cristo no viva en paz.

6. Pensando tal vez todas estas cosas y movidos por el temor de Dios, quisieron todos estar presentes en el lugar de la conferencia, no por una disposición al tumulto, sino a la paz. Pues en cuanto a que dijeron que estaban presentes todos por esto, para que aparezca su número, ya que sus adversarios han mentido a menudo diciendo que eran pocos; si esto fue dicho alguna vez por los nuestros, pudo decirse con muchísima verdad de aquellos lugares donde el número de nuestros coobispos y clérigos y laicos es mucho mayor, y especialmente en la provincia proconsular: aunque, exceptuada la Numidia consular, también en las demás provincias africanas sean superados muy fácilmente por el número de los nuestros; o ciertamente, en comparación con todas las naciones por las que se dilata la comunión católica, decimos con muchísima rectitud que ellos son poquísimos. Pero ahora, si hubieran querido que su número se diera a conocer, ¿no se daría a conocer más ordenada y tranquilamente a través de sus firmas, las cuales amonestaste en el edicto que adjuntaran a su mandato en tu presencia? ¿Qué quiere decir, pues, que deseen estar todos presentes en el lugar de la conferencia? Pues si no piensan en la paz, ¿qué no perturbarán cuando vayan a hablar, o qué harán allí cuando vayan a callar? Pues aunque no haya clamor, el solo susurro de muchos hará un ruido suficientemente grande como para que se impida aquella conferencia.

7. Quid est autem quod in Notoria sua ponendum putarunt, ideo se juste flagitasse ut omnes adessent, quia omnes conventi sunt ut venirent? quasi possent eligi pauci qui adesse deberent, nisi ab omnibus qui venissent, ut eorum electioni te praesente subscriberent, ac sic in paucis omnes essent, cum ab omnibus pauci electi essent. Aut ergo tumultus ab eis cogitatur, aut pax; quorum illud optamus, illud cavemus: et ideo ne forte, quod absit, hoc praeparetur potius quod cavemus quam quod optamus, consentimus adesse omnes illos, ut tamen a nobis tantus adsit numerus, quantus tuae Spectabilitati sufficere visus est; ut tumultuosum per turbas si quid emerserit, nonnisi eis recte imputetur, in quorum parte praesens fuerit ad rem, quae a paucis agenda est, omnino superflua multitudo. Si autem quod votis omnibus cupimus, quod ardenter appetimus, quod suppliciter a Domino deprecamur, causa unitatis faciendae illa erit necessaria multitudo, cum voluerint, omnes aderimus, et ad tantum bonum, illo adjuvante qui hoc donat, alacriter convolabimus, dicentes. Fratres nostri estis (Isai. LXVI, 5, sec. LXX), non jam eis qui nos detestantur, sed qui odio finito amplectuntur, ut nomen Domini honorificetur, et appareat illis in jucunditate jam nobiscum experientibus, quam bonum sit et jucundum fratres habitantes in unum (Psal. CXXXII, 1). (Et alia manu): Optamus te, fili, in Deo bene valere. (Item alia manu): Aurelius episcopus Ecclesiae catholicae Carthaginensis, subscripsi. (Item): Silvanus primae sedis provinciae Numidiae, subscripsi.

Epistola CXXX.

Augustinus Probae viduae diviti praescribit quomodo sit orandus Deus.

AUGUSTINUS episcopus servus Christi servorumque Christi, religiosae famulae Dei PROBAE , in Domino dominorum salutem.

CAPUT PRIMUM.

1. Et petisse te et promisisse me recolens, ut de orando Deo ad te aliquid scriberem, ubi tribuente ipso quem oramus, tempus facultasque concessa est, oportuit ut debitum meum jam jamque persolverem, et pio studio tuo in Christi charitate servirem. Quam me autem laetificaverit ipsa petitio tua, in qua cognovi quantam rei tantae curam geris, verbis explicare non possum. Quod enim majus oportuit esse negotium viduitatis tuae, quam persistere in oratione nocte ac die, secundum Apostoli admonitionem?

7. ¿Y qué es lo que pensaron que debía ponerse en su Notoria, a saber, que por eso habían pedido justamente que todos asistieran porque todos fueron convocados para venir? como si pudieran elegirse unos pocos que debieran asistir, a no ser por todos los que hubieran venido, para que firmaran su elección en tu presencia y así todos estuvieran en los pocos, al haber sido elegidos los pocos por todos. O, pues, se piensa por ellos en el tumulto, o en la paz; de lo cual aquello deseamos, esto evitamos: y por eso, para que no sea que tal vez, lo que no suceda, se prepare esto que evitamos más bien que lo que deseamos, consentimos en que asistan todos aquellos, con tal de que por nuestra parte asista aquel número que a tu Espectabilidad le haya parecido suficiente; para que, si surgiera algo tumultuoso por las turbas, no se impute rectamente sino a aquellos de cuya parte estuviera una multitud del todo superflua para el asunto que ha de ser tratado por pocos. Pero si, lo que deseamos con todos nuestros votos, lo que ardientemente buscamos, lo que suplicantes deprecamos del Señor, aquella multitud fuera necesaria por causa de hacer la unidad, cuando lo quieran, asistiremos todos y volaremos alacritamente a tan gran bien, ayudando aquel que esto concede, diciendo: "Hermanos nuestros sois" (Is 66, 5, según los LXX), ya no a los que nos detestan, sino a los que acabado el odio nos abrazan, para que el nombre del Señor sea honrado y se les aparezca a ellos que ya experimentan con nosotros en la alegría cuán bueno y cuán agradable es que los hermanos habiten en uno (Sal 132, 1). (Y de otra mano): Deseamos que tú, hijo, estés bien en Dios. (Item de otra mano): Aurelio, obispo de la Iglesia católica de Cartago, firmé. (Item): Silvano, de la primera sede de la provincia de Numidia, firmé.

Carta CXXX.

Agustín prescribe a la viuda rica Proba cómo se debe orar a Dios.

AGUSTÍN, obispo, siervo de Cristo y de los siervos de Cristo, a la religiosa sierva de Dios PROBA, salud en el Señor de los señores.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Recordando que tú me habías pedido y yo te había prometido que te escribiría algo sobre la oración a Dios, una vez que, por concesión de aquel mismo a quien oramos, se ha otorgado tiempo y facultad, era oportuno que pagara ya por fin mi deuda y sirviera a tu piadoso estudio en la caridad de Cristo. Cuánto me ha alegrado tu misma petición, en la que he conocido cuánta preocupación tienes por asunto tan grande, no puedo explicarlo con palabras. Pues ¿qué mayor negocio debió ser el de tu viudez que persistir en la oración noche y día, según la amonestación del Apóstol?

ille quippe ait: Quae autem vere vidua est et desolata speravit in Domino, et persistit in oratione nocte ac die (I Tim. V, 5). Unde mirum videri potest, cum sis secundum hoc saeculum nobilis, dives, tantaeque familiae mater, et in eo licet vidua, non tamen desolata, quomodo occupaverit cor tuum praecipueque sibi vindicaverit orandi cura; nisi quia prudenter intelligis quod in hoc mundo et in hac vita nulla anima possit esse secura.

2. Proinde qui tibi eam cogitationem dedit, profecto facit quod Discipulis suis, non pro seipsis, sed pro humano genere contristatis, et desperantibus quemquam posse salvari, posteaquam ab illo audierunt facilius esse camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum coelorum; mirifica et misericordissima pollicitatione respondit, Deo esse facile quod hominibus impossibile est (Matth. XIX, 24-26). Cui ergo facile est ut etiam dives intret in regnum coelorum, inspiravit tibi piam sollicitudinem, de qua me consulendum putasti quonam modo esset tibi orandum. Ille namque cum etiam hic adhuc esset in carne, Zachaeum divitem in regnum coelorum misit (Luc. XIX, 9), et resurrectione atque ascensione glorificatus, multos postea divites impartito Spiritu sancto fecit hujus saeculi contemptores, et finita divitiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu sic studeres orare Deum, nisi sperares in eo? quomodo autem sperares in eo, si sperares in incerto divitiarum, et contemneres praeceptum saluberrimum, quo Apostolus ait: Praecipe divitibus hujus mundi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; ut divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam (I Tim. VI, 17-19)?

CAPUT II.

3. Debes itaque prae amore hujus verae vitae, etiam desolatam te putare in hoc saeculo, in quantalibet ejus felicitate verseris. Nam sicut est illa vera vita, in cujus comparatione utique ista quae multum amatur, quamlibet jucunda atque producta sit, nec vita dicenda est: sic est etiam solatium verum, quod per prophetam Dominus promittit dicens, Dabo illi solatium verum, pacem super pacem (Isai. LVII, 18, 19, sec. LXX); sine quo solatio quaecumque sunt terrena solatia, magis in eis desolatio, quam consolatio reperitur.

pues él dice: "La que es verdaderamente viuda y desolada ha esperado en el Señor y persiste en la oración noche y día" (1 Tim 5, 5). Por lo cual puede parecer admirable, siendo tú según este mundo noble, rica y madre de tan gran familia, y en ello, aunque viuda, no sin embargo desolada, cómo la preocupación de orar ha ocupado tu corazón y especialmente se lo ha reclamado para sí; si no es porque prudentemente comprendes que en este mundo y en esta vida ninguna alma puede estar segura.

2. Por tanto, el que te dio ese pensamiento, ciertamente hace lo que respondió con una maravillosa y misericordiosísima promesa a sus discípulos, entristecidos no por sí mismos sino por el género humano, y desesperando de que alguien pudiera salvarse después de que oyeron de él que es más fácil que un camello entre por el ojo de una aguja que un rico en el reino de los cielos: que a Dios le es fácil lo que a los hombres es imposible (Mt 19, 24-26). Aquel, pues, para quien es fácil que incluso un rico entre en el reino de los cielos, te inspiró la piadosa solicitud por la que pensaste que yo debía ser consultado sobre de qué modo debías orar. Pues él, cuando todavía estaba aquí en la carne, envió al rico Zaqueo al reino de los cielos (Lc 19, 9) y, glorificado por la resurrección y ascensión, hizo después a muchos ricos, comunicado el Espíritu Santo, despreciadores de este mundo y más ricos acabada la codicia de las riquezas. Pues ¿cómo te dedicarías tú así a orar a Dios si no esperaras en él? ¿y cómo esperarías en él si esperaras en la incertidumbre de las riquezas y despreciaras el precepto saludabilísimo por el que el Apóstol dice: "Manda a los ricos de este mundo que no sientan orgullosamente, ni esperen en la incertidumbre de las riquezas, sino en el Dios vivo que nos presta todas las cosas abundantemente para disfrutar; que sean ricos en buenas obras, que den fácilmente, que comuniquen, que atesoren para sí un buen fundamento para el futuro, para que aprehendan la verdadera vida" (1 Tim 6, 17-19)?

CAPÍTULO II.

3. Debes, pues, por amor a esta verdadera vida, considerarte también desolada en este mundo, en cualquier gran felicidad del mismo en que te encuentres. Pues así como aquella es la verdadera vida, en cuya comparación ciertamente esta que mucho se ama, por agradable y prolongada que sea, ni siquiera debe llamarse vida, así también existe el verdadero consuelo que el Señor promete por el profeta diciendo: "Le daré el verdadero consuelo, paz sobre paz" (Is 57, 18-19, según los LXX); sin el cual consuelo, cuantos consuelos terrenos existen, más desolación que consolación se halla en ellos.

Divitiae quippe atque fastigia dignitatum, caeteraque hujusmodi quibus felices se esse putant mortales verae illius felicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non indigere quam eminere praestantius; quae plus excruciant adepta timore amissionis, quam concupita adeptionis ardore? Talibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti, bene utendo faciunt ut ista sint bona. Non sunt ergo in iis vera solatia, sed ibi potius ubi vera vita. Nam inde necesse est ut fiat homo beatus, unde fit bonus.

4. Homines autem boni videntur etiam in hac vita praestare non parva solatia. Nam si paupertas angit, si luctus moestificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exsilium, si ulla calamitas alia vexat, adsint boni homines qui non solum gaudere cum gaudentibus, verum etiam fletere cum flentibus (Rom. XII, 15) norunt, et salubriter alloqui et colloqui sciunt; plurimum illa aspera leniuntur, relevantur gravia, superantur adversa. Sed ille hoc in eis et per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. E contra, si divitiae circumfluant, nulla orbitas accidat, adsit sanitas carnis, incolumi habitetur in patria, et cohabitent mali homines, in quibus nemo sit cui fides habeatur, a quo non dolus, fraus, irae, discordiae, insidiae timeantur, atque sustineantur; nonne illa omnia fiunt amara et dura, nec aliquid laetum vel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisque talis invenitur, de cujus animo et moribus sit in hac vita certa securitas? Nam sicut sibi quisque nemo alter alteri notus est; et tamen nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua crastina conversatione securus. Proinde quamvis ex fructibus suis multi cognoscantur, et alii quidem bene vivendo proximos laetificent, alii male vivendo contristent; tamen propter humanorum animorum ignota et incerta, rectissime Apostolus admonet ut non ante tempus quidquam judicemus, donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a Deo (I Cor. IV, 5).

5. In iis igitur vitae hujus tenebris, in quibus peregrinamur a Domino, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem (II Cor. V, 6, 7), desolatam debet se christiana anima reputare, ne desistat orare: et Scripturarum divinarum sanctarumque sermoni discat tanquam lucernae in obscuro loco positae fidei oculum intendere, donec dies lucescat, et lucifer oriatur in cordibus nostris (II Petr. I, 19).

En efecto, las riquezas y las cumbres de las dignidades, y las demás cosas de esta clase por las que se creen felices los mortales carentes de aquella verdadera felicidad, ¿qué consuelo aportan, siendo para ellos más excelente no necesitar que sobresalir, cosas que más atormentan una vez alcanzadas por el temor de la pérdida que fueron codiciadas por el ardor de la adquisición? Con tales bienes no se hacen buenos los hombres, sino que, hechos buenos desde otra parte, usando bien de ellos hacen que esas cosas sean bienes. No están, pues, en ellos los verdaderos consuelos, sino más bien allí donde está la verdadera vida. Pues de donde se hace el hombre bueno, de allí es necesario que se haga bienaventurado.

4. Los hombres buenos, sin embargo, parecen prestar incluso en esta vida no pequeños consuelos. Pues si la pobreza angustia, si el luto entristece, si el dolor del cuerpo inquieta, si el exilio contrista, si cualquier otra calamidad veja, asistan hombres buenos que sepan no solo alegrarse con los que se alegran, sino también llorar con los que lloran (Rom 12, 15), y sepan hablar y conversar saludablemente; muchísimo se suavizan aquellas asperezas, se alivian las cargas, se superan las adversidades. Pero aquel que los hizo buenos con su Espíritu hace esto en ellos y por ellos. Por el contrario, si las riquezas fluyeran, si no ocurriera ninguna pérdida de seres queridos, si asistiera la salud de la carne, si se habitara en la patria incólume y cohabitaran hombres malos en los que no hubiera nadie en quien tener fe, de quienes no se temieran y sufrieran dolo, fraude, iras, discordias, insidias, ¿no se vuelven todas aquellas cosas amargas y duras, y no hay nada alegre o dulce en ellas? Así, en cualesquiera cosas humanas nada es amigo para el hombre sin el hombre amigo. Pero ¿cuántos de tales se hallan de cuya mente y costumbres haya en esta vida una seguridad cierta? Pues así como cada uno es desconocido para sí mismo, así lo es el uno para el otro; y sin embargo, ni siquiera para sí mismo es cada uno tan conocido que esté seguro de su conducta de mañana. Por tanto, aunque por sus frutos se conozca a muchos, y algunos ciertamente por vivir bien alegren a los prójimos, otros por vivir mal los contristen; sin embargo, por lo desconocido e incierto de las mentes humanas, con muchísima rectitud amonesta el Apóstol que no juzguemos nada antes de tiempo hasta que venga el Señor e ilumine lo escondido de las tinieblas y manifieste los pensamientos del corazón, y entonces habrá alabanza para cada uno de parte de Dios (1 Cor 4, 5).

5. En estas tinieblas, pues, de esta vida en las que peregrinamos lejos del Señor mientras caminamos por la fe y no por la visión (2 Cor 5, 6-7), el alma cristiana debe considerarse desolada para que no deje de orar; y aprenda a dirigir el ojo de la fe a la palabra de las divinas y santas Escrituras como a una lámpara puesta en un lugar oscuro, hasta que el día luzca y el lucero del alba nazca en nuestros corazones (2 Pe 1, 19).

Hujus enim lucernae quidam fons ineffabilis lumen illud est, quod sic lucet in tenebris, ut non comprehendatur a tenebris, cui videndo, fide corda mundanda sunt: Beati enim mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8); et, Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2). Tunc erit vera vita post mortem, verumque solatium post desolationem: illa vita eximet animam nostram de morte, et illud solatium oculos nostros a lacrymis; et quoniam ibi jam non erit ulla tentatio, ideo sequitur in eodem psalmo, Pedes meos a lapsu. Porro si nulla tentatio, jam nulla oratio: non enim ibi adhuc erit promissi boni exspectatio, sed redditi contemplatio; unde, Placebo, inquit, Domino in regione vivorum (Psal. CXIV, 8, 9), ubi tunc erimus, non in deserto mortuorum, ubi nunc sumus. Mortui enim estis, ait Apostolus, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria (Coloss. III, 3, 4). Haec est enim vera vita, quam jubentur bonis operibus apprehendere divites: et ibi est verum solatium; quo solatio nunc vidua desolata, etiam quae filios et nepotes habet, et domum suam pie tractat, agens cum omnibus suis ut ponant in Deo spem suam, dicit tamen in oratione, Sitivit tibi anima mea: quam multipliciter tibi et caro mea, in terra deserta, et sine via, et sine aqua (Psal. LXII, 2, 3); quod est ista moribunda vita, quibuslibet mortalibus solatiis frequentetur, quibuslibet itinerantibus comitetur, quantalibet rerum copia cumuletur. Nosti quippe ista omnia quam incerta sint: et in illius promissae felicitatis comparatione quid essent, etiamsi incerta non essent?

6. Haec dixi, quoniam sermonem meum vidua dives et nobilis, et tantae familiae mater, de oratione quaesisti, ut etiam tecum in hac vita permanentibus et obsequentibus tuis, te sentias desolatam, nondum utique apprehensa illa vita, ubi est verum certumque solatium, ubi implebitur quod in prophetia dictum est: Satiati sumus mane misericordia tua; et exsultavimus et jucundati sumus in omnibus diebus nostris. Jucundati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala (Psal. LXXXIX, 14, 15).

CAPUT III.

Pues cierta fuente inefable de esta lámpara es aquella luz que de tal modo luce en las tinieblas que no es comprendida por las tinieblas, para cuya visión han de ser limpiados los corazones por la fe: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios" (Mt 5, 8); y: "Sabemos que cuando él aparezca seremos semejantes a él, porque lo veremos tal cual es" (1 Jn 3, 2). Entonces habrá verdadera vida después de la muerte y verdadero consuelo después de la desolación; aquella vida librará nuestra alma de la muerte y aquel consuelo nuestros ojos de las lágrimas; y puesto que allí ya no habrá ninguna tentación, por eso sigue en el mismo salmo: "Mis pies de la caída". Por lo demás, si no hay tentación, ya no hay oración; pues no habrá allí todavía la espera del bien prometido, sino la contemplación del bien entregado; por lo cual: "Agradaré —dice— al Señor en la región de los vivos" (Sal 114, 8-9), donde entonces estaremos, no en el desierto de los muertos donde ahora estamos. "Pues muertos estáis —dice el Apóstol— y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios; pero cuando aparezca Cristo, vuestra vida, entonces también vosotros apareceréis con él en la gloria" (Col 3, 3-4). Esta es, en efecto, la verdadera vida que se manda a los ricos aprehender con buenas obras; y allí está el verdadero consuelo, con el cual consuelo ahora la viuda desolada, incluso la que tiene hijos y nietos y gobierna su casa piadosamente actuando con todos los suyos para que pongan en Dios su esperanza, dice sin embargo en la oración: "De ti tuvo sed mi alma; de cuántas maneras para ti también mi carne, en tierra desierta, y sin camino, y sin agua" (Sal 62, 2-3); que es esta vida moribunda, por muchos consuelos mortales que sea frecuentada, por muchos acompañantes de viaje que sea acompañada, por mucha abundancia de cosas que sea colmada. Pues conoces cuán inciertas son todas esas cosas; y en comparación con aquella felicidad prometida, ¿qué serían aunque no fueran inciertas?

6. He dicho estas cosas porque tú, viuda rica y noble y madre de tan gran familia, me has pedido mi palabra sobre la oración, para que aun permaneciendo contigo en esta vida tus familiares y obedientes, te sientas desolada, no habiendo sido aprehendida todavía ciertamente aquella vida donde está el verdadero y cierto consuelo, donde se cumplirá lo que se dijo en la profecía: "Fuimos saciados por la mañana con tu misericordia, y nos exultamos y nos alegramos en todos nuestros días. Nos alegramos por los días en que nos humillaste, los años en que vimos males" (Sal 89, 14-15).

CAPÍTULO III.

7. Antequam ergo ista consolatio veniat, quantacumque temporalium bonorum felicitate circumfluas, ut persistas in orationibus die ac nocte, desolatam te esse memineris. Non enim Apostolus qualicumque viduae hoc munus tribuit: Sed quae vere, inquit, vidua est et desolata, speravit in Domino, et persistit in orationibus die ac nocte. Quod vero sequitur, vigilantissime cave, Quae autem in deliciis agit, vivens mortua est (I Tim. V, 5, 6): agit enim homo in iis quae diligit, quae pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod Scriptura dixit de divitiis, Divitiae si affluant, ne apponatis cor (Psal. LXI, 11), hoc etiam de deliciis tibi dico: Deliciae si affluant, ne apponas cor. Non ideo te magnipendas, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod velut ex fonte largissimo terrenae felicitatis fluunt. Omnino haec in te despice atque contemne, nec in iis quidquam requiras praeter integram corporis valetudinem. Haec enim contemnenda non est propter necessarios usus vitae, antequam mortale hoc induatur immortalitate (I Cor. XV, 54); hoc est vera et perfecta et perpetua sanitate, quae non terrena deficiens infirmitate, corruptibili voluptate reficitur, sed coelesti firmitate persistens, aeterna incorruptione vegetatur. Nam et ipse Apostolus, Carnis, inquit, providentiam ne feceritis in concupiscentiis (Rom. XIII, 14); quia gerimus curam carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit (Eph. V, 29), sicut itidem ipse dicit. Hinc est enim quod et Timotheum, nimium, sicut apparet, corporis castigatorem admonet ut modico vino utatur, propter stomachum et frequentes suas infirmitates (I Tim. V, 23).

8. Has ergo delicias, in quibus vidua si agit, hoc est, si delectatione cordis haeret atque habitat, vivens mortua est, multi sancti et sanctae omni modo caventes, ipsas velut matres deliciarum divitias dispergendo pauperibus abjecerunt, et tali modo in coelestibus thesauris tutius condiderunt. Quod si tu devincta aliquo pietatis officio non facis, tu scis quam de iis rationem reddas Deo. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est (I Cor. II, 11). Nos non debemus ante tempus quidquam judicare, donec veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a Deo (Ibid. IV, 5). Pertinet tamen ad vidualem curam tuam, deliciae si affluant, ne apponas cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum esse debet ut vivat. Te in illorum numero deputato, de quibus scriptum est: Vivent corda eorum in saeculum saeculi (Psal. XXI, 27).

CAPUT IV.

7. Antes, pues, de que llegue aquel consuelo, por mucha que sea la felicidad de bienes temporales en que abundes, recuerda que estás desolada para persistir en las oraciones día y noche. Pues el Apóstol no atribuyó este oficio a cualquier viuda: "Pero la que es verdaderamente viuda —dice— y desolada, ha esperado en el Señor y persiste en las oraciones día y noche". Ten, en cambio, muchísima vigilancia con lo que sigue: "Pero la que vive en delicias, viviendo está muerta" (1 Tim 5, 5-6); pues el hombre vive en aquello que ama, lo que busca como algo grande, aquello por lo que cree ser bienaventurado. Por lo cual, lo que la Escritura dijo de las riquezas: "Si las riquezas fluyen, no pongáis el corazón" (Sal 61, 11), esto mismo te digo yo de las delicias: si las delicias fluyen, no pongas el corazón. No te tengas en mucho por el hecho de que no faltan, de que sobran abundantemente, de que fluyen como de una fuente larguísima de felicidad terrena. Desprecia y contesta del todo estas cosas en ti, ni busques en ellas nada más que la íntegra salud del cuerpo. Pues esta no ha de ser despreciada por los usos necesarios de la vida, antes de que esto mortal sea revestido de inmortalidad (1 Cor 15, 54); esto es, de la verdadera y perfecta y perpetua salud que, no desfalleciendo por la enfermedad terrena, se restaura con el placer corruptible, sino que, persistiendo por la firmeza celestial, se vivifica con la incorrupción eterna. Pues el mismo Apóstol dijo: "No hagáis provisión de la carne en concupiscencias" (Rom 13, 14); porque cuidamos la carne, pero para la necesidad de la salud. "Pues nadie odió jamás a su propia carne" (Ef 5, 29), como él mismo dice. De aquí es que amonesta también a Timoteo, castigador demasiado riguroso de su cuerpo según parece, para que use un poco de vino por causa del estómago y de sus frecuentes enfermedades (1 Tim 5, 23).

8. Estas delicias, pues, en las que si la viuda vive —esto es, si en el deleite del corazón se adhiere y habita— viviendo está muerta, muchos santos y santas, evitándolas de todos modos, arrojaron esas mismas riquezas como si fueran las madres de las delicias dispersándolas entre los pobres, y de tal modo las depositaron con más seguridad en los tesoros celestiales. Pero si tú, ligada por algún deber de piedad, no lo haces, tú sabes qué cuenta de ellas darás a Dios. "Pues nadie sabe qué se trata en el hombre sino el espíritu del hombre que está en él" (1 Cor 2, 11). Nosotros no debemos juzgar nada antes de tiempo hasta que venga el Señor, quien iluminará lo escondido de las tinieblas y manifestará los pensamientos del corazón, y entonces habrá alabanza para cada uno de parte de Dios (Ibíd. 4, 5). Pertenece, sin embargo, a tu cuidado de viuda que, si las delicias fluyen, no pongas el corazón, no sea que pudriéndose en ellas muera lo que debe estar arriba para que viva. Al ser tú contada en el número de aquellos de quienes está escrito: "Vivirán sus corazones por los siglos de los siglos" (Sal 21, 27).

CAPÍTULO IV.

9. Audisti qualis ores, nunc audi et quid ores, unde me maxime consulendum putasti, quoniam te permovet quod ait Apostolus, Quid enim oremus, sicut oportet nescimus (Rom. VIII, 26); et timuisti ne magis tibi obsit, non sicut oportet orare, quam non orare. Quod itaque dici breviter potest, ora beatam vitam: hanc enim habere omnes homines volunt; nam et qui pessime et perdite vivunt, nullo modo ita viverent, nisi eodem modo se esse vel posse fieri beatos putarent. Quid ergo aliud oportet te orare, nisi id quod cupiunt et mali et boni, sed ad quod perveniunt non nisi boni?

CAPUT V.

10. Hic fortasse jam quaeras quid sit ipsa beata vita. In qua quaestione multorum philosophorum ingenia otiaque contrita sunt, qui tamen eam tanto minus invenire potuerunt, quanto minus ejus fontem honoraverunt, eique gratias non egerunt. Prius itaque attende, utrum acquiescendum sit eis qui dicunt eum beatum esse qui secundum suam vivit voluntatem. Sed absit ut hoc verum esse credamus: quid si enim nequiter velit vivere? Nonne tanto miserior esse convincitur, quanto facilius mala ejus voluntas impletur? Merito hanc sententiam etiam ipsi qui sine cultu Dei philosophati sunt, respuerunt. Nam quidam eorum vir eloquentissimus ait: Ecce autem alii non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui vivunt ut ipsi velint. Falsum id quidem: velle enim quod non deceat, idem ipsum miserrimum; nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat (Cicero, in Hortensio). Quid tibi videtur? haec verba nonne ab ipsa veritate per quemlibet hominem dicta sunt? Possumus ergo hic dicere quod Apostolus ait de quodam propheta Cretensi, cum ejus illi sententia placuisset: Testimonium hoc verum est (Tit. I, 13).

11. Ille igitur beatus est, qui omnia quae vult habet, nec aliquid vult quod non decet. Quod si ita est, vide jam quae homines non indecenter velint. Alius vult conjugari, alius conjugio viduatus deinceps continenter eligit vivere, alius nullum concubitum nec in ipsis nuptiis experiri. Et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere indecenter aliquid velle: sic et optare filios, nuptiarum scilicet fructum, et eis qui suscepti fuerint vitam ac salutem, quo voto plerumque occupatur etiam continentia vidualis;

Has oído qué clase de persona debes ser cuando oras; oye ahora también qué debes pedir, sobre lo cual pensaste que yo debía ser consultado especialmente, pues te conmueve lo que dice el Apóstol: "Pues qué hemos de pedir como conviene, no lo sabemos" (Rom 8, 26); y temiste no sea que más bien te sea perjudicial no orar como conviene que no orar. Aquello, pues, que puede decirse brevemente es: pide la vida bienaventurada. Pues todos los hombres quieren tener esta; pues incluso los que viven pésima y perdidamente, de ningún modo vivirían así si no pensaran que de ese mismo modo son o pueden llegar a ser bienaventurados. ¿Qué otra cosa, pues, conviene que pidas sino aquello que desean tanto los malos como los buenos, pero a lo cual no llegan sino los buenos?

CAPÍTULO V.

Aquí tal vez ya preguntes qué es la misma vida bienaventurada. En cuya cuestión se han desgastado los ingenios y los ocios de muchos filósofos, quienes, sin embargo, tanto menos pudieron hallarla cuanto menos honraron su fuente y no le dieron gracias. Primero, pues, atiende a si se ha de asentir a los que dicen que es bienaventurado el que vive según su voluntad. Pero lejos de nosotros creer que esto sea verdad: pues ¿qué si quiere vivir inicuamente? ¿No se convence de que es tanto más miserable cuanto más fácilmente se cumple su mala voluntad? Con razón incluso los mismos que filosofaron sin el culto de Dios rechazaron esta sentencia. Pues un hombre elocuentísimo de ellos dice: "He aquí que otros, no filósofos por cierto, pero prontos sin embargo a disputar, dicen todos que son bienaventurados los que viven como ellos mismos quieren. Falso aquello ciertamente: pues querer lo que no conviene es eso mismo lo más miserable; ni es tan miserable no alcanzar lo que quieres, como querer alcanzar lo que no conviene" (Cicerón, en el Hortensio). ¿Qué te parece? ¿no fueron dichas estas palabras por la misma verdad a través de cualquier hombre? Podemos, pues, decir aquí lo que dijo el Apóstol de cierto profeta cretense, cuando le plugo su sentencia: "Este testimonio es verdadero" (Tit 1, 13).

Aquel, pues, es bienaventurado que tiene todo lo que quiere y no quiere nada que no convenga. Y si esto es así, mira ya qué cosas quieren los hombres no indecorosamente. Uno quiere casarse, otro enviudado del matrimonio elige vivir de ahí en adelante con continencia, otro no experimentar ningún ayuntamiento ni siquiera en las mismas nupcias. Y si se halla una cosa mejor que otra, no podemos sin embargo decir que ninguno de estos quiera algo indecorosamente; así también desear hijos, a saber, el fruto de las nupcias, y para los que hubieran sido recibidos vida y salud, con cuyo deseo suele estar ocupada también la continencia viudal;

nam etsi spreto conjugio jam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreaverunt incolumes vivere. Ab hac omni cura immunis est virginalis integritas. Habent tamen omnes charos, et charas, quibus non indecenter optant etiam temporalem salutem. Sed cum istam salutem in seipsis et in eis quos diligunt adepti homines fuerint, num poterimus eos dicere jam beatos? Habent enim aliquid quod non dedecet velle; sed si alia non habent majora atque meliora et utilitatis decorisque pleniora, adhuc a beata vita longe absunt.

CAPUT VI.

12. Placetne igitur ut super salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores et potestates? Sane, si ut per hoc consulant eis qui vivunt sub eis, non propter haec ipsa, sed propter aliud quod inde fit bonum, decet ea velle: si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam vel etiam noxiam vanitatis, non decet. Quocirca si optant sibi ac suis etiam sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic Apostolus loquitur, Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid possumus: victum et legumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum et desideria multa stulta et noxia, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est avaritia; quam quidam appetentes a fide erraverunt, et inseruerunt se doloribus multis (I Tim. VI, 6-10): hanc ergo sufficientiam non indecenter vult, quisquis vult, nec amplius vult; alioquin non ipsam vult, et ideo nec decenter vult. Hanc optabat et pro hac orabat qui dicebat: Divitias et paupertatem ne dederis mihi; constitue autem mihi quae necessaria sunt sufficienter, ut ne satiatus mendax efficiar, et dicam, Quis me videt? aut pauper factus furer, et perjurem nomen Dei mei (Prov. XXX, 8, 9). Vides certe et istam sufficientiam non appeti propter seipsam, sed propter salutem corporis, et congruentem habitum personae hominis, quo habitu non sit inconveniens eis cum quibus honeste officioseque vivendum est.

pues aunque despreciado el matrimonio ya no deseen también procrear hijos, desean sin embargo que los que procrearon vivan incólumes. De toda esta preocupación es inmune la integridad virginal. Tienen, sin embargo, todos seres queridos y queridas para quienes no indecorosamente desean también la salud temporal. Pero cuando los hombres hubieran alcanzado esa salud en sí mismos y en aquellos a quienes aman, ¿acaso podremos decir que ya son bienaventurados? Tienen, en efecto, algo que no desdice querer; pero si no tienen otras cosas mayores y mejores y más llenas de utilidad y decoro, todavía están lejos de la vida bienaventurada.

CAPÍTULO VI.

¿Place, pues, que sobre esta salud temporal deseen para sí y los suyos honores y potestades? Ciertamente, si es para que a través de esto miren por los que viven bajo ellos, no por estas cosas mismas sino por otra cosa que de ahí resulta buena, conviene quererlas; si es, en cambio, por el vano fausto de la soberbia y la pompa superflua o incluso nociva de la vanidad, no conviene. Por lo cual, si desean para sí y los suyos también la suficiencia de las cosas necesarias, de la que así habla el Apóstol: "Es, sin embargo, una gran ganancia la piedad con suficiencia. Pues nada trajimos a este mundo, pero ni podemos llevarnos de aquí nada: teniendo sustento y con qué cubrirnos, estemos contentos con esto. Pues los que quieren hacerse ricos caen en tentación y en lazo y en muchos deseos necios y nocivos, que sumergen a los hombres en la destrucción y la perdición. Pues la raíz de todos los males es la avaricia; la cual algunos, apeteciéndola, erraron de la fe y se enredaron en muchos dolores" (1 Tim 6, 6-10). Esta suficiencia, pues, quienquiera que la quiera, no la quiere indecorosamente, ni quiere más; de lo contrario no quiere ella misma, y por eso ni la quiere decorosamente. Esta deseaba y por esta oraba el que decía: "No me des riquezas ni pobreza; concédeme, en cambio, lo que me es necesario con suficiencia, no sea que saciado me vuelva mentiroso y diga: ¿Quién me ve?, o hecho pobre robe y jure en falso el nombre de mi Dios" (Prov 30, 8-9). Ves ciertamente que también esa suficiencia no se apetece por sí misma, sino por la salud del cuerpo y el hábito congruente de la persona del hombre, con cuyo hábito no sea inconveniente para aquellos con quienes se ha de vivir honesta y oficiosamente.

13. In his itaque omnibus incolumitas hominis et amicitia propter seipsa appetuntur; sufficientia vero rerum necessariarum non propter seipsam, sed propter duo superiora quaeri solet, cum decenter quaeritur. Incolumitas porro in ipsa vita, ac salute, atque integritate animi et corporis constituta est. Itemque amicitia non angustis finibus terminanda est: omnes enim quibus amor et dilectio debetur, amplectitur, quamvis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur; pervenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur.

CAPUT VII.

Sed ii nos multum justeque delectant, a quibus vicissim sancte casteque diligimur. Ista cum habentur, ut teneantur, cum autem non habentur, ut habeantur, orandum est.

14. Hoccine totum, et haec sunt omnia quibus beatae summa vitae colligitur? an aliquid aliud veritas docet quod his omnibus praeferatur? Nam et illa sufficientia, et ipsa incolumitas, vel propria vel amicorum, quamdiu temporalis est, pro aeternae vitae adeptione abjicienda est: quanquam fortasse corpus, animus vero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus aeterna praeponit; neque enim in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam, qua cum Deo et de Deo vivitur, caetera quae utiliter et decenter optantur, sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus, si Deum diligimus: et ex alio praecepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita vere diligimus, si eos ad Dei similem dilectionem, quantum in nobis est, perducamus. Deum igitur diligimus propter seipsum, et nos ac proximos propter ipsum: nec cum ita vivimus, jam nos in ipsa beata vita constitutos existimemus, quasi nihil sit amplius quod oremus. Quomodo enim jam beate vivimus, cum illud adhuc desit, propter quod unum bene vivimus?

CAPUT VIII.

13. En todas estas cosas, pues, la incolumidad del hombre y la amistad se apetecen por sí mismas; la suficiencia, en cambio, de las cosas necesarias no suele buscarse por sí misma, sino por las dos anteriores cuando se busca decorosamente. La incolumidad, por lo demás, está constituida en la vida misma y en la salud y en la integridad del ánimo y del cuerpo. E igualmente la amistad no ha de terminarse en límites estrechos: pues abraza a todos a quienes se debe amor y dilección, aunque hacia unos se incline más propiciamente y hacia otros más suspensivamente; llega, sin embargo, hasta los enemigos por los que también se nos manda orar. Así, no hay nadie en el género humano a quien no se deba la dilección, si no por la caridad mutua, sí al menos por la misma sociedad de la naturaleza común.

CAPÍTULO VII.

Pero aquellos nos deleitan mucho y justamente por quienes somos a nuestra vez amados santa y castamente. Cuando se tienen estas cosas, se ha de orar para que se conserven; cuando, en cambio, no se tienen, se ha de orar para que se alcancen.

14. ¿Es esto todo, y son estas todas las cosas con las que se reúne la suma de la vida bienaventurada? ¿o enseña la verdad alguna otra cosa que se prefiera a todas estas? Pues incluso aquella suficiencia, y la misma incolumidad, ya propia o de los amigos, mientras es temporal, ha de ser arrojada para la obtención de la vida eterna; aunque tal vez el cuerpo, el ánimo sin embargo de ningún modo ha de ser estimado sano si no antepone las cosas eternas a las temporales; pues ni se vive útilmente en el tiempo si no es para adquirir el mérito con el que se viva en la eternidad. A aquella única vida, pues, por la que se vive con Dios y de Dios, han de referirse sin duda las demás cosas que útil y decorosamente se desean. En efecto, en ello nos amamos a nosotros mismos, si amamos a Dios; y por otro precepto amamos tan verdaderamente a nuestros prójimos como a nosotros mismos si los conducimos a un amor de Dios semejante, en cuanto está en nosotros. Amamos, pues, a Dios por sí mismo, y a nosotros y a los prójimos por él; ni cuando así vivimos nos estimemos ya constituidos en la misma vida bienaventurada, como si no hubiera nada más que debamos pedir. Pues ¿cómo vivimos ya felizmente cuando todavía falta aquello por lo que únicamente vivimos bien?

CAPÍTULO VIII.

15. Utquid ergo per multa dispergimur, et quaerimus quid oremus, timentes ne forte sicut non oportet oremus, ac non potius cum Psalmo dicimus: Unam petii a Domino, hanc requiram; ut habitem in domo Domini omnes dies vitae meae; ut contempler delectationem Dei, et visitem templum ejus (Psal. XXVI, 4)? Ibi namque omnes dies non veniendo et transeundo fiunt omnes, nec initium alterius est finis alterius; omnes sine fine simul sunt, ubi nec ipsa vita habet finem, cujus illi dies sunt. Propter hanc adipiscendam vitam beatam ipsa vera Vita beata nos orare docuit, non in multiloquio, tanquam eo fiat ut exaudiamur quo loquaciores sumus, cum eum oremus qui novit, sicut ipse Dominus ait, quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo (Matth. VI, 7, 8). Unde mirum videri potest, quamvis multiloquium prohibuerit, cur nos sic orare adhortatus sit, qui novit quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, ut diceret, Oportet semper orare, et non deficere; viduae cujusdam proposito exemplo, quae de suo adversario cupiens vindicari, judicem iniquum saepe interpellando flexit ad audiendum, non justitia vel misericordia permotum, sed taedio superatum: ut hinc admoneremur, quam certius nos exaudiat misericors et justus Dominus Deus sine intermissione orantes, quando illa nec ab iniquo et impio judice potuit assidua interpellatione contemni; et quam libens atque placatus bona desideria impleat eorum, a quibus aliena peccata novit ignosci, si quo cupiebat illa pervenit quae voluit vindicari (Luc. XVIII, 1-8). Ille quoque cui amicus de via venerat, nec quod ei apponeret habebat, ab amico sibi tres panes cupiens commodari, quibus fortasse ipsa Trinitas unius substantiae figurata est, jam cum suis servis dormientem petitor instantissimus et molestissimus excitavit, ut daret ei quantos volebat, magis et ipse vitando taedium quam benevolentiam cogitando: ut hinc intelligeremus, si dare cogitur qui cum dormiat, a petente excitatur invitus, quanto det benignius qui nec dormire novit, et dormientes nos excitat ut petamus.

16. Hinc est et illud: Petite et accipietis; quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et quaerens invenit, et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, a quo filius suus panem petit, numquid lapidem porrigit ei? aut si piscem petit, numquid serpentem porrigit illi? aut si ovum petit, numquid porrigit ei scorpium? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester coelestis dabit bona petentibus se (Id. XI, 5-13)?

15. ¿Por qué, pues, nos dispersamos por muchas cosas, y buscamos qué debemos pedir, temiendo que tal vez no oremos como conviene, y no decimos más bien con el Salmo: Una sola cosa he pedido al Señor, esta buscaré: que habite en la casa del Señor todos los días de mi vida; que contemple el deleite de Dios y visite su templo (Sal 26, 4)? Pues allí todos los días no se hacen todos por venir y pasar, ni el principio de uno es el fin de otro; todos están juntos sin fin, donde ni la misma vida tiene fin, cuyos días son aquellos. Para alcanzar esta vida bienaventurada, la misma verdadera Vida bienaventurada nos enseñó a orar, no con mucha palabrería, como si por ser más locuaces se hiciera que seamos escuchados, cuando oramos a aquel que sabe, como dice el mismo Señor, qué es lo que nos es necesario antes de que se lo pidamos (Mt 6, 7. 8). Por lo cual puede parecer admirable, aunque prohibió la mucha palabrería, por qué nos exhortó así a orar el que sabe qué nos es necesario antes de que se lo pidamos, al decir: Es oportuno orar siempre y no desfallecer; propuesto el ejemplo de una viuda que, deseando ser vengada de su adversario, interpelando a menudo a un juez inicuo lo inclinó a que la escuchara, movido no por la justicia o la misericordia, sino vencido por el fastidio: para que de aquí fuéramos amonestados sobre cuán más ciertamente nos escucha el misericordioso y justo Señor Dios cuando oramos sin intermisión, cuando aquella no pudo ser despreciada ni por un juez inicuo e impío con su asidua interpelación; y cuán gustosa y plácidamente llena los buenos deseos de aquellos por quienes sabe que los pecados ajenos son perdonados, si llegó a donde deseaba aquella que quiso ser vengada (Lc 18, 1-8). También aquel a quien el amigo le había venido del camino, y no tenía qué ponerle delante, deseando que un amigo le prestara tres panes, en los cuales tal vez se figuró la misma Trinidad de una sola sustancia, un peticionario muy insistentemente y muy molesto despertó al que ya dormía con sus siervos, para que le diera cuantos quería, más bien él mismo evitando el fastidio que pensando en la benevolencia: para que de aquí entendiéramos que si es obligado a dar el que, estando durmiendo, es despertado contra su voluntad por el que pide, cuánto más benignamente dará aquel que no sabe dormir, y nos despierta a nosotros que dormimos para que pidamos.

16. De aquí es también aquello: Pedid y recibiréis; buscad y hallaréis; llamad y se os abrirá. Pues todo el que pide recibe, y el que busca halla, y al que llama se le abrirá. ¿O qué hombre hay de vosotros a quien si su hijo le pide pan, acaso le alarga una piedra? ¿o si le pide un pez, acaso le alarga una serpiente? ¿o si le pide un huevo, acaso le alarga un escorpión? Si pues vosotros, siendo malos, sabéis dar buenas dádivas a vuestros hijos, ¿cuánto más vuestro Padre celestial dará cosas buenas a los que se las pidan (Id. 11, 5-13)?

Cum ergo secundum tria illa quae commendat Apostolus, fides significetur in pisce, vel propter aquam Baptismi, vel quod in hujus saeculi fluctibus integra est; cui contrarius est ille serpens, qui ut non crederetur Deo, venenosa fraude persuasit: spes in ovo, quia vita pulli nondum est, sed futura est, nec jam videtur, sed adhuc speratur; spes enim quae videtur, non est spes (Rom. VIII, 24); cui contrarius est scorpius, quoniam qui sperat aeternam vitam, quae retro sunt obliviscitur, et in anteriora se extendit; cui noxium est retro respicere; scorpius autem ex ea parte cavendus est, quam venenatam et aculeatam retrorsum habet: charitas in pane; major enim horum charitas (I Cor. XIII. 13), et in cibis utique vincit caetera panis utilitas; cui contrarius est lapis, quoniam dura corda respuunt charitatem: sive aliud aliquid congruentius ista significent, tamen qui novit bona data dare filiis suis, petere nos et quaerere et pulsare compellit.

17. Quod quare faciat, qui novit quid nobis necessarium sit, priusquam petamus ab eo, movere animum potest, nisi intelligamus quod Dominus et Deus noster non voluntatem nostram sibi velit innotescere, quam non potest ignorare; sed exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo possimus capere quod praeparat dare. Illud enim valde magnum est, sed nos ad capiendum parvi et angusti sumus. Ideo nobis dicitur: Dilatamini; ne sitis jugum ducentes cum infidelibus (II Cor. VI, 13, 14). Tanto quippe illud quod valde magnum est, quod nec oculus vidit, quia non est color; nec auris audivit, quia non est sonus; nec in cor hominis ascendit (I Cor. II, 9), quia cor hominis illuc debet ascendere, sumemus capacius, quanto id et fidelius credimus, et speramus firmius, et desideramus ardentius.

CAPUT IX.

18. In ipsa ergo fide et spe et charitate continuato desiderio semper oramus. Sed ideo per certa intervalla horarum et temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus, et ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus. Dignior enim sequetur effectus, quem ferventior praecedit affectus. Ac per hoc et quod ait Apostolus, Sine intermissione orate (I Thess. V, 17), quid est aliud quam, Beatam vitam, quae nulla nisi aeterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderate?

Cuando pues, según aquellas tres cosas que recomienda el Apóstol, la fe se significa en el pez, ya por el agua del Bautismo, ya porque en los flujos de este siglo está íntegra; al cual es contraria aquella serpiente que, para que no se creyera a Dios, persuadió con fraudulencia venenosa: la esperanza en el huevo, porque la vida del polluelo todavía no es, sino que ha de ser, ni se ve ya, sino que todavía se espera; pues la esperanza que se ve no es esperanza (Rm 8, 24); al cual es contrario el escorpión, puesto que el que espera la vida eterna olvida lo que queda atrás y se extiende a lo que está delante; para el cual es nocivo mirar atrás; pero el escorpión ha de ser evitado por aquella parte que tiene venenosa y aguijoneada hacia atrás: la caridad en el pan; pues la mayor de estas es la caridad (1 Co 13, 13), y en los alimentos ciertamente la utilidad del pan vence a las demás; al cual es contraria la piedra, puesto que los corazones duros rechazan la caridad: o bien si estas cosas significan alguna otra cosa más congruentemente, sin embargo, el que sabe dar buenas dádivas a sus hijos, nos compele a pedir y buscar y llamar.

17. El porqué haga esto el que sabe qué nos es necesario antes de que se lo pidamos, puede inquietar el ánimo, a no ser que entendamos que el Señor y Dios nuestro no quiere que se le dé a conocer nuestra voluntad, la cual no puede ignorar; sino que nuestro deseo sea ejercitado en las oraciones, por el cual podamos captar lo que prepara para darnos. Pues aquello es muy grande, pero nosotros para captarlo somos pequeños y estrechos. Por eso se nos dice: Ensanchaos; no estéis llevando el yugo con los infieles (2 Co 6, 13. 14). Pues tanto más capazmente recibiremos aquello que es muy grande, lo que ni el ojo vio, porque no es color; ni el oído oyó, porque no es sonido; ni subió al corazón del hombre (1 Co 2, 9), porque el corazón del hombre debe subir allá, cuanto más fielmente lo creamos, y más firmemente lo esperemos, y más ardientemente lo deseemos.

CAPÍTULO IX.

18. En esa misma fe, pues, y esperanza y caridad, oramos siempre con deseo continuado. Pero por eso mismo, en ciertos intervalos de horas y tiempos, también rogamos a Dios con palabras, para que con esos signos de las cosas nos amonestemos a nosotros mismos, y nos demos a conocer a nosotros mismos cuánto hemos progresado en este deseo, y nos excitemos más vivamente a nosotros mismos para aumentar esto. Pues seguirá un efecto más digno al que precede un afecto más fervoroso. Y por esto también lo que dice el Apóstol: Orad sin intermisión (1 Ts 5, 17), ¿qué otra cosa es sino: Desead sin intermisión la vida bienaventurada, que no es ninguna sino la eterna, de aquel que solo puede darla?

Semper ergo hanc a Domino Deo desideremus, et oremus semper. Sed ideo ab aliis curis atque negotiis, quibus ipsum desiderium quodammodo repescit, certis horis ad negotium orandi mentem revocamus, verbis orationis nos ipsos admonentes in id quod desideramus, intendere, ne quod tepescere coeperat, omnino frigescat, et penitus exstinguatur, nisi crebrius inflammetur. Unde et illud quod idem apostolus ait, Postulationes vestrae innotescant apud Deum (Philipp. IV, 6), non sic accipiendum est, tanquam Deo innotescant, qui eas et antequam essent utique noverat, sed nobis innotescant apud Deum per tolerantiam, non apud homines per jactantiam. Aut forte etiam innotescant Angelis qui sunt apud Deum, ut quodammodo eas offerant Deo, et de his consulant, et quod eo jubente implendum esse cognoverint, sicut oportere ibi cognoverint, hoc nobis vel evidenter vel latenter apportent: dixit enim angelus homini: Et nunc quando orabas tu et Sara, ego obtuli orationem vestram in conspectu claritatis Dei (Tob. XII, 12).

CAPUT X.

19. Quae cum ita sint, etiam cum diu orare vacat, id est cum alia bonarum et necessariarum actionum non impediuntur officia, quamvis et in eis, ut dixi, desiderio illo semper orandum sit, non est improbum nec inutile. Neque enim, ut nonnulli putant, hoc est orare in multiloquio, si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam et de ipso Domino scriptum est quod pernoctaverit in orando (Luc. VI, 12), et quod prolixius oraverit (Id. XXII, 43): ubi quid aliud quam nobis praebebat exemplum, in tempore precator opportunus, cum Patre exauditor aeternus?

20. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, et raptim quodammodo jaculatas, ne illa vigilanter erecta, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt, hanc intentionem, sicut non est obtundenda, si perdurare non potest, ita si perduraverit, non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio. Nam multum loqui, est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari, est ad eum quem precamur, diuturna et pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu. Ponit autem lacrymas nostras in conspectu suo, et gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per Verbum condidit, et humana verba non quaerit.

Siempre, pues, deseemos esta del Señor Dios, y oremos siempre. Pero por eso mismo, de los otros cuidados y negocios, con los cuales el mismo deseo de algún modo se enfría, en ciertas horas revocamos la mente al negocio de orar, amonestándonos a nosotros mismos con las palabras de la oración a atender a lo que deseamos, para que lo que había empezado a entibiarse no se congele del todo, y se extinga íntimamente si no se inflama con más frecuencia. Por lo cual también aquello que dice el mismo Apóstol: Vuestras peticiones sean notorias ante Dios (Flp 4, 6), no se ha de entender así, como si llegaran a ser notorias para Dios, quien ciertamente las conocía incluso antes de que existieran, sino que lleguen a ser notorias para nosotros ante Dios por la tolerancia, no ante los hombres por la jactancia. O tal vez también lleguen a ser notorias para los Ángeles que están ante Dios, para que de algún modo se las ofrezcan a Dios, y consulten sobre ellas, y lo que hayan conocido que ha de ser cumplido por mandato de Él, según hayan conocido allí que conviene, esto nos lo traigan a nosotros o evidente o latente; pues dijo el ángel al hombre: Y ahora, cuando orabas tú y Sara, yo ofrecí vuestra oración ante la claridad de Dios (Tob 12, 12).

CAPÍTULO X.

19. Siendo esto así, incluso cuando se tiene tiempo para orar largamente, esto es, cuando no se impiden otros oficios de acciones buenas y necesarias, aunque también en ellos, como dije, se haya de orar siempre con aquel deseo, no es algo indebido ni inútil. Pues tampoco, como algunos piensan, esto es orar con mucha palabrería si se ora más largamente. Una cosa es el mucho hablar, otra cosa el afecto duradero. Pues incluso del mismo Señor está escrito que pasó la noche en oración (Lc 6, 12), y que oró más prolijamente (Id. 22, 43): ¿dónde qué otra cosa sino que nos ofrecía un ejemplo, siendo en el tiempo un suplicante oportuno, y con el Padre un escuchador eterno?

20. Se dice que los hermanos en Egipto tienen oraciones frecuentes, pero sin embargo muy breves, y lanzadas de algún modo rápidamente, para que aquella intención vigilantemente erguida, que es sumamente necesaria para el que ora, no se desvanezca y se embote por esperas más prolongadas. Y por esto también ellos mismos demuestran suficientemente que esta intención, así como no ha de ser embotada si no puede perdurar, así, si perdurara, no ha de ser rota pronto. Lejos esté, pues, de la oración el mucho hablar, pero no falte la mucha súplica si la intención persevera fervorosa. Pues hablar mucho es tratar en la oración un asunto necesario con palabras superfluas. Pero suplicar mucho es llamar a aquel a quien suplicamos con una duradera y piadosa excitación del corazón. Pues la mayor parte de las veces este negocio se trata más con gemidos que con sermones, más con llanto que con el habla. Pues Él pone nuestras lágrimas ante su presencia, y nuestro gemido no está oculto para aquel que creó todas las cosas por el Verbo, y no busca palabras humanas.

CAPUT XI.

21. Nobis ergo verba necessaria sunt, quibus commoneamur et inspiciamus quid petamus, non quibus Dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus, Sanctificetur nomen tuum, nos ipsos admonemus desiderare ut nomen ejus quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contemnatur; quod non Deo, sed hominibus prodest. Et in eo quod dicimus, Adveniat regnum tuum, quod seu velimus, seu nolimus, utique veniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis veniat, atque nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus, Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra, nobis ab illo precamur ipsam obedientiam, ut sic a nobis fiat voluntas ejus, quemadmodum fit in coelestibus ab Angelis ejus. Cum dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; per id quod dicitur hodie, significatur hoc tempore, ubi vel illam sufficientiam petimus, a parte quae excellit, id est nomine panis totam significantes; vel Sacramentum fidelium, quod in hoc tempore necessarium est, non tamen ad hujus temporis, sed ad illam aeternam felicitatem assequendam. Cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris, nos admonemus et quid petamus, et quid faciamus, ut accipere mereamur. Cum dicimus, Ne nos inferas in tentationem, nos admonemus hoc petere, ne deserti ejus adjutorio alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. Cum dicimus, Libera nos a malo (Matth. VI, 9-13), nos admonemus cogitare, nondum nos esse in eo bono ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimum quod in dominica oratione positum est, tam late patet, ut homo christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc gemitus edat, in hoc lacrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim verbis res ipsas memoriae nostrae commendari oportebat.

CAPUT XII.

22. Nam quaelibet alia verba dicamus, quae affectus orantis vel praecedendo format ut clareat, vel consequendo attendit ut crescat; nihil aliud dicimus quam quod in ista dominica oratione positum est, si recte et congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam evangelicam precem pertinere non possit, etiamsi non illicite orat, carnaliter orat: quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quandoquidem spiritu renatos nonnisi spiritualiter decet orare.

CAPÍTULO XI.

21. Para nosotros, pues, son necesarias las palabras, con las cuales seamos amonestados e inspeccionemos qué pedimos, no aquellas con las que creamos que el Señor ha de ser enseñado o inclinado. Cuando, pues, decimos: Santificado sea tu nombre, nos amonestamos a nosotros mismos a desear que su nombre, que siempre es santo, también sea tenido por santo entre los hombres, esto es, que no sea despreciado; lo cual no aprovecha a Dios, sino a los hombres. Y en aquello que decimos: Venga a nosotros tu reino, el cual, ya lo queramos o no, ciertamente vendrá, excitamos nuestro deseo hacia aquel reino, para que venga a nosotros y merezcamos reinar en él. Cuando decimos: Hágase tu voluntad así en el cielo como en la tierra, le suplicamos a Él la misma obediencia, para que así se haga por nosotros su voluntad, del mismo modo que se hace en las cosas celestiales por sus Ángeles. Cuando decimos: Danos hoy nuestro pan de cada día; por lo que se dice hoy, se significa en este tiempo, donde o bien pedimos aquella suficiencia, por la parte que sobresale, esto es, significando el todo con el nombre del pan; o bien el Sacramento de los fieles, que es necesario en este tiempo, no sin embargo para este tiempo, sino para alcanzar aquella felicidad eterna. Cuando decimos: Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores, nos amonestamos tanto sobre qué pedimos como sobre qué hacemos para merecer recibirlo. Cuando decimos: No nos metas en tentación, nos amonestamos a pedir esto, para que no sea que, abandonados de su ayuda, o bien consintamos en alguna tentación engañados, o bien cedamos afligidos. Cuando decimos: Líbranos del mal (Mt 6, 9-13), nos amonestamos a pensar que todavía no estamos en aquel bien donde no padeceremos ningún mal. Y este último ciertamente, que está puesto en la oración dominical, se extiende tan ampliamente que el hombre cristiano, constituido en cualquier tribulación, en esto emita gemidos, en esto derrame lágrimas, de aquí comience, en esto se detenga, con esto termine la oración. Pues convenía que las cosas mismas fueran encomendadas a nuestra memoria por estas palabras.

CAPÍTULO XII.

22. Pues cualesquiera otras palabras que digamos, que el afecto del que ora o bien forma precediendo para que se aclare, o bien atiende siguiendo para que crezca, nada más decimos que lo que está puesto en esa oración dominical, si oramos recta y congruentemente. Pero quienquiera que dice aquello que no pueda pertenecer a esa oración evangélica, aunque no ore ilícitamente, ora carnalmente; lo cual no sé cómo no se diga que ora ilícitamente, puesto que a los renacidos por el espíritu no les conviene orar sino espiritualmente.

Qui enim dicit, verbi gratia, Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis: et, Prophetae tui fideles inveniantur (Eccli. XXXVI, 4, 18); quid aliud dicit quam, Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus (Psal. LXXIX, 4); quid aliud dicit quam, Veniat regnum tuum? Qui dicit, Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et ne dominetur mei omnis iniquitas (Psal. CXVIII, 133); quid aliud dicit quam, Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra? Qui dicit, Paupertatem et divitias ne dederis mihi (Prov. XXX, 8); quid aliud dicit quam, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit, Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus (Psal. CXXXI, 1): aut, Domine, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala (Psal. VII, 4); quid aliud dicit quam, Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit, Aufer a me concupiscentias ventris, et desiderium concubitus ne apprehendat me (Eccli. XXIII, 6); quid aliud dicit quam, Ne nos inferas in tentationem? Qui dicit, Erue me ab inimicis meis, Deus, et ab insurgentibus super me libera me (Psal. LVIII, 2); quid aliud dicit quam, Libera nos a malo? Et si per omnia precationum sanctarum verba discurras, quantum existimo, nihil invenies quod in ista dominica non contineatur et concludatur oratione. Unde liberum est aliis atque aliis verbis, eadem tamen in orando dicere; sed non debet esse liberum alia dicere.

23. Haec et pro nobis, et pro nostris, et pro alienis, atque pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quamvis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates vel longinquitates necessitudinum, in corde orantis oriatur aut excellat affectus. Qui autem dicit in oratione, verbi gratia, Domine, multiplica divitas meas; aut, Da mihi tantas quantas illi vel illi dedisti; aut, Honores meos auge, fac me in hoc saeculo praepotentem atque clarentem, vel si quid hujusmodi est; et haec dicit, eorum habens concupiscentiam, non id attendens, ut ex his secundum Deum prosit hominibus: puto eum non invenire in oratione dominica quo possit haec vota coaptare. Quamobrem pudeat saltem petere quae non pudet cupere; aut si et hoc pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur, ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus, Libera nos a malo!

CAPUT XIII.

24. Habes, quantum arbitror, non solum qualis ores, verum etiam quid ores; non me docente, sed illo qui omnes nos docere dignatus est. Beata vita quaerenda est, haec a Domino Deo petenda est. Quid sit beatum esse, a multis multa sunt disputata; sed nos ad multos et ad multa utquid imus? Breviter in Scriptura Dei veraciterque dictum est: Beatus populus cujus est Dominus Deus ipsius (Psal. CXLIII, 15).

Pues el que dice, por ejemplo: Sé clarificado en todas las naciones, como has sido clarificado en nosotros; y: Tus profetas fieles sean hallados (Eclo 36, 4. 18); ¿qué otra cosa dice sino: Santificado sea tu nombre? El que dice: Dios de las virtudes, conviértenos, y muestra tu rostro, y seremos salvos (Sal 79, 4); ¿qué otra cosa dice sino: Venga tu reino? El que dice: Dirige mis caminos según tu palabra, y no se enseñoree de mí ninguna iniquidad (Sal 118, 133); ¿qué otra cosa dice sino: Hágase tu voluntad así en el cielo como en la tierra? El que dice: No me des ni pobreza ni riquezas (Pr 30, 8); ¿qué otra cosa dice sino: Danos hoy nuestro pan de cada día? El que dice: Acuérdate, Señor, de David y de toda su mansedumbre (Sal 130, 1); o: Señor, si hice esto, si hay iniquidad en mis manos, si he devuelto males a los que me retribuían (Sal 7, 4); ¿qué otra cosa dice sino: Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores? El que dice: Aleja de mí las concupiscencias del vientre, y que no se apodere de mí el deseo del coito (Eclo 23, 6); ¿qué otra cosa dice sino: No nos metas en tentación? El que dice: Líbrame de mis enemigos, Dios, y de los que se levantan sobre mí libérame (Sal 57, 2); ¿qué otra cosa dice sino: Líbranos del mal? Y si recorrieras todas las palabras de las santas oraciones, según estimo, nada hallarás que no esté contenido y concluido en esa oración dominical. Por lo cual es libre decir lo mismo al orar con unas y otras palabras; pero no debe ser libre decir otras cosas.

23. Estas cosas se han de pedir tanto por nosotros como por los nuestros, y por los ajenos, e incluso por los mismos enemigos sin fluctuación de duda; aunque en el corazón del que ora nazca o sobresalga un afecto por este o por aquel, según sean las proximidades o lejanías de las intimidades (necessitudinum). Pero el que dice en la oración, por ejemplo: Señor, multiplica mis riquezas; o: Dame tantas como diste a aquel o a aquel; o: Aumenta mis honores, hazme prepotente y esclarecido en este siglo, o si hay algo de este tipo; y dice esto teniendo concupiscencia de ello, no atendiendo a esto, que por estas cosas aproveche a los hombres según Dios: pienso que no halla en la oración dominical donde pueda acoplar estos votos. Por lo cual, que le avergüence al menos pedir lo que no le avergüenza desear; o si también esto le avergüenza, pero la codicia vence, ¡cuánto mejor se pide esto, que lo libre también de ese mal de la codicia, a aquel a quien decimos: Líbranos del mal!

CAPÍTULO XIII.

24. Tienes, según juzgo, no solo cómo has de orar, sino incluso qué has de orar; no enseñándote yo, sino aquel que se dignó enseñarnos a todos. La vida bienaventurada ha de ser buscada, esta ha de ser pedida al Señor Dios. Qué sea ser bienaventurado, muchas cosas han sido disputadas por muchos; pero ¿por qué vamos nosotros a muchos y a muchas cosas? Breve y verazmente se ha dicho en la Escritura de Dios: Bienaventurado el pueblo cuyo Señor es su Dios (Sal 143, 15).

In ipso populo ut simus, atque ad eum contemplandum et cum eo sine fine vivendum pervenire possimus, finis praecepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta (I Tim. I, 5). In eisdem tribus, pro conscientia bona spes posita est. Fides ergo et spes et charitas ad Deum perducunt orantem, hoc est credentem, sperantem, desiderantem, et quae petat a Domino in dominica oratione considerantem. Jejunia et ab aliis voluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscentiae refrenatio, maxime que eleemosynae multum adjuvant orationem, ut possimus dicere: In die tribulationis meae Deum exquisivi, manibus meis, nocte coram eo; et non sum deceptus (Psal. LXXVI, 3). Quomodo enim Deus incorporalis et impalpabilis manibus exquiritur, nisi operibus exquiratur?

CAPUT XIV.

25. Adhuc est fortasse quod quaeras, cur Apostolus dixerit, Quid enim oremus sicut oportet, nescimus (Rom. VIII, 26): neque enim ullo modo credendum est vel ipsum, vel quibus ista dicebat, dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse quod nec temere potuit nec mendaciter dicere, nisi quia molestiae tribulationesque temporales plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbiae, vel ad probandam exercendamve patientiam, cui probatae et exercitatae clarior merces uberiorque servatur, vel ad quaecumque flagellanda et abolenda peccata; tamen nos nescientes quid ista prosint, ab omni tribulatione optamus liberari? Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret, sicut oportet, sciebat, quando in revelationum magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis, angelus satanae, qui eum colaphizaret; propter quod ter Dominum rogavit ut eum auferret ab eo, utique, sicut oportet, nesciens quid oraret. Denique Dei responsum cur non fieret quod vir tantus orabat, et quare fieri non expediret, audivit: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur (II Cor. XII, 7-9).

26. In his ergo tribulationibus quae possunt et prodesse et nocere, quid oremus, sicut oportet, nescimus: et tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostrae infirmitatis sunt, universali humana voluntate, ut a nobis haec auferantur, oramus. Sed hoc devotionis debemus Domino Deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora: sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus Dominus Deus quod petebant concessit iratus, sicut contra Apostolo negavit propitius.

Para que estemos en ese mismo pueblo, y podamos llegar a contemplarlo y a vivir con Él sin fin, el fin del precepto es la caridad de corazón puro, y conciencia buena, y fe no fingida (1 Tm 1, 5). En esas mismas tres cosas, por la buena conciencia se ha puesto la esperanza. La fe, pues, y la esperanza y la caridad conducen a Dios al que ora, esto es, al que cree, espera, desea, y considera qué cosas ha de pedir al Señor en la oración dominical. Los ayunos y el refrenamiento de la concupiscencia carnal de otros placeres sin descuido de la salud, y sobre todo las limosnas, ayudan mucho a la oración, para que podamos decir: En el día de mi tribulación busqué a Dios, con mis manos, de noche ante Él; y no fui engañado (Sal 76, 3). Pues ¿cómo se busca con las manos al Dios incorpóreo e impalpable, si no es buscándolo con las obras?

CAPÍTULO XIV.

25. Todavía hay tal vez lo que preguntes, por qué dijo el Apóstol: Pues qué hayamos de pedir como conviene, no lo sabemos (Rm 8, 26); pues de ningún modo ha de creerse que o bien él mismo, o bien aquellos a quienes decía estas cosas, ignoraran la oración dominical. ¿Por qué, pues, pensamos que dijo esto que ni pudo decir temeraria ni mentirosamente, sino porque las molestias y tribulaciones temporales la mayor parte de las veces aprovechan, o para sanar el tumor de la soberbia, o para probar o ejercitar la paciencia, para la cual, probada y ejercitada, se reserva una recompensa más clara y abundante, o para azotar y abolir cualesquiera pecados; sin embargo nosotros, ignorando para qué aprovechan estas cosas, deseamos ser librados de toda tribulación? De esta ignorancia el Apóstol mostró no estar ajeno ni él mismo, a no ser que tal vez supiera qué pedir como conviene cuando, en la magnitud de las revelaciones, para que no se enalteciera, le fue dado un aguijón de la carne, un ángel de Satanás que lo abofeteara; por lo cual tres veces rogó al Señor que se lo quitara, ciertamente, como conviene, no sabiendo qué pedir. Finalmente oyó la respuesta de Dios de por qué no se hacía lo que un varón tan grande rogaba, y por qué no convenía que se hiciera: Te basta mi gracia; pues la virtud se perfecciona en la debilidad (2 Co 12, 7-9).

26. En estas tribulaciones, pues, que pueden tanto aprovechar como dañar, qué hayamos de pedir como conviene, no lo sabemos; y sin embargo, porque son duras, porque son molestas, porque son contra el sentido de nuestra debilidad, por una voluntad humana universal oramos para que se nos quiten estas cosas. Pero este deber de devoción debemos al Señor Dios nuestro: que si no las quitara, no por eso nos estimemos descuidados por Él, sino que más bien, por una piadosa paciencia de los males, esperemos bienes más amplios; pues así la virtud se perfecciona en la debilidad. En efecto, a algunos impacientes el Señor Dios les concedió lo que pedían estando airado, así como al contrario se lo negó al Apóstol estando propicio.

Nam legimus Israelitae quid et quomodo rogaverint et acceperint; sed expleta concupiscentia, impatientia est graviter castigata (Num. XI). Dedit et regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est, non secundum cor suum (I Reg. VIII, 5, 7). Dedit etiam quod diabolus postulavit, ut probandus ejus famulus tentaretur (Job. I, 12, et II, 6). Exaudivit rogantes et immundos spiritus, ut in multos sues legio daemonum mitteretur (Luc. VIII, 32). Haec scripta sunt, ne forte se quisque magnipendat, si fuerit exauditus, cum aliquid impatienter petit, quod non impetrare plus prosit; aut se abjiciat, et de divina erga se miseratione desperet, si non exaudiatur, cum forte aliquid petit, quo accipiendo affligatur atrocius, vel a prosperitate corruptus penitus evertatur. In talibus ergo quid oremus, sicut oportet, nescimus. Unde si aliquid contra quam oramus acciderit, patienter ferendo, et in omnibus gratias agendo, hoc potius oportuisse quod Dei, non quod nostra voluntas habuit, minime dubitare debemus. Nam et hujusmodi exemplum praebuit nobis ille mediator, qui cum dixisset, Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste, humanam in se voluntatem ex hominis susceptione transformans, continuo subjecit: Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater (Matth. XXVI, 39). Unde non immerito per unius obedientiam justi constituuntur multi (Rom. V, 19).

27. Quisquis autem illam unam petit a Domino, et hanc requirit (Psal. XXVI, 4), certus ac securus petit, nec timet ne forte obsit cum acceperit, sine qua nihil prodest quidquid aliud orando, sicut oportet, acceperit. Ipsa est enim una vera et sola beata vita, ut contemplemur Domini delectationem in aeternum, immortales atque incorruptibiles corpore et spiritu. Propter hanc unam caetera requiruntur, et non indecenter petuntur. Istam quisquis habuerit, omnia quae vult habebit, nec aliquid ibi velle habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons vitae, quem sitire nunc oportet in oratione, quamdiu in spe vivimus, et quod speramus nondum videmus, in protectione alarum ejus, ante quem est omne desiderium nostrum, ut inebriemur ab ubertate domus ejus, et torrente voluptatis ejus potemur; quoniam apud eum est fons vitae, et in lumine ejus videbimus lumen (Psal. XXXV, 8-10), quando satiabitur in bonis desiderium nostrum, et nihil erit ultra quod gemendo quaeramus, sed quod gaudendo teneamus. Verumtamen quia ipsa est pax quae praecellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo, quid oremus, sicut oportet, nescimus. Quod enim sicuti est cogitare non possumus, utique nescimus; sed quidquid cogitanti occurrerit, abjicimus, respuimus, improbamus, non hoc esse quod quaerimus novimus, quamvis illud nondum quale sit noverimus.

Pues leemos qué y cómo pidieron y recibieron los israelitas; pero cumplida la concupiscencia, la impaciencia fue gravemente castigada (Nm 11). Dio también un rey a los que lo pedían según su corazón, como está escrito, no según el corazón de Él (1 S 8, 5. 7). Dio también lo que el diablo postuló, para que su siervo, que había de ser probado, fuera tentado (Job 1, 12, y 2, 6). Escuchó también a los espíritus inmundos que rogaban que una legión de demonios fuera enviada a muchos puercos (Lc 8, 32). Estas cosas están escritas para que no sea que cada cual se tenga en mucho si fuera escuchado cuando pide algo impacientemente, lo cual más aprovecha no impetrar; o se abata y desespere de la divina misericordia para consigo si no es escuchado, cuando tal vez pide algo por cuya recepción sea afligido más atrozmente, o corrompido por la prosperidad sea íntimamente trastornado. En tales cosas, pues, qué hayamos de pedir como conviene, no lo sabemos. Por lo cual, si algo sucediera contra lo que oramos, soportándolo pacientemente y dando gracias en todo, de ningún modo debemos dudar de que esto convenía más, lo que tuvo la voluntad de Dios, no lo que tuvo la nuestra. Pues también un ejemplo de este tipo nos ofreció aquel mediador, quien habiendo dicho: Padre, si es posible, pase de mí este cáliz, transformando en sí la voluntad humana por la asunción del hombre, continuamente añadió: Pero no lo que yo quiero, sino lo que tú quieres, Padre (Mt 26, 39). Por lo cual no inmerecidamente por la obediencia de uno muchos son constituidos justos (Rm 5, 19).

27. Pero quienquiera que pide al Señor esa sola cosa, y esta busca (Sal 26, 4), pide cierto y seguro, ni teme que tal vez le dañe cuando la haya recibido, sin la cual nada aprovecha cualquier otra cosa que haya recibido orando como conviene. Pues ella es la única verdadera y sola vida bienaventurada: que contemplemos el deleite del Señor por la eternidad, inmortales e incorruptibles en cuerpo y espíritu. Por esta sola cosa se requieren las demás, y no se piden indecorosamente. Quienquiera que tenga esta, tendrá todas las cosas que quiera, ni podrá querer tener allí nada que no sea conveniente. Pues allí está la fuente de la vida, de la cual conviene ahora tener sed en la oración, mientras vivamos en esperanza, y lo que esperamos todavía no lo veamos, bajo la protección de sus alas, ante quien está todo nuestro deseo, para que nos embriaguemos de la abundancia de su casa, y bebamos del torrente de su delicia; puesto que en Él está la fuente de la vida, y en su luz veremos la luz (Sal 35, 8-10), cuando nuestro deseo sea saciado de bienes, y no habrá nada más que busquemos gimiendo, sino lo que conservemos gozando. Sin embargo, porque ella misma es la paz que sobrepasa todo entendimiento, incluso pidiéndola en la oración, qué hayamos de pedir como conviene, no lo sabemos. Pues lo que no podemos pensar tal cual es, ciertamente no lo sabemos; pero cualquier cosa que se le ocurra al que piensa, la arrojamos, rechazamos, reprobamos, sabemos que no es esto lo que buscamos, aunque todavía no sepamos de qué clase sea aquello.

CAPUT XV.

28. Est ergo in nobis quaedam, ut ita dicam, docta ignorantia, sed docta spiritu Dei qui adjuvat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset Apostolus, Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus; ibi subjecit: Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: quid enim oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid Spiritus sapiat, quia secundum Deum interpellat pro sanctis (Rom. VIII, 25-27). Quod non sic est intelligendum, ut existimemus sanctum Spiritum Dei, qui in Trinitate incommutabilis Deus est, et cum Patre et Filio unus Deus, tanquam aliquem qui non sit quod Deus est, interpellare pro sanctis: dictum quippe est, Interpellat pro sanctis, quia interpellare sanctos facit; sicut dictum est, Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligatis eum (Deut. XIII, 3), hoc est ut scire vos faciat. Interpellare itaque sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitae tantae rei quam per patientiam exspectamus. Quomodo enim narratur, quando desideratur, quod ignoratur? nam utique si omnimodo ignoraretur, non desideraretur; et rursus, si videretur, non desideraretur, nec gemitibus quaereretur.

CAPUT XVI.

29. Haec omnia considerans, et si quid aliud de hac re tibi Dominus insinuaverit, quod vel mihi non occurrit, vel dici a me longum fuit, concerta in oratione vincere hoc saeculum; ora in spe, ora fideliter et amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quamvis enim ad omnia membra ejus, hoc est ad omnes qui in eum credunt, et ejus corpori sociantur, sicut docuit, orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in Scripturis ejus viduis invenitur injuncta. Nam duae fuerunt Annae honorabiliter nominatae, una conjugata quae sanctum Samuelem peperit, alia vidua quae Sanctum sanctorum, cum adhuc infans esset, agnovit. Oravit et conjugata in dolore animi et afflictione cordis, quia filios non habebat: tunc ipsum Samuelem impetravit, et acceptum Deo reddidit, quia cum posceret, vovit (I Reg. 1). Sed oratio ejus quomodo ad orationem illam dominicam pertineat, non facile reperitur, nisi quia in eo quod ibi positum est, Libera nos a malo, non parvum malum videbatur, et nuptam esse, et fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit: Quia non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die (Luc. II, 36, 37).

CAPÍTULO XV.

28. Hay, pues, en nosotros una cierta, por así decirlo, ignorancia docta, pero enseñada por el Espíritu de Dios, que ayuda a nuestra debilidad. Pues habiendo dicho el Apóstol: Pero si esperamos lo que no vemos, por la paciencia lo aguardamos; allí añadió: Del mismo modo también el Espíritu ayuda a nuestra debilidad: pues qué hayamos de pedir, como conviene, no lo sabemos; pero el mismo Espíritu intercede por nosotros con gemidos inenarrables. Pero el que escudriña los corazones sabe qué siente el Espíritu, porque según Dios intercede por los santos (Rm 8, 25-27). Lo cual no ha de entenderse de tal modo que estimemos que el Espíritu Santo de Dios, que en la Trinidad es Dios inconmutable, y con el Padre y el Hijo un solo Dios, como alguien que no sea lo que Dios es, intercede por los santos: pues se dijo ciertamente: Intercede por los santos, porque hace interceder a los santos; como se dijo: El Señor vuestro Dios os tienta para saber si le amáis (Dt 13, 3), esto es, para haceros saber a vosotros. Hace, pues, interceder a los santos con gemidos inenarrables, inspirándoles el deseo de una cosa tan grande todavía incógnita, la cual aguardamos por la paciencia. Pues ¿cómo se narra, cuando se desea, lo que se ignora? Pues ciertamente, si se ignorara del todo, no se desearía; y de nuevo, si se viera, no se desearía, ni se buscaría con gemidos.

CAPÍTULO XVI.

29. Considerando todas estas cosas, y si el Señor te sugiriera alguna otra cosa sobre este asunto, que o bien no se me ocurrió, o bien me resultó largo de decir, compite en la oración para vencer a este mundo; ora en la esperanza, ora fiel y amorosamente, ora con instancia y con paciencia, ora como viuda de Cristo. Pues aunque a todos sus miembros, esto es, a todos los que creen en él y se asocian a su cuerpo, según enseñó, pertenece el orar, sin embargo, se encuentra encomendado especialmente en las Escrituras un cuidado más diligente de las oraciones a sus viudas. Pues hubo dos Anas honorablemente nombradas, una casada que dio a luz al santo Samuel, otra viuda que reconoció al Santo de los santos cuando todavía era niño. Y la casada oró con dolor de alma y aflicción de corazón, porque no tenía hijos: entonces impetró al mismo Samuel, y lo devolvió a Dios una vez recibido, porque cuando lo pedía, hizo un voto (1 Sm 1). Pero cómo su oración pertenezca a aquella oración dominical, no se encuentra fácilmente, sino porque en lo que allí se puso, líbranos del mal, parecía no pequeño mal tanto estar casada como carecer del fruto del matrimonio, cuando sola excusa el matrimonio la causa de procrear hijos. Pero de aquella Ana viuda mira lo que está escrito: Que no se apartaba del templo, sirviendo con ayunos y súplicas noche y día (Lc 2, 36. 37).

Nec aliunde Apostolus, quod et supra commemoravi: Quae autem vere vidua est, inquit, et desolata, speravit in Domino, et persistit in orationibus nocte ac die (I Tim. V, 5): et Dominus cum semper ad orandum, et non deficiendum nos hortaretur, viduam commemoravit, quae licet iniquum et impium judicem, ac Dei et hominum contemptorem, ad audiendam causam suam assidue interpellando convertit. Quam ergo prae caeteris viduae debent vacare orationibus, satis hinc intelligi potest, quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum.

30. Quid autem in hoc operis genere in viduis electum est, nisi destitutio et desolatio? Quapropter si se omnis anima intelligat in hoc saeculo destitutam atque desolatam, quamdiu peregrinatur a Domino, profecto quamdam viduitatem suam Deo defensori assidua et impensissima precatione commendat. Ora ergo ut vidua Christi, nondum habens ejus conspectum, cujus precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora: nondum enim veras futuri saeculi divitias habes, ubi nulla damna formides. Licet habeas filios et nepotes, numerosamque familiam, quod et supra dictum est, sicut desolata ora: incerta sunt enim omnia temporalia, etiam usque in finem vitae hujus in nostram consolationem mansura. Tu autem si ea quae sursum sunt quaeris et sapis, aeterna et certa desideras, quae quamdiu nondum habes, etiam salvis omnibus atque obsequentibus tuis, tanquam desolatam deputare te debes. Et si tu, profecto etiam tuo exemplo religiosissima nurus tua, et aliae sanctae viduae virginesque sub vestra cura securius constitutae: quanto enim magis domum vestram pie tractatis, tanto impensius orationibus instare debetis, rerum praesentium non occupatae negotiis, nisi quae flagitat causa pietatis.

31. Sane memineritis et pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem, quem periculosum gerimus, deferatis, ut adjutorium, quod necessarium novimus, auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro, oratum est pro Paulo; et vos in ejus familia esse gaudemus, et incomparabiliter plus quam Petrus et Paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim concordi sanctoque certamine: non enim adversus alterutrum certatis, sed adversus diabolum, sanctis omnibus inimicum. In jejuniis et vigiliis, et omni castigatione corporis quamplurimum adjuvatur oratio (Tob. XII, 8). Faciat quaeque vestrum quod poterit: quod altera minus potest, in ea quae potest facit, si in altera diligit quod ideo quia non potest ipsa non facit; proinde quae minus valet, non impediat plus valentem, et quae plus valet, non urgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram Deo debetis; nemini autem vestrum aliquid debeatis, nisi ut invicem diligatis. Exaudiat te Dominus, qui potens est facere supra quam petimus aut intelligimus (Ephes. III, 20).

Ni de otra parte dijo el Apóstol lo que también recordé arriba: Pero la que es verdaderamente viuda y desolada, esperó en el Señor, y persiste en las oraciones noche y día (1 Tm 5, 5); y el Señor, cuando siempre nos exhortaba a orar y a no desfallecer, mencionó a la viuda, la cual, aunque convirtió a un juez inicuo e impío, y despreciador de Dios y de los hombres, a oír su causa intercediendo asiduamente. Cuánto, pues, antes que las demás deben las viudas vacar a las oraciones, puede entenderse suficientemente de aquí, que a todos se ha propuesto para emprender el estudio de orar el ejemplo de exhortación de las viudas.

30. Pero ¿qué se ha elegido en este género de obra en las viudas, sino el desamparo y la desolación? Por lo cual, si toda alma se entiende a sí misma desamparada y desolada en este mundo, mientras peregrina lejos del Señor, ciertamente encomienda su cierta viudez a Dios su defensor con asidua y muy intensa oración. Ora, pues, como viuda de Cristo, no teniendo todavía su vista, cuyo auxilio pides. Y aunque seas muy rica, ora como pobre: pues todavía no tienes las verdaderas riquezas del siglo futuro, donde no temas pérdida alguna. Aunque tengas hijos y nietos, y una numerosa familia, lo que también se dijo arriba, ora como desolada: pues son inciertas todas las cosas temporales, aun cuando hayan de permanecer hasta el fin de esta vida para nuestro consuelo. Pero tú, si buscas y gustas las cosas que son de arriba, deseas las eternas y ciertas, las cuales, mientras no las tienes todavía, aun estando todos los tuyos salvos y obedientes, debes considerarte como desolada. Y si tú lo haces, ciertamente también por tu ejemplo tu religiosísima nuera, y las otras santas viudas y vírgenes constituidas más seguramente bajo vuestro cuidado: pues cuanto más piadosamente tratáis vuestra casa, tanto más intensamente debéis insistir en las oraciones, no ocupadas en los negocios de las cosas presentes, sino en los que exige la causa de la piedad.

31. Ciertamente, acordaos de orar por nosotros también no con negligencia. Pues no queremos que nos difiráis así el honor, que llevamos peligrosamente, que nos quitéis el auxilio, que sabemos necesario. Se oró por Pedro por la familia de Cristo, se oró por Pablo; y nos alegramos de que vosotras estéis en su familia, y necesitamos incomparablemente más que Pedro y Pablo los auxilios de las oraciones fraternas. Orad a porfía con concordia y santa emulación: pues no lucháis unas contra otras, sino contra el diablo, enemigo de todos los santos. En los ayunos y vigilias, y en toda castigación del cuerpo se ayuda muchísimo a la oración (Tob 12, 8). Haga cada una de vosotras lo que pudiere: lo que una puede menos, lo hace en la que puede, si ama en la otra lo que ella misma no hace por no poder; por tanto, la que menos puede, no impida a la que puede más, y la que puede más, no apremie a la que puede menos. Ciertamente debéis vuestra conciencia a Dios; pero no debáis nada a ninguna de vosotras, sino el que os améis unas a otras. Exáudiros el Señor, que es poderoso para hacer por encima de lo que pedimos o entendemos (Ef 3, 20).

Epistola CXXXI.

Augustinus Probam resalutat, et gratias agit quod de salute ipsius fuerit sollicita.

Dominae insigni et merito illustri, et praestantissimae filiae PROBAE, AUGUSTINUS, in Domino salutem. Est quidem ita, ut dicis, quod in corpore corruptibili anima constituta, terrena quadam contagione constringitur, et tati onere quodammodo depressa curvatur, ut in imo multa, quam in summo unum, facilius concupiscat et cogitet. Nam hoc etiam sancta Scriptura ita dicit: Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 13). Sed ideo venit Salvator noster, qui mulierem illam in Evangelio per decem et octo annos curvam, quae fortasse hoc significabat, verbo salutis erexit (Luc. XIII, 11-13), ut anima christiana non frustra audiat, Sursum cor; nec frustra respondeat, se habere ad Dominum. Quod intuens recte facis, mala hujus mundi tolerabilia ducere spe futuri. Sic enim usu quodam bono convertuntur in bonum, dum non augent nostram concupiscentiam, sed exercent patientiam; de qua re Apostolus ait: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum (Rom. VIII, 28). Omnia, inquit: non solum ergo illa quae appetuntur ut suavia, verum etiam illa quae ut molesta vitantur; quando alia sic sumimus ne capiamur, alia sic ferimus ne frangamur, et secundum praecepta divina in omnibus gratias agimus ei, de quo dicimus: Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus ejus in ore meo (Psal. XXXIII, 2); et, Bonum est mihi quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas (Psal. CXVIII, 71). Neque enim revera, si fallacis prosperitatis semper hic tranquillitas arrideret, anima humana portum illum verae certaeque securitatis appeteret, domina insignis et merito illustris, et praestantissima filia. Reddens itaque debitum Praestantiae tuae salutationis obsequium, agensque gratias quod salutis nostrae religiosissimam curam geris, posco tibi a Domino futurae vitae praemia, praesentisque solaria; omniumque vestrum, in quorum cordibus per fidem habitat Christus, me dilectioni orationique commendo. Et alia manu: Deus verus et verax veraciter consoletur cor tuum, et protegat salutem tuam, domina insignis et merito illustris, ac praestantissima filia.

EPISTOLA CXXXII. Augustinus Volusiano, exhortans illum ut sacrarum scripturarum lectioni vacet, sibique rescribat si quid in eis difficultatis legenti occurrerit. Domino illustri et merito praestantissimo filio VOLUSIANO, AUGUSTINUS episcopus.

Carta CXXXI.

Agustín saluda de nuevo a Proba, y da gracias de que haya estado solícita por su salud.

A la distinguida señora y merecidamente ilustre, y excelentísima hija PROBA, AGUSTÍN, salud en el Señor. Ciertamente es así, como dices, que el alma constituida en un cuerpo corruptible, se ve constreñida por un cierto contagio terreno, y de algún modo deprimida por tan gran carga se encorva, de modo que más fácilmente apetece y piensa en muchas cosas en lo ínfimo, que en una sola en lo sumo. Pues esto también lo dice así la sagrada Escritura: Porque el cuerpo que se corrompe agrava el alma, y la morada terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab 9, 15). Pero para esto vino nuestro Salvador, el cual con la palabra de salud levantó a aquella mujer del Evangelio encorvada por dieciocho años, que tal vez significaba esto (Lc 13, 11-13), para que el alma cristiana no oiga en vano: Levantemos el corazón; ni en vano responda: lo tenemos levantado hacia el Señor. Mirando lo cual, haces bien en considerar tolerables los males de este mundo por la esperanza del futuro. Pues así por un cierto buen uso se convierten en bien, mientras no aumentan nuestra concupiscencia, sino que ejercitan la paciencia; de la cual cosa dice el Apóstol: Sabemos que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan para el bien (Rm 8, 28). Todas, dice: no solo pues aquellas que se apetecen como suaves, sino también aquellas que se evitan como molestas; cuando unas las tomamos de tal modo que no seamos atrapados, otras las llevamos de tal modo que no seamos quebrantados, y según los preceptos divinos en todo damos gracias a aquel, de quien decimos: Bendeciré al Señor en todo tiempo; siempre su alabanza en mi boca (Sal 33, 1); y: Bueno es para mí que me hayas humillado, para que aprenda tus justificaciones (Sal 118, 71). Pues en verdad, si la tranquilidad de la falaz prosperidad siempre sonriera aquí, el alma humana no apetecería aquel puerto de la verdadera y cierta seguridad, señora distinguida y merecidamente ilustre, y excelentísima hija. Devolviendo, pues, el debido obsequio de salutación a tu Excelencia, y dando gracias porque tienes un religiosísimo cuidado de nuestra salud, pido para ti al Señor los premios de la vida futura, y los consuelos de la presente; y me encomiendo a la dilección y oración de todas vosotras, en cuyos corazones habita Cristo por la fe. Y de otra mano: El Dios verdadero y veraz consuele verdaderamente tu corazón, y proteja tu salud, señora distinguida y merecidamente ilustre, y excelentísima hija.

CARTA CXXXII. Agustín a Volusiano, exhortándole a que vaque a la lectura de las sagradas escrituras, y le escriba si le ocurriera algo de dificultad al leer en ellas. Al ilustre y merecidamente excelentísimo hijo VOLUSIANO, AGUSTÍN obispo.

De salute tua, quam et in hoc saeculo, et in Christo esse cupio, sanctae matris tuae votis sum fortasse etiam ipse non impar. Unde meritis tuis reddens salutationis obsequium, hortor, ut valeo, ut Litterarum vere certeque sanctarum studio te curam non pigeat impendere. Sincera enim et solida res est, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec ullo linguae tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat. Multum movet, non verborum, sed rerum avidum; et multum terret, factura securum. Praecipue Apostolorum linguas exhortor ut legas; ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis, quorum testimoniis utuntur Apostoli. Si quid autem, vel cum legis, vel cum cogitas, tibi oritur quaestionis, in quo dissolvendo videar necessarius, scribe ut rescribam. Magis enim hoc forte Domino ad juvante potero, quam praesens talia loqui tecum; non solum propter occupationes varias et meas et tuas (quoniam non cum mihi vacat, occurrit ut et tibi vacet), verum etiam propter eorum irruentem praesentiam, qui plerumque non sunt apti tali negotio, magisque linguae certaminibus, quam scientiae luminibus delectantur: quod autem scriptum habetur, semper vacat ad legendum, cum vacat legenti; nec onerosum fit praesens, quod cum voles sumitur, cum voles ponitur.

EPISTOLA CXXXIII. Augustinus Marcellino tribuno, ut Donatistas in quaestione confessos atrocia facinora, puniat citra supplicium capitis, uti congruit Ecclesiae mansuetudini. Domino eximio et merito insigni, atque charissimo filio MARCELLINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem. 1. Circumcelliones illos et clericos partis Donati, quos de Hipponensi ad judicium pro factis eorum publicae disciplinae cura deduxerat, a tua Nobilitate comperi auditos, et plurimos eorum de homicidio quod in Restitutum, catholicum presbyterum commiserunt, et de caede Innocentii, alterius catholici presbyteri, atque de oculo ejus effosso, et de digito praeciso fuisse confessos. Unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte Sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam quam habes in Christo, per ipsius Domini Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas. Quamvis enim ab eorum interitu dissimulare possemus, qui non accusantibus nostris, sed illorum Notoria ad quos tuendae publicae pacis vigilantia pertinebat, praesentati videantur examini; nolumus tamen passiones servorum Dei, quasi vice talionis, paribus suppliciis vindicari.

De tu salud, que deseo que sea tanto en este mundo como en Cristo, soy tal vez yo mismo no desigual a los votos de tu santa madre. Por lo cual, devolviendo el obsequio de salutación a tus méritos, te exhorto, según puedo, a que no te pese dedicar cuidado al estudio de las Letras verdadera y ciertamente santas. Pues es cosa sincera y sólida, y no ambiciona el ánimo con elocuencias fingidas, ni resuena nada vano y pendiente con ningún revoque de la lengua. Mueve mucho a quien es ávido no de palabras, sino de cosas; y aterra mucho, para hacerte seguro. Especialmente te exhorto a que leas las lenguas de los Apóstoles; pues por estas serás incitado a conocer a los Profetas, de cuyos testimonios se sirven los Apóstoles. Pero si algo, o cuando lees, o cuando piensas, te surge de cuestión, en cuya disolución yo parezca necesario, escribe para que yo te responda. Pues más podré hacer esto tal vez con la ayuda del Señor que hablar tales cosas contigo presente; no solo por las ocupaciones varias tanto mías como tuyas (puesto que no cuando yo estoy libre ocurre que tú también lo estés), sino también por la presencia atropellada de aquellos que la mayoría de las veces no son aptos para tal negocio, y se deleitan más con las contiendas de la lengua que con las luces de la ciencia: pero lo que se tiene escrito, siempre está vacante para leer cuando está vacante para el lector; ni se hace oneroso estando presente, lo cual se toma cuando quieres y se deja cuando quieres.

CARTA CXXXIII. Agustín a Marcelino tribuno, para que a los donatistas que confesaron en el interrogatorio atroces crímenes, los castigue sin el suplicio de la muerte, como conviene a la mansedumbre de la Iglesia. Al eximio y merecidamente insigne, y carísimo hijo MARCELINO, AGUSTÍN, salud en el Señor. 1. He sabido por tu Nobleza que aquellos circunceliones y clérigos de la parte de Donato, a los cuales el cuidado de la disciplina pública había conducido desde Hipona al juicio por sus hechos, han sido oídos, y que muchísimos de ellos han confesado el homicidio que cometieron en Restituto, presbítero católico, y la muerte de Inocencio, otro presbítero católico, y el haberle arrancado un ojo y cortado un dedo. Por lo cual se me ha infundido una máxima solicitud, no sea que tal vez tu Sublimidad juzgue que ellos deben ser castigados con tanta severidad de las leyes que padezcan tales cosas cuales ellos hicieron. Y por eso con estas letras conjuro tu fe que tienes en Cristo, por la misericordia del mismo Señor Cristo, que ni hagas esto ni permitas en absoluto que se haga. Pues aunque de la muerte de ellos pudiéramos disimular, quienes parecen haber sido presentados al examen no por acusación nuestra, sino por la Notoria de aquellos a quienes pertenecía la vigilancia de proteger la paz pública; sin embargo, no queremos que los sufrimientos de los siervos de Dios sean vengados con penas iguales, como por vía de talión.

Non quo scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri; sed hoc magis sufficere volumus ut vivi et nulla corporis parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista damnatio; sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec saeviendi relaxetur audacia, nec poenitendi subtrahatur medicina?

2. Imple, christiane judex, pii patris officium; sic succense iniquitati, ut consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem; sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente equuleo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis a magistris artium liberalium, et ab ipsis parentibus, et saepe etiam in judiciis solet ab episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius invenisti. Inquirendi quam puniendi necessitas major est: ad hoc enim et mitissimi homines facinus occultatum diligenter atque instanter examinant, ut inveniant quibus parcant. Unde plerumque necesse est, exerceatur acrius inquisitio, ut manifestato scelere sit ubi appareat mansuetudo. Omnia quippe bona opera amant in luce constitui; non propter humanam gloriam, sed ut videant, ait Dominus, bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 16). Et ideo non suffecit Apostolo monere ut mansuetudinem servaremus, sed ut eam etiam notam omnibus faceremus: Mansuetudo, inquit, vestra nota sit omnibus hominibus (Philipp. IV, 5); et alio loco, Mansuetudinem ostentantes ad omnes homines (Tit. III, 2). Unde nec illa sancti David, quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit (I Reg. XXIV, 7), praeclarissima lenitas emineret, nisi potestas pariter appareret. Non te ergo exasperet vindicandi potestas, cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. Noli facinore invento quaerere percussorem, in quo inveniendo noluisti adhibere tortorem.

3. Postremo pro Ecclesiae utilitate missus es. Hoc Ecclesiae catholicae, aut, ut modum dispensationis meae non supergredi videar, hoc Ecclesiae ad Hipponensium-Regiorum dioecesim pertinenti prodesse, hoc expedire contestor. Si non audis amicum petentem, audi episcopum consulentem. Quamvis quoniam christiano loquor, maxime in tali causa, non arroganter dixerim, audire te episcopum convenit jubentem, domine eximie et merito insignis, atque charissime fili.

No porque prohibamos que se quite a los hombres malvados la licencia de sus crímenes; sino que más bien queremos que esto baste: que vivos y sin ninguna parte de su cuerpo truncada, o bien sean dirigidos desde la inquietud insana al ocio de la salud por la coerción de las leyes, o bien de las obras malignas sean destinados a alguna obra útil. Se llama ciertamente también a esto condenación; pero ¿quién no entenderá que debe llamarse más bien beneficio que suplicio, donde ni se relaja la audacia de ensañarse, ni se sustrae la medicina de arrepentirse?

2. Cumple, juez cristiano, el oficio de un padre piadoso; ensáñate de tal modo con la iniquidad que te acuerdes de consultar por la humanidad: ni ejerzas el deseo de vengar en las atrocidades de los pecadores; sino aplica la voluntad de sanar a las heridas de los pecadores. No pierdas la diligencia paterna que guardaste en la misma inquisición, cuando arrancaste la confesión de tantos crímenes, no extendiendo el potro, no surcando las uñas, no con llamas ardientes, sino con los golpes de las varas. Cuyo modo de coerción suele ser aplicado por los maestros de las artes liberales, y por los mismos padres, y a menudo incluso en los puicios por los obispos. No vengues, pues, más atrozmente lo que encontraste más levemente. Mayor es la necesidad de inquirir que la de castigar: pues para esto también hombres mitísimos examinan diligente e instantemente un crimen oculto, para encontrar a quienes perdonar. Por lo cual a menudo es necesario que se ejerza más agudamente la inquisición, para que manifestado el crimen haya donde aparezca la mansedumbre. Ciertamente todas las obras buenas aman ser puestas a la luz; no por la gloria humana, sino para que vean, dice el Señor, vuestras buenas obras, y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mt 5, 16). Y por eso no bastó al Apóstol advertir que guardáramos la mansedumbre, sino que también la hiciéramos notoria a todos: Vuestra mansedumbre, dice, sea notoria a todos los hombres (Flp 4, 5); y en otro lugar: mostrando mansedumbre hacia todos los hombres (Tit 3, 2). Por lo cual ni aquella preclarísima lenidad del santo David, cuando perdonó clementemente al enemigo que le fue entregado en sus manos (1 Sm 24, 7), sobresaldría, si no apareciera igualmente la potestad. No te exaspere, pues, la potestad de vengar, a quien la necesidad de examinar no le sacudió la lenidad. No busques al ejecutor una vez descubierto el crimen, en cuyo descubrimiento no quisiste aplicar al torturador.

3. Finalmente, has sido enviado para utilidad de la Iglesia. Esto beneficia a la Iglesia católica, o, para que no parezca que excedo el modo de mi administración, esto conviene a la Iglesia perteneciente a la diócesis de Hipona-Regia, lo atestiguo. Si no oyes al amigo que pide, oye al obispo que consulta. Aunque puesto que hablo a un cristiano, especialmente en tal causa, no diría arrogantemente que conviene que oigas al obispo que manda, señor eximio y merecidamente insigne, y carísimo hijo.

Unde scio quidem causas ecclesiasticas Excellentiae tuae potissimum injunctas, sed quia credo istam curam ad virum clarissimum atque spectabilem proconsulem pertinere, ad eum quoque litteras dedi; quas rego ut ipse illi tradere et allegare, si opus est, non graveris: atque ambos obsecro, ne importunam arbitremini, vel intercessionem, vel suggestionem, vel sollicitudinem nostram; et passiones catholicorum servorum Dei, quae infirmis ad aedificationem spiritualem utiles esse debent, haud reciproca inimicorum, a quibus passi sunt, poena decoloretis, sed potius refracta judiciaria severitate, et vestram fidem, quia filii estis Ecclesiae, et ipsius matris mansuetudinem commendare minime negligatis. Deus omnipotens Praestantiam tuam bonis omnibus augeat, domine eximie et merito insignis, atque charissime fili.

EPISTOLA CXXXI V. Augustinus Apringium proconsulem rogat ac monet ut Circumcelliones atrocia confessos mitius puniat, memor ecclesiasticae mansuetudinis. Domino insigni et merito sublimi, ac praestantissimo filio APRINGIO, AUGUSTINUS.

1. Non dubito in hac potestate quam tibi Deus homini in homines dedit, cogitare te divinum judicium, ubi et judices stabunt rationem de suo judicio reddituri. Christiana quippe fide te imbutum scio; unde mihi ad Excellentiam tuam major fiducia tribuitur, non solum petendi, verum etiam monendi propter illum Dominum, in cujus familia nobiscum coelesti jure censeris, in quo spem vitae aeternae pariter habemus, et quem pro vobis in sacrosanctis mysteriis invocamus. Proinde, domine insignis et merito sublimis, ac praestantissime fili, primum quaeso ut non tibi videar importunus irruere actibus tuis, ea sollicitudine quam me praecipue gerere oportet pro Ecclesia mihi credita, cujus utilitatibus servio, cui non tam praeesse quam prodesse desidero: deinde obsecro ut quod moneo vel rogo, non dedigneris accipere, non cuncteris acquiescere.

2. Circumcelliones quosdam et clericos donatistas, cura eorum qui disciplinae publicae inserviunt, praemissa Notoria, ad judicia legesque perduxit. Hi cum audirentur a viro clarissimo et spectabili tribuno et notario fratre tuo, filio meo Marcellino, non tormentis ungularum atque flammarum, sed virgarum coerciti, horrenda facinora in fratres et compresbyteros meos a se perpetrata confessi sunt; quod scilicet unum eorum exceptum insidiis trucidaverunt, alterum e domo raptum, oculo effosso digitoque amputato truncaverunt.

Por lo cual sé ciertamente que las causas eclesiásticas están encomendadas principalmente a tu Excelencia, pero porque creo que ese cuidado pertenece al varón clarísimo y espectable proconsul, también a él le he dado letras; las cuales ruego que tú mismo no te peses entregarle y alegarle si es menester: y a ambos os suplico que no consideréis importuna ni nuestra intercesión, ni sugerencia, ni solicitud; y que no deslustréis los sufrimientos de los siervos católicos de Dios, que deben ser útiles a los débiles para la edificación espiritual, con una pena recíproca de los enemigos de quienes padecieron, sino más bien, quebrantada la severidad judicial, no descuidéis de ningún modo encomendar tanto vuestra fe, porque sois hijos de la Iglesia, como la mansedumbre de la misma madre. Dios omnipotente aumente vuestra Excelencia en todos los bienes, señor eximio y merecidamente insigne, y carísimo hijo.

CARTA CXXXIV. Agustín a Apringio proconsul, le ruega y amonesta que a los circunceliones que confesaron hechos atroces los castigue más suavemente, en memoria de la mansedumbre eclesiástica. Al distinguido y merecidamente sublime, y excelentísimo hijo APRINGIO, AGUSTÍN.

1. No dudo que en esta potestad que Dios te dio como hombre sobre los hombres, piensas en el divino juicio, donde también los jueces estarán para dar cuenta de su juicio. Pues sé que estás imbuido de la fe cristiana; por lo cual se me da una mayor confianza ante tu Excelencia, no solo de pedir, sino también de amonestar por aquel Señor, en cuya familia eres contado con nosotros por derecho celestial, en el cual igualmente tenemos esperanza de vida eterna, y al cual invocamos por vosotros en los sacrosantos misterios. Por tanto, señor distinguido y merecidamente sublime, y excelentísimo hijo, primero pido que no te parezca importuno que irrumpa en tus actos, con aquella solicitud que a mí me conviene especialmente tener por la Iglesia a mí encomendada, a cuyas utilidades sirvo, a la cual no deseo tanto presidir como aprovechar: después suplico que lo que amonesto o ruego, no te dignes recibirlo con desdén, ni vaciles en asentir.

2. A unos circunceliones y clérigos donatistas, por el cuidado de aquellos que sirven a la disciplina pública, enviada previamente una Notoria, los condujo a los juicios y las leyes. Estos, cuando fueron oídos por el varón clarísimo y espectable tribuno y notario tu hermano, mi hijo Marcelino, no coaccionados por los tormentos de las uñas y las llamas, sino por las varas, confesaron los horrendos crímenes perpetrados por ellos contra mis hermanos y compresbíteros; a saber, que a uno de ellos atrapado en emboscadas lo mataron, a otro arrebatado de su casa, habiéndole arrancado un ojo y amputado un dedo, lo truncaron.

Haec cum comperissem illos fuisse confessos, ideoque minime dubitarem sub jura tuae securis esse venturos, has ad tuam Nobilitatem litteras acceleravi, quibus deprecor, et per misericordiam Christi obsecro, sic de tua majore atque certiore felicitate gaudeamus, ut eis paria non retribuantur; quanquam lapidis ictibus digitum praecidere oculumque convellere leges puniendo non possint, quod isti saeviendo potuerunt. Unde securus sum de iis qui hoc se fecisse confessi sunt, quod hanc vicissitudinem non reportabunt; sed ne vel ipsi, vel illi quorum homicidium patefactum est, per tuae potestatis sententiam multentur, hoc timeo, hoc ne fiat et christianus judicem rogo, et christianum episcopus moneo.

3. De vobis quidem dixisse Apostolum legimus quod non sine causa gladium geratis, et ministri Dei sitis, vindices in eos qui male agunt (Rom. XIII, 4); sed alia causa est provinciae, alia est Ecclesiae: illius terribiliter gerenda est administratio; hujus clementer commendanda est mansuetudo. Si apud judicem non christianum mihi sermo esset, aliter agerem: nec tamen etiam sic Ecclesiae causam desererem, et quantum admittere dignaretur, instarem ne passiones servorum Dei catholicorum, quae prodesse debent ad exempla patientiae, inimicorum suorum sanguine foedarentur; et si nollet acquiescere, inimico animo eum resistere suspicarer. Nunc vero quando apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consultatio. Rectorem te quidem praecelsae potestatis videmus, sed etiam filium christianae pietatis agnoscimus. Subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua; causam tecum tracto communem, sed tu in ea potes quod ego non possum: confer nobiscum consilium, et porrige auxilium.

4. Diligenter actum est ut inimici Ecclesiae, qui solent vaniloquio seductionis sollicitare animos imperitos tanquam de persecutione gloriantes quam se perpeti jactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos perpetrata faterentur et suis verbis implicarentur. Legenda sunt Gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasione venenaverunt: numquid placet tibi ut ad finem Gestorum, si cruentum istorum supplicium continebit, legendo pervenire timeamus, ubi ponimus et ipsam conscientiam, ne malum pro malo, qui passi sunt, reddidisse videantur? Si ergo nihil aliud constitueretur frenandae malitiae perditorum, extrema fortasse necessitas ut tales occiderentur urgeret; quanquam quod ad nos attinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallemus eos liberos relaxari, quam passiones fratrum nostrorum fuso eorum sanguine vindicari: nunc vero cum aliquid fieri possit, quo et mitis commendetur Ecclesia, et immitium cohibeatur audacia; cur non flectas in partem providentiorem, lenioremque sententiam, quod licet judicibus facere etiam non in causis Ecclesiae?

Cuando hube sabido que ellos habían confesado estas cosas, y por tanto no dudara que habrían de venir bajo el derecho de tu hacha, apresuré estas letras a tu Nobleza, con las cuales depreco, y por la misericordia de Cristo suplico, que así nos alegremos de tu mayor y más cierta felicidad, que no se les retribuyan cosas iguales; aunque las leyes al castigar no puedan cortar un dedo y arrancar un ojo con los golpes de una piedra, como estos pudieron hacer ensañándose. Por lo cual estoy seguro de estos que confesaron haber hecho esto, que no recibirán esta reciprocidad; pero temo que o bien ellos, o bien aquellos cuyo homicidio se ha manifestado, sean castigados por la sentencia de tu potestad; para que esto no se haga, pido al juez como cristiano, y amonesto al cristiano como obispo.

3. Ciertamente leemos que el Apóstol dijo de vosotros que no sin causa lleváis la espada, y sois ministros de Dios, vengadores contra los que obran mal (Rm 13, 4); pero una es la causa de la provincia, otra es la de la Iglesia: de aquella ha de llevarse a cabo la administración terriblemente; de esta ha de encomendarse clementemente la mansedumbre. Si mi discurso fuera ante un juez no cristiano, actuaría de otro modo: ni aun así desertaría de la causa de la Iglesia, y cuanto él se dignara admitir, insistiría para que los sufrimientos de los siervos de Dios católicos, que deben aprovechar para ejemplos de paciencia, no se mancharan con la sangre de sus enemigos; y si no quisiera asentir, sospecharía que se recibía con ánimo hostil. Pero ahora, cuando el asunto se trata ante ti, mi razón es una, mi consulta otra. Te vemos ciertamente como rector de altísima potestad, pero también te reconocemos como hijo de la piedad cristiana. Sométase tu sublimidad, sométase tu fe; trato contigo una causa común, pero tú puedes en ella lo que yo no puedo: comparte con nosotros el consejo, y alarga el auxilio.

4. Se ha actuado diligentemente para que los enemigos de la Iglesia, que suelen solicitar los ánimos ignorantes con el vaniloquio de la seducción, como jactándose de la persecución que blasonan padecer, confesaran sus horrendos crímenes perpetrados contra los clérigos católicos y se vieran implicados en sus propias palabras. Deben leerse las Actas (Gesta) para sanar las almas que han envenenado con su pestífera persuasión: ¿acaso te place que temamos llegar leyendo al fin de las Actas, si estas han de contener el cruento suplicio de aquellos, donde ponemos incluso la misma conciencia, no sea que parezca que los que padecieron han devuelto mal por mal? Si, pues, nada más se estableciera para frenar la malicia de los perdidos, tal vez instaría la extrema necesidad de que tales fueran muertos; aunque por lo que a nosotros toca, si nada más mitigado pudiera hacerse con ellos, preferiríamos que fueran dejados libres, antes que las pasiones de nuestros hermanos fueran vengadas con el derramamiento de su sangre: pero ahora, cuando puede hacerse algo por lo cual tanto se recomiende la mansedumbre de la Iglesia como se reprima la audacia de los desalmados, ¿por qué no habrías de inclinarte hacia la parte más providente y la sentencia más leve, lo cual es lícito hacer a los jueces incluso en causas que no son de la Iglesia?

Time ergo nobiscum judicium Dei Patris, et commenda mansuetudinem matris: cum enim tu facis, Ecclesia facit, propter quam facis, et cujus filius facis. Contende bonitate cum malis: illi scelere immani membra de corpore vivo avulserunt; tu opere misericordi effice ut illa quae nefandis operibus exercebant, alicui utili operi integra eorum membra deserviant. Illi non pepercerunt correctionem sibi praedicantibus Dei servis; tu parce comprehensis, parce ductis, parce convictis. Illi impio ferro fuderunt sanguinem Christianum: tu ab eorum sanguine etiam juridicum gladium cohibe propter Christum. Illi ministro Ecclesiae occiso extorserunt spatium vivendi: tu inimicis Ecclesiae viventibus relaxa spatium poenitendi. Talem te oportet esse in causa Ecclesiae judicem christianum, petentibus, monentibus, intercedentibus nobis. Solent homines quando cum inimicis eorum convictis lenius agitur, a mitiore sententia provocare: sed inimicos nostros ita diligimus, ut nisi de tua christiana obedientia praesumamus, a tua severa sententia provocemus. Deus omnipotens Excellentiam tuam auctiorem felicioremque conservet, domine insignis et merito sublimis, ac praestantissime fili.

EPISTOLA CXXXV . Volusianus Augustino, proponens illi quaestiones: quomodo Deus immensus claudi potuerit utero virginis, et infantis corpusculo; an mundi curam deseruerit interim, etc.; num etiam miraculis satis declarata sit ejus divinitas.

Domino vere sancto, ac merito venerabili patri AUGUSTINO episcopo, VOLUSIANUS.

1. Petis me, vir probitatis justitiaeque documentum, ut aliqua ex ambiguis lectionis peritae discenda perconter. Amplector gratiam muneris imperati, meque libens in disciplinas tuas offero, veteris sententiae auctoritatem secutus, quae nullam ad perdiscendum abundare credit aetatem. Neque immerito sapiens, prudentiae studia nullis terminis, neque fine conclusit, quando primordiis suis remota virtus nunquam adeo reseratur adeuntibus, ut omnis protinus ad agnitionem patescat. Domine vere sancte, ac merito venerabilis pater, est operae pretium cognoscere habitam inter nos proxime confabulationem. Quibusdam amicorum conventibus aderamus, frequentes proferebantur illic pro ingeniis studisque sententiae. Erat tamen sermo rhetorica partitio: apud agnoscentem loquor; nam etiam ista paulo ante docuisti. Adstruebatur quid esset inventio, quae inventionis acrimonia , quantus disponendi labor, quae translationis gratia, quae iconismatum pulchritudo, et pro ingenio naturaque materiae apposita etiam dicendi facultas. Alii rursus poeticam elevabant faventes.

12. Por tanto, el Verbo de Dios, y el mismo Hijo de Dios, coeterno con el Padre, y la misma Virtud y Sabiduría de Dios (1 Cor 1, 24), que alcanza con fortaleza desde el fin supremo de la criatura racional hasta el fin ínfimo de la criatura corporal, y lo dispone todo con suavidad (Sab 8, 1), presente y latente, en ninguna parte concluido, en ninguna parte dividido, en ninguna parte hinchado, sino sin mole todo en todas partes, de un modo muy diferente de aquel por el cual está presente en las demás criaturas, asumió al hombre, y se hizo a sí mismo y a él un solo Jesucristo, mediador entre Dios y los hombres (1 Tim 2, 5), igual al Padre según la divinidad, pero menor que el Padre según la carne, esto es, según el hombre; inconmutablemente inmortal según la divinidad igual al Padre, y el mismo mutable y mortal según la debilidad congénita a nosotros. En este Cristo, en aquel tiempo que él mismo conocía como el más oportuno y había dispuesto antes de los siglos, vino a los hombres el magisterio y el auxilio para alcanzar la salvación sempiterna.

Magisterium quidem ut ea quae hic ante dicta sunt utiliter vera, non solum a Prophetis sanctis, qui omnia vera dixerunt, verum etiam a philosophis atque ipsis poetis, et cujuscemodi auctoribus litterarum (quos multa vera falsis miscuisse quis ambigat?), illius etiam in carne praesentata confirmaret auctoritas, propter eos qui illa non possent in ipsa intima veritate cernere atque discernere: quae Veritas et antequam hominem assumeret, ipse aderat omnibus, qui ejus participes esse potuerunt. Maxime vero suae incarnationis exemplo id salubriter persuasit, ut quoniam homines plerique divinitatis avidi, per potestates coelestes quas deos putarent, ritusque varios illicitorum, non sacrorum, sed sacrilegiorum, ambiendum sibi arbitrarentur ad Deum, magis superbe quam pie, qua in re pro Angelis sanctis eis se daemones superbiae cognatione supponunt, scirent homines tam proximum esse Deum pietati hominum, ad quem velut longe positum per interpositas potestates ambiebant, ut hominem suscipere dignaretur, et cum illo uniri quodam modo ut ei sic coaptaretur homo totus, quemadmodum animae corpus; excepta concretione mutabili, in quam non convertitur Deus, et quam videmus quod habeat et corpus et animus. Adjutorium autem, quod sine gratia fidei quae ab illo est, nemo potest vincere concupiscentias vitiosas; et si qua earum residua non vicerit, veniali remissione purgari. Quod ergo ad magisterium ejus attinet, quis nunc extremus idiota, vel quae abjecta muliercula non credit animae immortalitatem vitamque post mortem futuram? Quod apud Graecos olim primus Pherecydes Assyrius cum disputasset, Pythagoram Samium illius disputationis novitate permotum ex athleta in philosophum vertit. Nunc ergo quod Maro ait, et omnes videmus; Amomum Assyrium vulgo nascitur: quod autem ad adjutorium gratiae pertinet, quae in Christo est, ipse est omnino, Quo duce si qua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua solvent formidine terras. (Virg. Ecl. 4.)

Sed tamen et aliquid proprium facere debuit: nasci de virgine, a mortuis resurgere, in coelum ascendere.

CAPUT IV.

El magisterio, ciertamente, para que aquellas cosas que antes se dijeron aquí ser útilmente verdaderas, no solo por los santos Profetas, que dijeron todas las cosas verdaderas, sino también por los filósofos y los mismos poetas, y autores de letras de cualquier clase (¿quién dudaría que mezclaron muchas cosas verdaderas con falsas?), lo confirmara también su autoridad presentada en la carne, por causa de aquellos que no podían ver y discernir aquellas cosas en la misma verdad íntima: la cual Verdad, incluso antes de asumir al hombre, estaba ella misma presente a todos los que pudieron ser partícipes de ella. Pero sobre todo con el ejemplo de su encarnación persuadió saludablemente de esto: que puesto que muchísimos hombres ávidos de divinidad, por las potestades celestiales que pensaban ser dioses, y por varios ritos de cosas ilícitas, no sagradas, sino sacrílegas, pensaban que debían ir hacia Dios, más con soberbia que con piedad, en lo cual los demonios se les subordinan en lugar de los ángeles santos por el parentesco de la soberbia, supieran los hombres que Dios está tan próximo a la piedad de los hombres, al cual iban como puesto lejos por medio de potestades interpuestas, que se dignó asumir al hombre y unirse con él de cierto modo para que se le adaptara así todo el hombre, como el cuerpo al alma; exceptuada la concreción mutable, en la cual no se convierte Dios, y que vemos que tienen tanto el cuerpo como el ánimo. Pero el auxilio, porque sin la gracia de la fe que procede de él, nadie puede vencer las concupiscencias viciosas; y si alguna de ellas quedara sin vencer, ser purgado por la remisión venial. Por lo que toca, pues, a su magisterio, ¿qué último idiota ahora, o qué abyecta mujercilla no cree en la inmortalidad del alma y en la vida futura después de la muerte? De lo cual, habiendo disputado antiguamente entre los griegos el primero Ferecides el Asirio, convirtió a Pitágoras el Samio, conmovido por la novedad de aquella disputa, de atleta en filósofo. Ahora, pues, lo que dice Marón, y todos vemos: el amomo asirio nace en todas partes; pero por lo que toca al auxilio de la gracia, que está en Cristo, él mismo es totalmente Aquel que, bajo su guía, si quedan algunos rastros de nuestro crimen, disolverán las tierras del perpetuo temor, quedando nulos (Virgilio, Écl. 4).

Pero, no obstante, debió también hacer algo propio: nacer de una virgen, resurgir de entre los muertos, ascender al cielo.

CAPÍTULO IV.

13. Sed nulla, inquiunt, competentibus signis claruerunt tantae majestatis indicia: quia larvalis illa purgatio, debilium curae, reddita vita defunctis, si et alii considerentur, Deo parva sunt. Fatemur quidem et nos talia quaedam fecisse Prophetas. Nam in his signis quid excellentius quam mortuos resurrexisse? Fecit hoc Elias (III Reg. XVII, 22), fecit hoc Elisaeus (IV Reg. IV, 35). Nam de magorum miraculis, utrum etiam mortuos suscitaverint, illi viderint qui et Apuleium se contra magicarum artium crimina copiosissime defendentem, conantur non accusando, sed laudando convincere. Nos legimus, magos Aegyptiorum, artium istarum peritissimos, a Moyse famulo Dei fuisse superatos, cum illi quaedam mira nefandis artibus agerent, ille Deo simpliciter invocato, machinamenta eorum cuncta subverteret (Exod. VII, VIII). Sed et ipse Moyses, et caeteri Prophetae veracissimi Dominum Christum prophetaverunt, et gloriam magnam ei dederunt; hunc non tanquam parem sibi, nec in eadem miraculorum potentia superiorem, sed plane Dominum Deum omnium, et hominem propter homines factum, venturum praenuntiaverunt. Qui propterea et ipse talia facere voluit, ne esset absurdum, quae per illos fecerat si ipse non faceret. Hoc Deo qui parum putat, quid plus exspectet ignoro.

14. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominem, facere non debuit. Nam in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, et omnia per ipsum facta sunt (Joan. I, 1). Num homine assumpto, alium mundum facere debuit, ut eum esse crederemus, per quem factus est mundus? Sed nec major mundus, nec isti aequalis in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quope parum putaretur. Quia ergo non oportebat ut novum faceret mundum, nova fecit in mundo. Homo enim de virgine procreatus, et a mortuis in aeternam vitam resuscitatus, et super coelos exaltatus, potentius fortasse opus est quam mundus. Hic forte respondent, se factum hoc esse non credere. Quid ergo fiat hominibus, qui minima contemnunt, majora non credunt? Reddita vita defunctis, ideo creditur, quia fecerunt alii, et parum est Deo: caro propria de virgine creata, et a morte in aeternam vitam super coelos levata, ideo non creditur, quia nemo fecit, et competit Deo. Ac per hoc quae sibi quisque facilia, non factu, sed captu, putat, aequo animo accipit; supra ea veluti ficta pro falsis ducit: noli eis esse similis, obsecro te.

13. Pero, dicen ellos, ningunos indicios de tan gran majestad resplandecieron por signos competentes: porque aquella purga de larvas, las curas de los débiles, la vida restituida a los difuntos, si se consideran también otros, son cosas pequeñas para Dios. Confesamos ciertamente nosotros también que los Profetas hicieron tales cosas. Pues en estos signos, ¿qué hay más excelente que el que los muertos resucitaran? Hizo esto Elías (3 Re 17, 22), hizo esto Eliseo (4 Re 4, 35). Pues sobre los milagros de los magos, si también resucitaron muertos, véanlo aquellos que incluso a Apuleyo, defendiéndose copiosísimamente contra los crímenes de las artes mágicas, intentan convencerlo no acusándolo, sino alabándolo. Nosotros leemos que los magos de los egipcios, peritísimos en esas artes, fueron superados por Moisés, siervo de Dios, cuando ellos hacían algunas cosas admirables con artes nefandas, y él, habiendo invocado simplemente a Dios, subvirtió todas sus maquinaciones (Éx 7, 8). Pero también el mismo Moisés y los demás veracísimos Profetas profetizaron al Señor Cristo, y le dieron gran gloria; preanunciaron que él vendría no como igual a ellos, ni superior en la misma potencia de milagros, sino claramente como el Señor Dios de todos, y hombre hecho por causa de los hombres. El cual, por esto, también quiso él mismo hacer tales cosas, para que no fuera absurdo que no hiciera él mismo lo que había hecho por medio de ellos. Al que esto le parece poco para Dios, no sé qué más puede esperar.

14. Estimo, pues, que se exigen tales cosas que, llevando al hombre, no debió hacer. Pues en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios, y todas las cosas fueron hechas por él (Jn 1, 1). Habiendo asumido al hombre, ¿debió hacer otro mundo para que creyéramos que era aquel por quien fue hecho el mundo? Pero ni un mundo mayor, ni uno igual a este podría hacerse en este mundo. Pero si hiciera uno menor debajo de este, igualmente esto también se pensaría poco. Porque, por tanto, no convenía que hiciera un nuevo mundo, hizo cosas nuevas en el mundo. Pues un hombre procreado de una virgen, y resucitado de entre los muertos para la vida eterna, y exaltado sobre los cielos, es tal vez una obra más potente que el mundo. Aquí tal vez responden que ellos no creen que esto se haya hecho. ¿Qué se hace, pues, con los hombres que desprecian lo mínimo y no creen lo mayor? Se cree la vida restituida a los difuntos porque otros la hicieron, y es poco para Dios: la propia carne creada de una virgen, y levantada de la muerte a la vida eterna sobre los cielos, no se cree porque nadie la hizo, y conviene a Dios. Y por esto, las cosas que cada uno piensa fáciles para sí, no por el hecho, sino por la captación, las acepta con ánimo ecuánime; las que están sobre ellas las tiene por falsas como si fueran fingidas: no seas semejante a ellos, te lo suplico.

15. Disputantur haec latius, et omnes quaestionum necessariarum sinus perscrutati discussique panduntur: sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit. Quem non moveat ad credendum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo, et ipsa connexio temporum, praeteritis fidem de praesentibus faciens, priora posterioribus et recentioribus antiqua confirmans? Eligitur unus ex gente Chaldaeorum, pietate fidelissima praeditus, cui promissa divina post tantam saeculorum seriem novissimis temporibus complenda prodantur, atque in ejus semine omnes gentes habiturae benedictionem praenuntiantur (Gen. XII, 2). Hic unum Deum verum colens universitatis creatorem, gignit filium senex, de conjuge quam spe pariendi penitus destitutam sterilitas aetasque jam fecerat. Propagatur ex illo numerosissimus populus, multiplicatus in Aegypto, quo illam stirpem ex orientalibus partibus, promissis effectisque crebrescens dispositio divina transmiserat. Educitur ex Aegypti servitute gens valida, horrendis signis atque miraculis; pulsisque impiis gentibus, in terrare promissionis perducta et constituta, regno etiam molimatur. Deinde praevalescente peccato, sacrilegis ausibus Deum verum, qui eis tanta beneficia contulerat, saepissime offendens, variisque flagellata cladibus, et prosperitatibus consolata, usque ad Christi incarnationem declarationemque perducitur. Quem Christum, Dei Verbum, Dei Filium, Deum in carne venturum, moriturum, resurrecturum, in coelum ascensurum, praepollentissimo suo nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum; inque illo remissionem peccatorum, salutemque aeternam futuram esse credentibus, omnia gentis illius promissa, omnes prophetiae, sacerdotia, sacrificia, templum, et cuncta omnino sacramenta sonuerunt.

16. Venit et Christus; complentur in ejus ortu, vita, dietis, factis, passionibus, morte, resurrectione, ascensione, omnia praeconia Prophetarum (Matth. I, 25). Mittit Spiritum sanctum, implet fideles una in domo congregatos (Act. II, 2), et hoc ipsum promissum orando atque desiderando exspectantes. Impleti autem Spiritu sanctum, loquuntur repente linguis omnium gentium, arguunt fidenter errores, praedicant saluberrimam veritatem, exhortantur ad poenitentiam praeteritae culpabilis vitae, indulgentiam de divina gratia pollicentur. Praedicationem pietatis veraeque religionis signa congruentia et miracula consequuntur. Excitatur adversus eos saeva infidelitas; tolerant praedicta, sperant promissa, docent praecepta. Numero exigui per mundum disseminantur, populos facilitate mirabili convertunt, inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usque in terrarum extrema dilatantur.

15. Estas cosas se disputan más largamente, y todos los senos de las cuestiones necesarias, escrutados y discutidos, se manifiestan: pero la fe abre el acceso al entendimiento, la infidelidad lo cierra. ¿A quién no movería a creer tan gran orden de los hechos desde el principio, y la misma conexión de los tiempos, dando fe de lo pasado por lo presente, confirmando lo anterior con lo posterior y lo antiguo con lo más reciente? Es elegido uno de la nación de los caldeos, dotado de fidelísima piedad, al cual se le manifiestan las promesas divinas que habrían de cumplirse en los últimos tiempos después de tan gran serie de siglos, y se le preanuncia que en su descendencia habrían de tener bendición todas las naciones (Gén 12, 2). Este, dando culto al único Dios verdadero, creador de la universidad, engendra un hijo siendo anciano, de la esposa a la cual la esterilidad y la edad ya habían dejado totalmente privada de esperanza de parir. Se propaga de él un pueblo numerosísimo, multiplicado en Egipto, a donde la disposición divina, que crecía con promesas y efectos, había trasladado aquella estirpe desde las partes orientales. Es sacada de la servidumbre de Egipto una nación fuerte, con signos y milagros horrendos; y expulsadas las naciones impías, conducida y establecida en la tierra de la promesa, se eleva también a reino. Luego, prevaleciendo el pecado, ofendiendo muchísimas veces con atrevimientos sacrílegos al Dios verdadero que les había conferido tan grandes beneficios, y azotada por varios desastres y consolada por las prosperidades, es conducida hasta la encarnación y declaración de Cristo. De este Cristo, Verbo de Dios, Hijo de Dios, Dios que habría de venir en la carne, que habría de morir, que habría de resurgir, que habría de ascender al cielo, que en su nombre prepotentísimo habría de tener pueblos dedicados a sí en todas las naciones; y de que en él habría de haber remisión de los pecados y salvación eterna para los creyentes, sonaron todas las promesas de aquella nación, todas las profecías, los sacerdocio, los sacrificios, el templo y absolutamente todos los sacramentos.

16. Vino también Cristo; se cumplen en su nacimiento, vida, dichos, hechos, pasiones, muerte, resurrección, ascensión, todos los pregones de los Profetas (Mt 1, 25). Envía el Espíritu Santo, llena a los fieles congregados en una sola casa (Hch 2, 2), y a ellos mismos que esperaban esto prometido orando y deseándolo. Llenos, pues, del Espíritu Santo, hablan de repente en las lenguas de todas las naciones, arguyen con confianza los errores, predican la verdad salubérrima, exhortan a la penitencia de la vida culpable pasada, prometen la indulgencia de la gracia divina. Siguen a la predicación de la piedad y de la verdadera religión signos congruentes y milagros. Se excita contra ellos una cruel infidelidad; toleran lo predicho, esperan lo prometido, enseñan lo preceptuado. Escasos en número se diseminan por el mundo, convierten a los pueblos con facilidad admirable, aumentan entre los enemigos, crecen con las persecuciones, por las angosturas de las aflicciones se dilatan hasta los extremos de las tierras.

Ex imperitissimis, ex abjectissimis, ex paucissimis illuminantur, nobilitantur, multiplicantur praeclarissima ingenia, cultissima eloquia; mirabilesque peritias acutorum, facundorum atque doctorum subjugant Christo, et ad praedicandum viam pietatis salutisque convertunt. Alternis adversitatibus et prosperitatibus rerum, patientiam et temperantiam vigilanter exercent: mundo declinante in extrema, fessisque rebus aetatem ultimam protestante, multo fidentius, quia et hoc praedictum est, aeternam civitatis coelestis felicitatem exspectant. Atque inter haec omnia, contra Ecclesiam Christi impiarum gentium infidelitas fremit: evincit illa patiendo, et inconcussam fidem inter obsistentium saevitiam profitendo. Revelatae veritatis, quae diu promissis mysticis velabatur, sacrificio succedente, illa sacrificia quibus hoc figurabatur, templi ipsius eversione tolluntur. Reproba per infidelitatem gens ipsa Judaeorum a sedibus exstirpata, per mundum usquequaque dispergitur, ut ubique portet Codices sanctos, ac sic prophetiae testimonium, qua Christus et Ecclesia praenuntiata est, ne ad tempus a nobis fictum existimaretur, ab ipsis adversariis proferatur; ubi etiam ipsos praedictum est non fuisse credituros. Templa et simulacra daemonum, ritusque sacrilegi paulatim atque alternatim secundum praedicta prophetica subvertuntur. Haereses adversus nomen Christi, sub velamento tamen nominis Christi, ad exercendam doctrinam sanctae religionis, sicut praenuntiatae sunt, pullulant. Haec omnia sicut leguntur praedicta, ita cernuntur impleta, atque ex his jam tot et tantis quae restant, exspectantur implenda. Quae tandem mens avida aeternitatis, vitaeque praesentis brevitate permota, contra hujus divinae auctoritatis lumen culmenque contendat?

CAPUT V.

17. Quae disputationes, quae litterae quorumlibet philosophorum, quae leges quarumlibet civitatum, duobus praeceptis, ex quibus Christus dicit totam Legem Prophetasque pendere, ullo modo sint comparandae: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua; et, diliges proximum tuum tanquam teipsum? (Matth. XXII, 37, 39.) Hic physica, quoniam omnes omnium naturarum causae in Deo creatore sunt. Hic ethica, quoniam vita bona et honesta non aliunde formatur, quam cum ea quae diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus et proximus.

Desde los más inexpertos, desde los más abyectos, desde los poquísimos, se iluminan, se ennoblecen, se multiplican preclarísimos ingenios, cultísimas elocuencias; y subyugan a Cristo las admirables pericias de los agudos, de los facundos y de los doctos, y los convierten a predicar el camino de la piedad y de la salvación. En alternas adversidades y prosperidades de las cosas, ejercitan vigilantemente la paciencia y la templanza: declinando el mundo hacia los extremos, y con las cosas cansadas protestando la última edad, esperan con mucha más confianza, porque también esto fue predicho, la eterna felicidad de la ciudad celestial. Y entre todas estas cosas, la infidelidad de las naciones impías ruge contra la Iglesia de Cristo: ella vence padeciendo y profesando una fe inconmovible entre la saña de los que se oponen. Sucediendo el sacrificio de la verdad revelada, que por largo tiempo estuvo velada por promesas místicas, aquellos sacrificios con los que esto se figuraba son quitados por la subversión del templo mismo. La misma nación de los judíos, réproba por la infidelidad, extirpada de sus sedes, es dispersada por todo el mundo para que lleve por doquier los Códices santos, y así el testimonio de la profecía, por el cual fueron preanunciados Cristo y la Iglesia, no se pensara haber sido fingido por nosotros para el tiempo, sea proferido por los mismos adversarios; donde también se predijo que ellos mismos no habrían de creer. Los templos y los simulacros de los demonios, y los ritos sacrílegos, son subvertidos poco a poco y alternativamente según las predicciones proféticas. Las herejías contra el nombre de Cristo, aunque bajo el velo del nombre de Cristo, brotan para ejercitar la doctrina de la santa religión, tal como fueron preanunciadas. Todas estas cosas, tal como se leen predichas, así se ven cumplidas, y por estas tantas y tan grandes cosas que restan, se espera que se cumplan. ¿Qué mente, en fin, ávida de eternidad, y conmovida por la brevedad de la presente vida, contendería contra la luz y la cumbre de esta divina autoridad?

CAPÍTULO V.

17. Qué disputas, qué letras de cualesquiera filósofos, qué leyes de cualesquiera ciudades, pueden de algún modo compararse con los dos preceptos de los cuales dice Cristo que penden toda la Ley y los Profetas: Amarás al Señor tu Dios con todo tu corazón, y con toda tu alma, y con toda tu mente; y amarás a tu prójimo como a ti mismo (Mt 22, 37. 39). Aquí está la física, puesto que todas las causas de todas las naturalezas están en Dios creador. Aquí está la ética, puesto que la vida buena y honesta no se forma de otra parte que de amar aquellas cosas que han de ser amadas, como han de ser amadas, esto es, a Dios y al prójimo.

Hic logica, quoniam veritas lumenque animae rationalis, nonnisi Deus est. Hic etiam laudabilis reipublicae salus: neque enim conditur et custoditur optime civitas, nisi fundamento et vinculo fidei, firmaeque concordiae, cum bonum commune diligitur, quod summum ac verissimum Deus est, atque in illo invicem sincerissime se diligunt homines, cum propter illum se diligunt, cui, quo animo diligant, occultare non possunt.

18. Modus autem ipse dicendi, quo sancta Scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamvis paucissimis penetrabilis! Ea quae aperta continet, quasi amicus familiaris, sine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum: ea vero quae in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere meus tardiuscula et inerudita, quasi pauper ad divitem; sed invitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta paseat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodam modo renovantur, renovata suaviter intimantur. His salubriter et prava corriguntur, et parva nutriuntur, et magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinae inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit aegrotando medicinam.

19. Vides quam prolixam epistolam fecerim. Si quid ergo te movet, atque inter nos pertractari tanti habes, non tibi faciat angustias usitatarum epistolarum velut custodiendus modus; quia et optime nosti quam grandes eas veteres habuerint, cum aliquid agerent quod explicare breviter non valerent. Et si auctorum ad alias litteras pertinentium mos esset alius, nostrorum nobis in hac re dignius imitanda praeberetur auctoritas. Inspice itaque modum Epistolarum apostolicarum, vel eorum etiam qui illa divina eloquia tractaverunt; et non pigeat te vel multa quaerendo proponere, si multa te permovent, vel aliquando diutius versare quod quaeris, ut quantum fieri per tales quales sumus potest, non remaneat dubitationis nubilum quod obstet lumini veritatis.

20. Scio enim Excellentiam tuam, quorumdam perpeti obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant, vel putari volunt christianam doctrinam utilitati non convenire reipublicae, quia nolunt stare rempublicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum. Non autem sicut regi homini, vel cuilibet principi civitatis, ita etiam Deo quidquid a multis peccatur inultum est.

Aquí está la lógica, puesto que la verdad y la luz del alma racional no es sino Dios. Aquí está también la laudable salvación de la república: pues no se funda ni se custodia mejor una ciudad sino por el fundamento y vínculo de la fe y de una firme concordia, cuando se ama el bien común, que es el sumo y veracísimo Dios, y en él se aman los hombres entre sí sincerísimamente, cuando se aman por causa de aquel a quien no pueden ocultar con qué ánimo aman.

18. Pero el modo mismo de decir con que está tejida la sagrada Escritura, ¡cuán accesible a todos, aunque penetrable por muy pocos! Las cosas que contiene manifiestas, como un amigo familiar, las habla sin engaño al corazón de los indoctos y de los doctos; pero las que oculta en misterios, ni siquiera las eleva con elocuencia soberbia, a donde no se atreva a acercarse una mente algo lerda e inculta, como un pobre a un rico; sino que invita a todos con sermón humilde, a los cuales no solo alimente con la verdad manifiesta, sino que también los ejercite con la verdad secreta, teniendo lo mismo en las cosas prontas que en las recónditas. Pero para que las cosas manifiestas no causaran hastío, se desean las mismas cosas ocultas; deseadas, en cierto modo se renuevan; renovadas, se sugieren suavemente. Con estas cosas se corrigen saludablemente las depravadas, se nutren las pequeñas y se deleitan los grandes ingenios. Aquel ánimo es enemigo de esta doctrina, el cual o por error no sabe que es salubérrima, o por enfermedad odia la medicina.

19. Ves cuán prolífica epístola he hecho. Si, pues, algo te mueve y tienes en tanto que sea tratado entre nosotros, no te causen angostura el modo de las epístolas usuales como si hubiera de ser guardado; porque también conoces muy bien cuán grandes las tuvieron los antiguos cuando trataban algo que no podían explicar brevemente. Y si la costumbre de los autores pertenecientes a otras letras fuera otra, se nos ofrecería la autoridad de los nuestros para ser imitada más dignamente en este asunto. Inspecciona, pues, el modo de las epístolas apostólicas, o también de aquellos que trataron aquellas divinas elocuencias; y no te pese proponer incluso muchas cosas preguntando, si muchas cosas te mueven, o a veces tratar más largamente lo que preguntas, para que en cuanto puede hacerse por tales como somos nosotros, no quede nube de duda que se oponga a la luz de la verdad.

20. Pues sé que tu Excelencia padece las obstinadísimas contradicciones de algunos, los cuales por esto piensan, o quieren que se piense, que la doctrina cristiana no conviene a la utilidad de la república, porque no quieren que la república se mantenga por la firmeza de las virtudes, sino por la impunidad de los vicios. Pero no como para un rey hombre, o para cualquier príncipe de una ciudad, así también para Dios queda impune lo que muchos pecan.

Misericordia vero ejus et gratia praedicata hominibus per hominem Christum, impartita autem per Deum Deique filium eumdem ipsum Christum, non deserit eos qui ex ejus fide vivunt, eumque pie colunt, sive mala hujus vitae patienter fortiterque experiantur, sive bonis ejus misericorditer ac temperanter utantur; aeternum pro utroque praemium recepturi in civitate superna atque divina, ubi jam non sit moleste toleranda calamitas, nec laboriose frenanda cupiditas, sed sola sine ulla difficultate, et cum perfecta libertate retinenda Dei et proximi charitas. Incolumem felicioremque te misericordissima Dei omnipotentia tueatur, domine illustris et merito insignis, ac praestantissime fili. Sanctam et in Christo dignissime honorandam matrem, cujus pro te Deus preces exaudiat, pro meritis vestris officiosissime saluto. Sanctus frater et coepiscopus meus Possidius Praestantiam vestram multum salutat.

EPISTOLA CXXXVIII. Augustinus ad Marcellinum, respondens epistolae 136, qua nimirum ille petierat ut satisfaceret Volusiano, et significarat quosdam reprehendere quod Deus veterem Legem abrogasset, necnon asserere doctrinam evangelicam esse perniciosam reipublicae; ac demum non deesse qui Apollonii Apuleiique magica ludibria miraculis Christi praeferrent.

Domino eximio et merito insigni, charissimo ac desiderantissimo filio MARCELLINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

CAP. PRIMUM.

1. Illustri viro et eloquentissimo, nobisque dilectissimo Volusiano, non amplius quam ad illud quod inquirendum putavit, respondendum fuit: ad ea vero quae mihi pertractanda atque solvenda in epistola tua ipse misisti, sive ab illo, sive etiam ab aliis vel suggerantur vel ingerantur, ad te potius pro viribus nostris pertractata et soluta mitti debuerunt; non sic quemadmodum de his agendum est librorum negotio, sed quemadmodum potest epistolari sat esse colloquio, ut si tibi visum fuerit, qui eorum motus quotidianis disputationibus experiris, et illis legantur hae litterae. At si auriculis eorum minus pietate fidei praecultis, sermo iste non sufficit, prius inter nos quod eis putas sufficere peragatur, tum demum ad illos quod peractum fuerit perferatur. Multa enim sunt, a quibus sensus eorum si adhuc abhorret et resilit, vel uberiore vel subtiliore ratione, vel certe auctoritate cui resistere indignum putent, persuaderi aliquando forsitan possint.

Pero su misericordia y gracia, predicada a los hombres por el hombre Cristo, e impartida por Dios e Hijo de Dios el mismo Cristo, no abandona a los que viven de su fe y le dan culto piadosamente, ya sea que experimenten los males de esta vida paciente y fuertemente, ya sea que usen sus bienes misericordiosa y templadamente; los cuales han de recibir por ambas cosas el premio eterno en la ciudad suprema y divina, donde ya no haya de tolerarse molestamente la calamidad, ni de frenarse laboriosamente la concupiscencia, sino que haya de retenerse sola, sin ninguna dificultad y con perfecta libertad, la caridad de Dios y del prójimo. Que la misericordiosísima omnipotencia de Dios te guarde incólume y más feliz, señor ilustre y por mérito insigne, y excelentísimo hijo. Saludo oficiosísimamente, según vuestros méritos, a la santa madre, dignísimamente honorable en Cristo, cuyas preces por ti escuche Dios. El santo hermano y coobispo mío Posidio saluda mucho a vuestra Excelencia.

CARTA CXXXVIII. Agustín a Marcelino, respondiendo a la carta 136, con la cual ciertamente él había pedido que satisficiera a Volusiano, y había significado que algunos reprochaban que Dios hubiera abrogado la antigua Ley, y también aseveraban que la doctrina evangélica es perniciosa para la república; y finalmente que no faltan quienes prefieren los juegos mágicos de Apolonio y Apuleyo a los milagros de Cristo.

Al señor eximio y por mérito insigne, carísimo y deseadísimo hijo MARCELINO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

CAP. PRIMERO.

1. Al ilustre y elocuentísimo varón, y para nosotros dilectísimo Volusiano, no hubo que responderle más que a aquello que él pensó que debía consultarse: pero a aquellas cosas que tú mismo me enviaste en tu carta para ser tratadas y resueltas, ya sea que sean sugeridas o ingeridas por él o también por otros, debieron enviársete a ti más bien tratadas y resueltas según nuestras fuerzas; no de la manera en que debe tratarse esto en el negocio de los libros, sino como puede bastar para un coloquio epistolar, para que si te pareciere bien a ti, que experimentas sus movimientos en las disputas cotidianas, se les lean también a ellos estas letras. Pero si para los oídos de ellos, menos cultivados por la piedad de la fe, este sermón no basta, tratese primero entre nosotros lo que pienses que les basta a ellos, y solo entonces llévese a ellos lo que se haya tratado. Pues hay muchas cosas de las que si el sentido de ellos todavía aborrece y retrocede, tal vez algún día puedan ser persuadidos por una razón más abundante o más sutil, o ciertamente por una autoridad a la cual piensen que es indigno resistir.

2. Ergo in epistola tua posuisti, moveri quosdam, cur hic Deus, qui et veteris Testamenti Deus esse firmatur, spretis veteribus sacrificiis, delectatus sit novis. Nihil enim corrigi posse asserunt, nisi quod ante non recte factum probaretur; vel quod semel recte factum sit, nullatenus immutari debuisse. Recte enim facta dicunt mutari nisi injuste non posse. Haec verba ex litteris tuis in has meas transtuli. Quibus si respondere copiose velim, tempus me citius quam exempla defecerint, quibus rerum ipsa natura et opera humana, certa ratione, pro temporum opportunitate mutentur, nec tamen eadem ratio sit mutabilis qua ista mutantur. Unde pauca commemorem, ut ex his excitata quodammodo jam per plura similia vigil currat intentio. Nonne hiemi aestas, addito sensim calore, succedit? nonne diurnis tempora necturna vertuntur? Quoties nostrae variantur aetates! adolescentiae pueritia non reditura cedit; juventus adolescentiae non mansura succedit; finiens juventutem senectus morte finitur. Haec omnia mutantur, nec mutatur divinae providentiae ratio, qua fit ut ista mutentur. Non autem, opinor, cum agricola aestate aliud jusserit, quam jusserat hieme, ratio mutatur agriculturae. Et cum mane surgit qui nocte quiescebat, vitae consilium non mutavit. Aliud magister adolescenti quam puero solebat, imposuit. Doctrina igitur constans, mutato praecepto non mutata mutavit instructionem.

3. Nam magnus ille nostrorum temporum medicus Vindicianus, consultus a quodam, dolori ejus adhiberi jussit quod in tempore congruere videbatur; adhibitum sanitas consecuta est. Deinde post annos aliquot eadem rursus corporis causa commota, hoc idem ille putavit adhibendum; adhibitum vertit in pejus. Miratus recurrit ad medicum, indicat factum: at ille ut erat acerrimus, ita respondit, Ideo male acceptus es, quia ego non jussi; ut omnes qui audissent, parumque hominem nossent non eum arte medicinali fidere, sed nescio qua illicita potentia putarent. Unde cum esset a quibusdam postea stupentibus interrogatus, aperuit quod non intellexerant, videlicet illi aetati jam non hoc se fuisse jussurum. Tantum igitur valet ratione atque artibus non mutatis, quid secundum eas sit pro temporum varietate mutandum.

2. Así pues, en tu carta pusiste que algunos se mueven por qué este Dios, que también se afirma ser el Dios del antiguo Testamento, despreciados los antiguos sacrificios, se deleitó con los nuevos. Pues aseveran que nada puede corregirse sino lo que antes se probara no haber sido hecho rectamente; o que lo que una vez se hizo rectamente, de ningún modo debió haberse cambiado. Pues dicen que los hechos rectos no pueden cambiarse sino injustamente. Estas palabras las trasladé de tus letras a estas mías. A las cuales si quisiera responder copiosamente, me faltaría el tiempo más pronto que los ejemplos por los cuales la misma naturaleza de las cosas y las obras humanas, por una razón cierta, se cambian según la oportunidad de los tiempos, y sin embargo no sea mudable la misma razón por la cual estas cosas se cambian. De donde conmemoraré unas pocas cosas, para que, excitada de algún modo por estas la intención vigilante, corra ya por otras muchas similares. ¿Acaso no sucede el estío al invierno, añadido gradualmente el calor? ¿acaso no se vuelven nocturnos los tiempos diurnos? ¡Cuántas veces varían nuestras edades! La infancia cede a la adolescencia para no volver; la juventud sucede a la adolescencia para no permanecer; la vejez, que termina la juventud, termina con la muerte. Todas estas cosas se cambian, y no se cambia la razón de la divina providencia, por la cual sucede que estas cosas se cambien. No creo, por cierto, que cuando el agricultor mandó una cosa en verano diferente de la que había mandado en invierno, se cambie la razón de la agricultura. Y cuando se levanta por la mañana el que descansaba por la noche, no cambió el consejo de su vida. Otra cosa impuso el maestro al adolescente de la que solía al niño. Por tanto, una doctrina constante, cambiado el precepto, no cambiada la instrucción, ha cambiado la instrucción.

3. Pues aquel gran médico de nuestros tiempos, Vindiciano, consultado por alguien, mandó que se aplicara a su dolor lo que en el tiempo parecía congruente; aplicada la cosa, se siguió la sanidad. Luego, después de algunos años, movida de nuevo la misma causa del cuerpo, aquel pensó que debía aplicarse lo mismo; lo aplicado se volvió a peor. Admirado, recurre al médico, le indica el hecho: pero aquel, como era acérrimo, respondió así: «Por eso fuiste mal recibido, porque yo no lo mandé»; de modo que todos los que lo oyeron y conocían poco al hombre, pensaran que no fiaba en el arte medicinal, sino en no sé qué potencia ilícita. De donde, habiendo sido interrogado después por algunos que estaban estupefactos, abrió lo que no habían entendido, a saber: que para aquella edad ya no habría mandado él eso. ¡Tanto vale, por tanto, no cambiadas la razón y las artes, lo que según ellas ha de cambiarse por la variedad de los tiempos!

4. Non itaque verum est quod dicitur, semel recte factum, nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari vera ratio plerumque flagitat, ut cum ipsi dicant, recte non fieri si mutetur, contra veritas clamet, recte non fieri nisi mutetur; quia utrumque tunc erit rectum, si erit pro temporum varietate diversum. Quod enim in diversitate personarum uno tempore accidere potest, ut huic liceat aliquid impune facere, non liceat illi; non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit: ita ab una eademque persona diversis temporibus, tunc oportet aliquid fieri, tunc non oportet; non quod sui dissimilis sit qui facit, sed quando facit.

5. Haec quaestio quam late pateat, profecto videt quisquis pulchri aptique distantiam sparsam quodammodo in universitate rerum valet, neque negligit intueri. Pulchrum enim per seipsum consideratur atque laudatur, cui turpe ac deforme contrarium est. Aptum vero, cui ex adverso est ineptum, quasi religatum pendet aliunde, nec ex semetipso, sed ex eo cui connectitur, judicatur: nimirum etiam decens atque indecens, vel hoc idem est, vel perinde habetur. Age nunc, ea quae diximus, refer ad illud unde agitur. Aptum fuit primis temporibus sacrificium quod praeceperat Deus, nunc vero non ita est. Aliud enim praecepit quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quam homo novit quid cuique tempori accommodate adhibeatur; quid quando impertiat, addat, auferat, detrahat, augeat, minuatve, immutabilis mutabilium, sicut creator, ita moderator, donec universi saeculi pulchritudo, cujus particulae sunt quae suis quibusque temporibus apta sunt, velut magnum carmen cujusdam ineffabilis modulatoris excurrat, atque inde transeant in aeternam contemplationem speciei qui Deum rite colunt, etiam cum tempus est fidei.

6. Falluntur autem qui existimant haec Deum jubere causa suae utilitatis vel voluptatis: et merito moventur cur Deus ista mutaverit, quasi delectatione mutabili aliud sibi jubens offerri illo prius tempore, aliud isto. Non autem ita est. Nihil Deus jubet quod sibi prosit, sed illi cui jubet. Ideo verus est Dominus, qui servo non indiget, et quo servus indiget. In ea quippe Scriptura quae vetus dicitur Testamentum, et eo tempore quo adhuc illa offerebantur sacrificia quae hoc tempore non offeruntur, dictum est: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges (Psal. XV, 2).

4. No es, pues, verdad lo que se dice: que lo que una vez se hizo rectamente de ningún modo ha de cambiarse. Pues, cambiada la causa del tiempo, la verdadera razón exige la mayoría de las veces que lo que antes se había hecho rectamente se cambie de tal modo que, mientras ellos dicen que no se hace rectamente si se cambia, la verdad clame por el contrario que no se hace rectamente si no se cambia; porque ambas cosas serán entonces rectas si son diversas según la variedad de los tiempos. Pues lo que en la diversidad de las personas puede suceder en un mismo tiempo, que a este le sea lícito hacer algo impunemente y a aquel no le sea lícito; no porque la cosa sea disímil, sino porque lo es quien la hace: así por una sola y misma persona en diversos tiempos, entonces conviene que se haga algo y luego no conviene; no porque sea disímil a sí mismo el que lo hace, sino cuándo lo hace.

5. Cuán ampliamente se extienda esta cuestión, lo ve ciertamente cualquiera que sea capaz de intuir la distancia entre lo bello y lo apto, esparcida de algún modo en la universidad de las cosas, y no descuide mirarla. Pues lo bello se considera y se alaba por sí mismo, a lo cual lo torpe y deforme es contrario. Pero lo apto, a lo cual se opone lo inepto, pende como ligado de otra parte, y no se juzga por sí mismo, sino por aquello a lo que se conecta: sin duda también lo decente y lo indecente, o bien es esto mismo, o se tiene por tal. Vamos ahora, refiere lo que hemos dicho a aquello de lo que se trata. Fue apto para los primeros tiempos el sacrificio que Dios había mandado, pero ahora no es así. Pues mandó otra cosa que fuera apta para este tiempo aquel que, mucho más que el hombre, sabe qué se ha de aplicar acomodadamente a cada tiempo; qué ha de impartir, añadir, quitar, detraer, aumentar o disminuir en cada momento, él, el inconmutable de las cosas mudables, tanto creador como moderador, hasta que la belleza de todo el siglo, de la cual son partículas las cosas que son aptas para cada uno de sus tiempos, transcurra como un gran canto de un inefable modulador, y de ahí pasen a la eterna contemplación de la belleza los que dan culto a Dios debidamente, incluso cuando es el tiempo de la fe.

6. Pero se engañan los que estiman que Dios manda estas cosas por causa de su propia utilidad o placer: y con razón se mueven por qué Dios cambió estas cosas, como si por un deleite mudable mandara que se le ofreciera una cosa en aquel tiempo anterior y otra en este. Pero no es así. Nada manda Dios que le aproveche a él, sino a aquel a quien se lo manda. Por eso es el verdadero Señor, que no necesita del siervo, y de quien el siervo necesita. Pues en aquella Escritura que se llama antiguo Testamento, y en aquel tiempo en que todavía se ofrecían aquellos sacrificios que en este tiempo no se ofrecen, se dijo: «Dije al Señor: Tú eres mi Dios, porque no necesitas de mis bienes» (Sal 15, 2).

Nec illorum ergo sacrificiorum egebat Deus, nec cujusquam eget unquam, sed rerum divinitus impartitarum, vel imbuendo virtutibus animo, vel aeternae saluti adipiscendae, quaedam signa sunt, quorum celebratione atque functione, non Deo, sed nobis utilia pietatis officia exercentur.

7. Nimis autem longum est, convenienter disputare de varietate signorum, quae cum ad res divinas pertinent, Sacramenta appellantur. Sicut autem non ideo mutabilis homo, quia mane aliud, aliud vespere; illud hoc mense, illud alio; non hoc isto anno quod illo: ita non ideo mutabilis Deus, quia universi saeculi priore volumine aliud, aliud posteriore sibi jussit offerri, quo convenienter significationes ad doctrinam religionis saluberrimam pertinentes, per mutabilia tempora sine ulla sui mutatione disponeret. Nam ut noverint, quos haec movent, jam hoc fuisse in ratione divina, nec cum ista nova constituerentur, subito priora displicuisse velut mutabili voluntate, sed hoc jam fixum et statutum fuisse in ipsa sapientia Dei, cui de majoribus etiam rerum mutationibus eadem Scriptura dicit; Mutabis ea, et mutabuntur: tu autem idem ipse es (Psal. CI, 27, 28); insinuandum est eis, mutationem istam sacramentorum Testamenti veteris et novi etiam praedictam fuisse propheticis vocibus. Ita enim videbunt, si poterunt, id quod in tempore novum est, non esse novum apud eum qui condidit tempora, et sine tempore habet omnia quae suis quibusque temporibus pro eorum varietate distribuit. Nam et in illo psalmo, unde commemoravi aliquid, quo demonstrarem non egere Deum sacrificiis nostris, cui dicitur: Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges; paulo post legitur ex persona Christi, Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum victimis, quibus prius congregabantur conventicula Judaeorum: et alibi dicit, Non accipiam de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos (Psal. XLIX, 9): et alius propheta, Ecce, inquit, dies venient, dicit Dominus, et confirmabo super domum Jacob testamentum novum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Aegypti (Jer. XXXI, 31, 32). Et alia multa sunt de hac re testimonia, quibus hoc Deum facturum esse praedictum est, quae commemorare nunc longum est.

Por tanto, ni Dios necesitaba de aquellos sacrificios, ni necesita nunca de los de nadie, sino que de las cosas impartidas divinamente, ya sea para imbuir el ánimo de virtudes, ya sea para alcanzar la salvación eterna, son ciertos signos en cuya celebración y función se ejercitan oficios de piedad útiles no para Dios, sino para nosotros.

7. Pero es demasiado largo disputar convenientemente sobre la variedad de los signos que, cuando pertenecen a las cosas divinas, se llaman Sacramentos. Así como no por eso es mudable el hombre porque por la mañana hace una cosa y por la tarde otra; esto en este mes y aquello en otro; no lo mismo en este año que en aquel: así no por eso es mudable Dios porque en el primer volumen de todo el siglo mandó que se le ofreciera una cosa y en el posterior otra, por lo cual dispusiera convenientemente las significaciones pertenecientes a la doctrina salubérrima de la religión a través de los tiempos mudables sin ninguna mutación suya. Pues para que sepan aquellos a quienes mueven estas cosas que esto ya estaba en la razón divina, y que cuando se constituían estas cosas nuevas no es que de repente le disgustaran las anteriores como por una voluntad mudable, sino que esto ya estaba fijo y estatuido en la misma sabiduría de Dios, de quien acerca de incluso mayores mutaciones de las cosas dice la misma Escritura: «Los cambiarás, y se cambiarán: pero tú eres el mismo» (Sal 101, 27. 28); ha de sugerírseles que esta mutación de los sacramentos del antiguo y del nuevo Testamento fue incluso predicha por voces proféticas. Pues así verán, si pueden, que aquello que es nuevo en el tiempo no es nuevo para aquel que fundó los tiempos, y tiene sin tiempo todas las cosas que distribuyó para cada uno de sus tiempos según la variedad de ellos. Pues también en aquel salmo de donde conmemoré algo con lo que demostrara que Dios no necesita de nuestros sacrificios, al cual se dice: «Dije al Señor: Tú eres mi Dios, porque no necesitas de mis bienes», poco después se lee desde la persona de Cristo: «No congregaré sus conventículos de sangres», esto es, de las víctimas de ganados con las que antes se congregaban los conventículos de los judíos; y en otra parte dice: «No recibiré de tu mano becerros, ni de tus rebaños machos cabríos» (Sal 49, 9); y otro profeta dice: «He aquí que vendrán días, dice el Señor, y confirmaré sobre la casa de Jacob un testamento nuevo, no como el testamento que dispuse para sus padres cuando los saqué de la tierra de Egipto» (Jer 31, 31. 32). Y hay otros muchos testimonios sobre este asunto por los cuales se predijo que Dios haría esto, los cuales es largo conmemorar ahora.

8. Hic jam si satis constitit, quod recte alio tempore constitutum est, idem recte alio tempore posse mutari, mutantis opere, non dispositione mutata, quam dispositionem intelligibilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt quae in temporibus simul fieri non possunt, quia tempora non simul currunt; quispiam fortassis exspectet causas a nobis ipsius mutationis accipere, quod ipse nosti quam prolixi sit negotii. Verumtamen breviter dici potest, quod homini acuto fortasse suffecerit, aliis sacramentis praenuntiari Christum cum venturus esset, aliis cum venisset annuntiari oportuisse; sicut modo nos idipsum loquentes, diversitas rerum compulit etiam verba mutare. Siquidem aliud est praenuntiari, aliud annuntiari; aliud cum venturus esset, aliud cum venisset.

CAPUT II.

9. Nunc deinde videamus quale sit illud quod in epistola tua sequitur. Adjecisti enim eos dicere quod Christi praedicatio atque doctrina reipublicae moribus nulla ex parte conveniat, cujus hoc constet esse praeceptum, ut nulli malum pro malo reddere debeamus (Rom. XII, 17), et percutienti aliam praebere maxillam, et pallium dare ei qui tunicam auferre perstiterit, et cum eo qui nos angariare voluerit, ire debere spatio itineris duplicato (Matth. V, 39-41). Quae omnia reipublicae moribus asseruntur esse contraria: Nam quis, inquiunt, tolli sibi ab hoste aliquid patiatur, vel Romanae provinciae depraedatoribus non mala velit belli jure reponere? Haec atque hujusmodi verba obtrectantium, sive non obtrectando, sed quaerendo talia loquentium, operosius fortasse refellerem, nisi hae disceptationes haberentur cum viris liberaliter institutis. Unde quid opus est ut diutius laboremus, ac non ipsos potius percontemur quomodo poterant gubernare atque augere rempublicam, quam ex parva et inopi magnam opulentamque fecerunt, qui accepta injuria ignoscere quam persequi malebant (Sallustius, Bell. Catil.)? quomodo Caesari administratori utique reipublicae, mores ejus extollens Cicero dicebat, quod nihil oblivisci soleret nisi injurias (Orat. pro Q. Ligario.)? Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator: sed si laudator, talem Caesarem noverat; si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem civitatis, qualem illum fallaciter praedicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo, nisi abhorrere ab ulciscendi libidine? quod est accepta injuria ignoscere malle quam persequi, et nihil nisi injurias oblivisci.

8. Aquí ya, si quedó suficientemente establecido que lo que rectamente se constituyó en un tiempo, lo mismo rectamente puede cambiarse en otro tiempo, por la obra del que cambia, no por haber cambiado la disposición, disposición que contiene la razón inteligible, donde están juntas sin tiempo aquellas cosas que en los tiempos no pueden hacerse juntas porque los tiempos no corren juntos; alguien tal vez espere recibir de nosotros las causas de la mutación misma, lo cual tú mismo sabes de cuán prolífico negocio es. No obstante, puede decirse brevemente lo que tal vez baste para un hombre agudo: que convino que Cristo fuera preanunciado con unos sacramentos cuando habría de venir, y anunciado con otros cuando hubiera venido; así como ahora nosotros, hablando de esto mismo, la diversidad de las cosas nos obligó incluso a cambiar las palabras. Puesto que una cosa es ser preanunciado y otra ser anunciado; una cosa cuando habría de venir y otra cuando hubiera venido.

CAPÍTULO II.

Ahora veamos seguidamente qué es aquello que sigue en tu carta. Pues añadiste que ellos dicen que la predicación y doctrina de Cristo en nada conviene a las costumbres de la república, de la cual conste ser este el precepto: que a nadie debemos devolver mal por mal (Rom 12, 17), y presentar la otra mejilla al que nos golpea, y dar la capa al que persistiere en quitarnos la túnica, y con el que quisiere obligarnos a ir con él, deberíamos ir un espacio de camino duplicado (Mt 5, 39-41). Cosas todas las cuales se aseveran ser contrarias a las costumbres de la república: «Pues ¿quién —dicen ellos— permitiría que un enemigo le quitara algo, o no querría devolver males por el derecho de la guerra a los depredadores de la provincia romana?». Estas y otras semejantes palabras de los que critican, o de los que dicen tales cosas no por criticar sino por preguntar, tal vez las refutaría más laboriosamente si estas disputas no se tuvieran con varones liberalmente instruidos. Por lo cual, ¿qué necesidad hay de que trabajemos más tiempo y no más bien les preguntemos a ellos mismos cómo podían gobernar y aumentar la república, a la cual de pequeña y pobre hicieron grande y opulenta, aquellos que habiendo recibido una injuria preferían perdonar que perseguir (Salustio, Bell. Catil.)? ¿Cómo a César, administrador ciertamente de la república, ensalzando sus costumbres decía Cicerón que nada solía olvidar sino las injurias (Orat. pro Q. Ligario)? Pues decía esto tan gran laudador, o tan gran adulador: pero si laudador, conocía a tal César; si en cambio adulador, mostraba que tal debía ser el príncipe de la ciudad cual él falazmente lo predicaba. ¿Qué es, pues, no devolver mal por mal, sino aborrecer la libido de vengarse? Lo cual es preferir perdonar que perseguir habiendo recibido una injuria, y no olvidar nada sino las injurias.

10. Haec cum in eorum leguntur auctoribus, exclamatur et plauditur; describi atque praedicari mores videntur, quibus dignum esset exsurgere civitatem quae tot gentibus imperaret, quod accepta injuria ignoscere quam persequi malebant. Cum vero legitur praecipiente auctoritate divina, non reddendum malum pro malo; cum haec tam salubris admonitio congregationibus populorum, tanquam publicis utriusque sexus atque omnium aetatum et dignitatum scholis, de superiore loco personat, accusatur religio tanquam inimica reipublicae! Quae si, ut dignum est, audiretur, longe melius Romulo, Numa, Bruto, caeterisque illis Romanae gentis praeclaris viris, constitueret, consecraret, firmaret, augeretque rempublicam. Quid enim est respublica, nisi res populi? Res ergo communis, res utique civitatis. Quid est autem civitas, nisi multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiae? Apud eos enim ita legitur: Brevi multitudo dispersa atque vaga, concordia civitas facta erat. Quae porro praecepta concordiae in suis templis unquam illi legenda censuerunt? Quandoquidem miseri quaerere cogebantur, quoniam modo sine offensione cujusquam eorum discordes inter se deos suos colere possent: quos si imitari discordando vellent, rupto concordiae vinculo civitas laberetur; quod postea paulatim decoloratis corruptisque moribus agi coepit per bella civilia.

11. Quanta vero praecepta concordiae non humanis disputationibus exquisita, sed divina auctoritate conscripta in Christi ecclesiis lectitentur, quis vel ab illa religione alienus, ita surdus est ut ignoret? Ad hoc enim et illa pertinent, quae malunt exagitare quam discere, alteram percutienti praebendam esse maxillam, volenti auferre tunicam dandum etiam pallium, cum angariante duplicandam viam. Hoc quippe fit ut vincatur bono malus, imo in homine malo vincatur bono malum, et homo liberetur a malo, non exteriore et alieno, sed intimo ac suo, quo gravius et perniciosius quam cujusvis hostis extrinsecus immanitate vastatur. Qui ergo vincit bono malum, patienter amittit temporalia commoda, ut doceat quam pro fide atque justitia contemnenda sint, quae ille nimis amando fit malus; ac sic injuriosus ab eo ipso cui fecit injuriam, discat qualia sint propter quae fecit injuriam, atque in concordiam, qua nihil est utilius civitati, poenitens acquiratur, victus non saevientis viribus, sed benevolentia patientis. Tunc enim recte fit, cum videtur ei profuturum esse propter quem fit, ad operandam in eo correctionem atque concordiam.

Cuando estas cosas se leen en sus autores, se exclama y se aplaude; parecen describirse y predicarse las costumbres por las cuales sería digno que surgiera una ciudad que mandara a tantas naciones, porque habiendo recibido una injuria preferían perdonar que perseguir. ¡En cambio, cuando se lee mandándolo la autoridad divina que no se debe devolver mal por mal; cuando esta amonestación tan salubre suena desde un lugar superior a las congregaciones de los pueblos, como a escuelas públicas de ambos sexos y de todas las edades y dignidades, se acusa a la religión como si fuera enemiga de la república! La cual si, como es digno, fuera escuchada, constituiría, consagraría, afirmaría y aumentaría la república mucho mejor que Rómulo, Numa, Bruto y aquellos otros varones preclaros de la nación romana. Pues ¿qué es la república sino la cosa del pueblo? Una cosa común, pues, una cosa ciertamente de la ciudad. Pero ¿qué es la ciudad sino una multitud de hombres reducida a un cierto vínculo de concordia? Entre ellos, por cierto, se lee así: «En breve una multitud dispersa y vaga, por la concordia se había hecho ciudad». ¿Qué preceptos de concordia, por lo demás, juzgaron ellos que debían leerse alguna vez en sus templos? Puesto que los miserables se veían obligados a buscar de qué modo, sin ofensa de ninguno de ellos, podrían dar culto a sus dioses discordes entre sí: a los cuales si quisieran imitar discordando, roto el vínculo de la concordia la ciudad caería; lo cual empezó a suceder después poco a poco, descoloridas y corrompidas las costumbres, a través de las guerras civiles.

11. ¿Cuán grandes preceptos de concordia, no buscados por disputas humanas, sino escritos por autoridad divina, se leen en las iglesias de Cristo? ¿Quién, aun siendo ajeno a esa religión, es tan sordo que lo ignore? A esto pertenecen también aquellas cosas que prefieren agitar antes que aprender: que se debe presentar la otra mejilla al que golpea, que al que quiere quitar la túnica se le debe dar también la capa, que con el que obliga se debe duplicar el camino. Esto se hace ciertamente para que el malvado sea vencido por el bueno, o mejor dicho, para que en el hombre malvado el mal sea vencido por el bien, y el hombre sea librado del mal, no de uno exterior y ajeno, sino del íntimo y suyo, por el cual es devastado más grave y perniciosamente que por la crueldad de cualquier enemigo desde fuera. El que, pues, vence al mal con el bien, pierde pacientemente las comodidades temporales para enseñar cuánto deben ser despreciadas en favor de la fe y la justicia aquellas cosas por cuyo excesivo amor él se hace malo; y así el injurioso aprenda de aquel mismo a quien hizo la injuria qué clase de cosas son aquellas por las cuales hizo la injuria, y, arrepentido, sea ganado para la concordia, de la cual nada es más útil a la ciudad, vencido no por las fuerzas del que se enfurece, sino por la benevolencia del que padece. Pues entonces se hace rectamente cuando se ve que ha de ser provechoso para aquel por quien se hace, para obrar en él la corrección y la concordia.

Hoc certe animo faciendum est, etiamsi alius exitus consequatur, nec corrigi velit atque pacari, propter quem corrigendum atque pacandum, velut curandum et sanandum, adhibita est ista medicina.

12. Alioquin si verba attenderimus, eorumque proprietati serviendum putaverimus, non est praebenda maxilla dextera, si sinistra fuerit percussa. Quoniam, Si quis te, inquit, percusserit in maxillam dexteram, praebe illi et sinistram (Matth. V, 39): magis autem sinistra percutitur, quod ad dexteram ferientis facilior ictus est. Sed sic intelligi solet, ac si dictum esset: Si quis in te meliora fuerit persecutus, et inferiora ei praebe, ne vindictae potius quam patientiae studens contemnas aeterna pro temporalibus, cum potius temporalia pro aeternis contemnenda sint, tanquam sinistra pro dextris. Haec semper fuit sanctorum martyrum intentio: vindicta enim ultima juste poscitur, quando nullus jam restat correctionis locus, extremo scilicet summoque judicio. Nunc vero cavendum est, ne vindicandi cupiditate amittatur, ut nihil aliud dicam, ipsa patientia, quae pluris est habenda quam omne quod potest etiam invito inimicus auferre. Namque alius evangelista in eadem sententia nullam fecit dexterae mentionem, sed tantum maxillam et alteram nominavit (Luc. VI, 29), ut aliquanto distinctius intelligeretur in alio, ipse autem simpliciter eamdem patientiam commendaret. Paratus itaque debet esse homo justus et pius, patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quaerit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum.

13. Denique ista praecepta magis ad praeparationem cordis quae intus est, pertinere, quam ad opus quod in aperto fit; ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus, hinc liquido ostenditur, quod ipse Dominus Jesus exemplum singulare patientiae, cum percuteretur in faciem respondit: Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis (Joan. XVIII, 23)? Nequaquam igitur praeceptum suum, si verba intueamur, implevit. Neque enim praebuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat injuriam, augeret; et tamen paratus venerat non solum in faciem percuti, verum etiam pro his quoque a quibus haec patiebatur crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt (Luc. XXIII, 34). Nec Paulus apostolus praeceptum Domini et magistri sui videtur implesse, ubi etiam ipse percussus in faciem, dixit principi sacerdotum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Sedes judicans me secundum Legem, et contra Legem jubes me percuti!

Ciertamente esto debe hacerse con el ánimo, aunque se siga otro desenlace y no quiera corregirse ni pacificarse aquel para cuya corrección y pacificación, como para cuidar y sanar, se aplicó esa medicina.

12. De lo contrario, si atendemos a las palabras y pensamos que se debe servir a su propiedad literal, no se debe presentar la mejilla derecha si ha sido golpeada la izquierda. Puesto que dice: «Si alguien te golpeare en la mejilla derecha, preséntale también la izquierda» (Mt 5, 39); pero más bien se golpea la izquierda, porque el golpe es más fácil para la derecha del que hiere. Pero suele entenderse así, como si se dijera: «Si alguien persiguiere en ti las cosas mejores, preséntale también las inferiores», no sea que, buscando la venganza más que la paciencia, desprecies las cosas eternas por las temporales, cuando más bien las temporales deben ser despreciadas por las eternas, como las izquierdas por las derechas. Esta fue siempre la intención de los santos mártires: pues la venganza última se pide justamente cuando ya no queda ningún lugar de corrección, a saber, en el extremo y supremo juicio. Pero ahora se debe evitar que por el deseo de vengar se pierda, por no decir otra cosa, la misma paciencia, la cual debe tenerse en más que todo lo que el enemigo puede quitar aun al que no quiere. Pues otro evangelista, en la misma sentencia, no hizo mención de la derecha, sino que nombró solamente la mejilla y la otra (Lc 6, 29), para que se entendiera algo más distintamente en el otro, pero él mismo simplemente recomendara la misma paciencia. Por tanto, el hombre justo y piadoso debe estar dispuesto a soportar pacientemente la malicia de aquellos a quienes busca que se hagan buenos, para que más bien crezca el número de los buenos, no para que, con igual malicia, él también se añada al número de los malos.

13. Finalmente, que estos preceptos pertenecen más a la preparación del corazón, que es interior, que a la obra que se hace al descubierto, de modo que en el secreto del ánimo se mantenga la paciencia con la benevolencia, y en lo manifiesto se haga aquello que parece poder aprovechar a quienes debemos querer el bien, se muestra claramente por esto: que el mismo Señor Jesús, ejemplo singular de paciencia, cuando fue golpeado en el rostro, respondió: «Si he hablado mal, da testimonio del mal; pero si bien, ¿por qué me pegas?» (Jn 18, 23). De ningún modo, pues, cumplió su precepto si atendemos a las palabras. Pues no presentó al que le golpeaba la otra parte, sino que más bien prohibió que el que había hecho la injuria la aumentara; y, sin embargo, había venido preparado no solo a ser golpeado en el rostro, sino incluso a ser muerto crucificado por aquellos mismos de quienes padecía estas cosas, por quienes dijo colgado en la cruz: «Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen» (Lc 23, 34). Tampoco el apóstol Pablo parece haber cumplido el precepto de su Señor y maestro cuando, golpeado también él en el rostro, dijo al príncipe de los sacerdotes: «Dios te golpeará, pared blanqueada. ¡Te sientas a juzgarme según la Ley y contra la Ley mandas que me golpeen!»

Et cum a circumstantibus diceretur, Injuriam facis principi sacerdotum, irridenter eos admonere voluit quid dixerit, ut qui saperent, intelligerent jam destruendum esse adventu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotii Judaeorum: ait quippe, Nescivi, fratres, quia princeps est; scriptum est enim, Principi populi tui non maledices (Act. XXIII, 3-5); cum procul dubio, qui in eodem populo creverat, atque ibi Lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum nescire non posset, nec eos quibus ita notus erat, ullo modo falleret quod nesciret.

14. Sunt ergo ista praecepta patientiae semper in cordis praeparatione retinenda, ipsaque benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem multa, etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectendis, quorum potius utilitati consulendum est quam voluntati; quod in principe civitatis luculentissime illorum litterae laudaverunt. Nam in corripiendo filio quamlibet aspere, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit et doleat, qui etiam invitus videtur dolore sanandus. Ac per hoc si terrena ista respublica praecepta christiana custodiat, et ipsa bella sine benevolentia non gerentur, ut ad pietatis justitiaeque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licentia iniquitatis cripitur, utiliter vincitur; quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur. Sed perversa et aversa corda mortalium, felices res humanas putant, cum tectorum splendor attenditur, et labes non attenditur animorum; cum theatrorum moles exstruuntur, et effodiuntur fundamenta virtutum; cum gloriosa est effusionis insania, et opera misericordiae deridentur; cum ex his quae divitibus abundant, luxuriantur histriones, et necessaria vix habent pauperes; cum Deus, qui doctrinae suae publicis vocibus contra hoc malum publicum clamat, ab impiis populis blasphematur, et dii tales requiruntur, in quorum honorem ea ipsa theatrica, corporum et animorum dedecora celebrentur. Haec si Deus pollere permittat, tunc indignatur gravius; haec si impunita dimittat, tunc punit infestius. Cum vero evertit subsidium vitiorum, et copiosas libidines inopes reddit, misericorditer adversatur. Misericorditer enim, si fieri posset, etiam bella gererentur a bonis, ut licentiosis cupiditatibus domitis haec vitia perderentur, quae justo imperio vel exstirpari vel premi debuerunt.

Y cuando los que estaban allí dijeron: «¿Injurias al príncipe de los sacerdotes?», quiso amonestarlos irónicamente sobre lo que había dicho, para que los que fueran sabios entendieran que ya debía ser destruida por el advenimiento de Cristo la pared blanqueada, esto es, la hipocresía del sacerdocio de los judíos; pues dijo: «No sabía, hermanos, que es el príncipe; pues está escrito: No maldecirás al príncipe de tu pueblo» (Hch 23, 3-5); siendo así que, sin duda alguna, quien se había criado en ese mismo pueblo y allí había sido instruido en la Ley, no podía ignorar a aquel príncipe de los sacerdotes, ni podía engañar de ningún modo a quienes le conocían tanto diciendo que lo ignoraba.

14. Por lo tanto, estos preceptos de paciencia deben retenerse siempre en la preparación del corazón, y la misma benevolencia de no devolver mal por mal debe cumplirse siempre en la voluntad. Pero se deben hacer muchas cosas, incluso con una cierta benigna aspereza, para castigar a los que no quieren, a cuya utilidad se debe atender más que a su voluntad; lo cual en el príncipe de la ciudad ensalzaron sus letras muy lúcidamente. Pues al corregir a un hijo, por más aspereza que haya, nunca se pierde ciertamente el amor paterno. Sin embargo, se hace lo que él no quiera y le duela, quien parece que debe ser sanado por el dolor aun contra su voluntad. Y por esto, si esa república terrena custodiara los preceptos cristianos, incluso las mismas guerras no se harían sin benevolencia, para que se atienda más fácilmente a los vencidos para una sociedad pacificada de piedad y de justicia. Pues a quien se le arrebata la licencia de la iniquidad, es vencido provechosamente; porque nada es más infeliz que la felicidad de los pecadores, con la cual se nutre la impunidad penal y se robustece la mala voluntad como un enemigo interior. Pero los corazones perversos y desviados de los mortales piensan que las cosas humanas son felices cuando se atiende al esplendor de los techos y no se atiende a la ruina de las almas; cuando se construyen moles de teatros y se socavan los fundamentos de las virtudes; cuando es gloriosa la locura del despilfarro y se burlan de las obras de misericordia; cuando con aquello que abunda a los ricos se dan al lujo los actores y los pobres apenas tienen lo necesario; cuando Dios, que clama contra este mal público con las voces públicas de su doctrina, es blasfemado por los pueblos impíos y se buscan tales dioses en cuyo honor se celebren esas mismas deshonras teatrales de los cuerpos y de las almas. Si Dios permite que estas cosas prevalezcan, entonces se indigna más gravemente; si deja estas cosas impunes, entonces castiga más infestamente. En cambio, cuando derriba el subsidio de los vicios y vuelve pobres las abundantes libidines, se opone misericordiosamente. Pues misericordiosamente, si fuera posible, se harían incluso las guerras por los buenos, para que, domados los deseos licenciosos, se perdieran estos vicios que debieron ser o extirpados o reprimidos por un imperio justo.

15. Nam si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in Evangelio diceretur, ut abjicerent arma, seque omnino militiae subtraherent. Dictum est autem eis: Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis; sufficiat vobis stipendium vestrum (Luc. III, 14). Quibus proprium stipendium sufficere debere praecepit, militare utique non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae, dent exercitum talem quales doctrina Christi esse milites jussit; dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales judices, tales denique debitorum ipsius fisci redditores et exactores, quales esse praecepit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae; imo vero non dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicae.

CAPUT III.

16. Utquid autem ad illud respondeam quod dicunt, per quosdam imperatores christianos multa mala imperio accidisse Romano? Haec generalis conquestio calumniosa est. Nam si apertius certe de praeteritis imperatoribus aliqua commemorarent, possem similia vel fortasse etiam graviora de imperatoribus non christianis et ego commemorare, ut intelligerent, vel hominum haec esse vitia, non doctrinae; vel non imperatorum, sed aliorum sine quibus imperatores agere nihil possunt. Ex quo enim tempore pessum ire coeperit Romana respublica, satis liquet; litterae loquuntur ipsorum: longe antequam Christi nomen eluxisset in terris, dictum est: O urbem venalem, et mature perituram, si emptorem invenerit! (Sallustius, Bell. Jugurth.) In libro etiam belli Catilinae, ante adventum utique Christi, idem nobilissimus historicus eorum non tacet quando primum insueverit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, ea privatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Quando ergo nec hominibus, nec ipsis etiam quos Deos putabant, morum corruptorum et perditorum avaritia rapacitasque parcebat, tunc coepit perire laudabile illud decus salusque reipublicae. Quos deinde vitia pessima successus habuerint, et quanto humanarum rerum malo illa iniquitas prosperata sit, nunc longum est dicere. Audiant Satyricum suum, garriendo vera dicentem: Servabat castas humilis fortuna Latinas Quondam, nec vitiis contingi parva sinebat Tecta labor, somnique breves, et vellere Thusco Vexatae duraeque manus, ac proximus Urbi Annibal, et stantes Collina in turre mariti.

15. Pues si la disciplina cristiana culpara todas las guerras, más bien se les habría dicho este consejo de salud a los soldados que lo pedían en el Evangelio: que arrojaran las armas y se sustrajeran totalmente de la milicia. Pero se les dijo: «No hagáis violencia a nadie, no calumniéis a nadie; que os baste vuestro estipendio» (Lc 3, 14). A quienes mandó que les debiera bastar su propio estipendio, ciertamente no les prohibió militar. Por lo tanto, quienes dicen que la doctrina de Cristo es adversa a la república, den un ejército tal cuales la doctrina de Cristo mandó que fueran los soldados; den tales provinciales, tales maridos, tales esposas, tales padres, tales hijos, tales señores, tales siervos, tales reyes, tales jueces, finalmente tales pagadores y cobradores de las deudas del mismo fisco, cuales mandó ser la doctrina cristiana, y atrévanse a decir que es adversa a la república; antes bien, no duden en confesar que ella es, si se le obedece, una gran salud para la república.

CAPÍTULO III.

16. Pero ¿para qué responder a aquello que dicen: que por obra de ciertos emperadores cristianos han sucedido muchos males al imperio romano? Esta queja general es calumniosa. Pues si yo conmemorara ciertamente con más apertura algunas cosas sobre los emperadores pasados, también yo podría conmemorar cosas semejantes, o tal vez incluso más graves, sobre los emperadores no cristianos, para que entendieran o bien que estos son vicios de los hombres, no de la doctrina; o no de los emperadores, sino de otros sin los cuales los emperadores nada pueden hacer. Pues desde qué tiempo empezó a irse a pique la república romana, consta suficientemente; sus propias letras hablan: mucho antes de que el nombre de Cristo hubiera brillado en la tierra, se dijo: «¡Oh ciudad venal, y destinada a perecer pronto si encontrare comprador!» (Salustio, Bell. Jugurth.). También en el libro de la guerra de Catilina, ciertamente antes del advenimiento de Cristo, el mismo nobilísimo historiador de ellos no calla cuándo empezó primero el ejército del pueblo romano a amar, a beber, a admirar las estatuas, las tablas pintadas, los vasos cincelados, a rapiñarlos privada y públicamente, a despojar los santuarios, a contaminar todas las cosas sagradas y profanas. Cuando, pues, ni a los hombres, ni siquiera a aquellos mismos que pensaban que eran dioses, perdonaba la avaricia y la rapacidad de las costumbres corrompidas y perdidas, entonces empezó a perecer aquel laudable decoro y la salud de la república. Qué éxitos tuvieron luego los peores vicios, y con cuánto mal de las cosas humanas prosperó aquella iniquidad, es ahora largo de decir. Oigan a su Satírico, diciendo verdades bromeando: «La humilde fortuna conservaba antaño castas a las latinas, y el trabajo no permitía que los pequeños techos fueran tocados por los vicios, y los sueños breves, y las manos desgastadas y endurecidas por la lana toscana, y Aníbal muy próximo a la Ciudad, y los maridos de pie en la torre Colina.

Nunc patimur longae pacis mala; saevior armis Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem. Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo Paupertas Romana perit. (Juvenalis, Sat. 6.) Quid ergo exspectas ut ego exaggerem, quanta mala importaverit successu prospero iniquitas sublevata; quandoquidem et ipsi, qui aliquanto prudentius attenderunt, plus dolendum vederunt paupertatem, quam opulentiam periisse Romanam? In illa enim morum integritas servabatur; per hanc autem non muros urbis, sed mentes ipsius civitatis dira nequitia omni hoste pejor irrupit.

17. Gratias Domino Deo nostro, qui contra ista mala misit nobis adjutorium singulare. Quo enim non tolleret, quem non involveret, in quod profundum non demergeret fluvius iste horrendae nequitiae generis humani, nisi crux Christi in tanta velut mole auctoritatis eminentius firmiusque figeretur; cujus apprehenso robore, stabiles essemus, ne male suadentium, vel in mala impellentium, tam vasto mundi hujus gurgite abrepti sorberemur? In ista enim colluvie morum pessimorum et veteris perditae disciplinae, maxime venire ac subvenire debuit coelestis auctoritas, quae voluntariam paupertatem, quae continentiam, benevolentiam, justitiam, atque concordiam, veramque pietatem persuaderet, caeterasque vitae luminosas validasque virtutes; non tantum propter istam vitam honestissime gerendam, nec tantum propter civitatis terrenae concordissimam societatem; verum etiam propter adipiscendam sempiternam salutem, et sempiterni cujusdam populi coelestem divinamque rempublicam, cui nos cives adsciscit fides, spes, charitas: ut quamdiu inde peregrinamur, feramus eos si corrigere non valemus, qui vitiis impunitis volunt stare rempublicam, quam primi Romani constituerunt auxeruntque virtutibus, etsi non habentes veram pietatem erga Deum verum, quae illos etiam in aeternam civitatem posset salubri religione perducere; custodientes tamen quamdam sui generis probitatem, quae posset terrenae civitati constituendae, augendae, conservandaeque sufficere. Deus enim sic ostendit in opulentissimo et praeclaro imperio Romanorum, quantum valerent civiles etiam sine vera religione virtutes, ut intelligeretur hac addita fieri homines cives alterius civitatis, cujus rex veritas, cujus lex charitas, cujus modus aeternitas.

CAPUT IV.

Ahora padecemos los males de una larga paz; el lujo, más cruel que las armas, se nos ha echado encima y venga al mundo vencido. Ningún crimen falta, ni acción de lujuria, desde que pereció la pobreza romana» (Juvenal, Sat. 6). ¿Qué esperas, pues, que yo exagere cuán grandes males importó, al prosperar con éxito, la iniquidad encumbrada; puesto que incluso ellos, que atendieron algo más prudentemente, vieron que era más de lamentar que hubiera perecido la pobreza romana que su opulencia? Pues en aquella se conservaba la integridad de las costumbres; por esta, en cambio, no los muros de la ciudad, sino las mentes de la misma ciudad han sido invadidas por una funesta maldad peor que cualquier enemigo.

17. Gracias al Señor nuestro Dios, que contra estos males nos envió un auxilio singular. ¿A dónde no arrastraría, a quién no envolvería, en qué abismo no sumergiría este río de la horrenda maldad del género humano, si la cruz de Cristo no se fijara con más eminencia y firmeza en tan gran mole de autoridad; agarrados a cuya fuerza estuviéramos estables, para no ser arrebatados y absorbidos en tan vasto torbellino de este mundo por los que persuaden el mal o empujan hacia el mal? Pues en esta inmundicia de pésimas costumbres y de la antigua y perdida disciplina, debió venir y subvenir principalmente la autoridad celestial, que persuadiera la pobreza voluntaria, la continencia, la benevolencia, la justicia y la concordia, y la verdadera piedad, y las demás luminosas y válidas virtudes de la vida; no solo para llevar esta vida honestísimamente, ni solo para la sociedad muy concorde de la ciudad terrena, sino también para alcanzar la salud sempiterna y la república celestial y divina de un cierto pueblo sempiterno, al cual nos adscribe como ciudadanos la fe, la esperanza y la caridad: para que, mientras somos peregrinos fuera de ella, soportemos, si no podemos corregirlos, a quienes quieren que la república se mantenga con vicios impunes, la cual los primeros romanos constituyeron y aumentaron con virtudes, aunque no teniendo la verdadera piedad para con el Dios verdadero, que pudiera conducirlos también por una religión saludable a la ciudad eterna; custodiando, sin embargo, una cierta probidad de su género, que pudiera bastar para constituir, aumentar y conservar la ciudad terrena. Pues Dios mostró así en el muy opulento y preclaro imperio de los romanos cuánto valían las virtudes civiles aun sin la verdadera religión, para que se entendiera que, añadida esta, se hacen los hombres ciudadanos de otra ciudad, cuyo rey es la verdad, cuya ley es la caridad, cuyo modo es la eternidad.

CAPÍTULO IV.

18. Quis autem vel risu dignum non putet, quod Apollonium et Apuleium, caeterosque magicarum artium peritissimos conferre Christo, vel etiam praeferre conantur? Quanquam tolerabilius ferendum sit, quando istos ei potius comparant quam deos suos: multo enim melior, quod fatendum est, Apollonius fuit, quam tot stuprorum auctor et perpetrator, quem Jovem nominant. Ista, inquiunt, fabulosa sunt. Adhuc ergo laudent reipublicae luxuriosam, licentiosam, planeque sacrilegam felicitatem, quae ista deorum probra confinxit, quae non solum in fabulis audienda posuit, verum etiam in theatris spectanda proposuit; ubi crimina plura essent quam numina, quae ipsi dii sibi exhiberi habebant libenter, qui in suos cultores vindicare debuerunt, quod ea saltem viderent patienter. Sed non ipsi, inquiunt, sunt, qui talium fabularum mendacio celebrantur. Qui ergo sunt isti, qui talium turpitudinum celebratione placantur? Horum daemonum perversitatem atque fallaciam, per quos et magicae artes humanas mentes decipiunt, quia prodidit christiana doctrina, quia mundo universo patefecit, quia Angelos sanctos ab eorum malignitate distinxit, quia cavendos potius, et quemadmodum caverentur admonuit, reipublicae dicitur inimica! quasi non si omnino per istos esset temporalis obtinenda felicitas, quaelibet potius fuerat infelicitas eligenda. Sed neque hinc Deus voluit dubitari, qui primum populum unum verum Deum colentem, deos autem falsissimos contemnentem, quamdiu oportuit Vetus Testamentum, ubi velamentum Testamenti Novi est, obumbrari, tanta rerum terrenarum felicitate honestavit, ut quivis intelligat nec ipsam esse in daemonum potestate, sed in illius unius, cui Angeli serviunt, quem daemones contremiscunt.

19. Apuleius enim, ut de illo potissimum loquamur, qui nobis Afris Afer est notior, non dico ad regnum, sed ne ad aliquam quidem judiciariam reipublicae potestatem cum omnibus suis magicis artibus potuit pervenire, honesto patriae suae loco natus, et liberaliter educatus, magnaque praeditus eloquentia. An forte ista, ut philosophus, voluntate contempsit, qui sacerdos provinciae, pro magno fuit ut munera ederet, venatoresque vestiret, et pro statua sibi apud Coenses locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorumdam civium litigaret?

18. Pero ¿quién no pensaría que es digno incluso de risa que intenten comparar a Cristo con Apolonio y Apuleyo, y otros muy peritos en las artes mágicas, o incluso preferirlos? Aunque fuera más tolerable de llevar cuando comparan a estos con él más bien que a sus propios dioses: pues mucho mejor, hay que confesarlo, fue Apolonio que el autor y perpetrador de tantos estupros, a quien llaman Júpiter. «Estas cosas —dicen— son fabulosas». ¡Sigan, pues, alabando la lujuriosa, licenciosa y llanamente sacrílega felicidad de la república, que fingió estas deshonras de los dioses, las cuales no solo puso para ser oídas en fábulas, sino que también propuso para ser vistas en los teatros; donde los crímenes eran más numerosos que los numenes, los cuales los mismos dioses gustaban de que se les exhibieran, ellos que debieron castigar a sus propios cultores porque al menos veían esas cosas con paciencia! Pero «no son ellos —dicen— los que se celebran con la mentira de tales fábulas». ¿Quiénes son, pues, estos que se aplacan con la celebración de tales torpezas? Porque la doctrina cristiana ha delatado la perversidad y falacia de estos demonios, por los cuales también las artes mágicas engañan las mentes humanas, porque la ha hecho patente a todo el mundo, porque ha distinguido a los ángeles santos de la malignidad de ellos, porque ha amonestado que se debe más bien precaverse de ellos y cómo precaverse, ¡por eso se dice que es enemiga de la república! Como si, aunque por ellos se hubiera de obtener totalmente la felicidad temporal, no hubiera debido elegirse cualquier infelicidad antes que esa. Pero ni de esto quiso Dios que se dudara, el cual al primer pueblo que daba culto a un solo Dios verdadero y despreciaba a los dioses falsísimos, mientras convino que el Antiguo Testamento (donde está el velo del Nuevo Testamento) estuviera en sombras, lo honró con tan gran felicidad de las cosas terrenas que cualquiera entienda que ni ella misma está en potestad de los demonios, sino en la de aquel único a quien los ángeles sirven y ante quien los demonios tiemblan.

19. Pues Apuleyo, para que hablemos principalmente de él, que a nosotros los africanos nos es más conocido por ser africano, no digo que a un reino, pero ni siquiera a alguna potestad judicial de la república pudo llegar con todas sus artes mágicas, habiendo nacido en un lugar honesto de su patria, habiendo sido educado liberalmente y estando dotado de gran elocuencia. ¿O tal vez por su voluntad, como filósofo, despreció estas cosas él, que como sacerdote de la provincia tuvo por gran cosa dar juegos y vestir a los cazadores, y litigar contra la contradicción de ciertos ciudadanos para que se le colocara una estatua entre los coenses, ciudad de la cual era su esposa?

quod postera ne lateret, ejusdem litis orationem scriptam memoriae commendavit. Quod ergo ad istam terrenam pertinet felicitatem, fuit magus ille quod potuit. Unde apparet eum nihil amplius fuisse, non quia noluit, sed quia non potuit. Quanquam et adversus quosdam, qui ei magicarum artium crimen intenderant, eloquentissime se defendit. Unde miror laudatores ejus, qui eum nescio quae fecisse miracula illis artibus praedicant, contra ejus defensionem testes esse conari. Sed viderint utrum verum ipsi perhibeant testimonium, et ille falsam defensionem. Illud si sapiunt, attendant, qui magicas artes non utique nisi pro felicitate terrena vel damnabili curiositate conquirunt, vel ab eis innocentes, periculosa tamen eas admiratione collaudant, et videant David nostrum sine ullis talibus artibus, ex pastore ovium pervenisse ad regiam dignitatem; cujus et peccata et merita fidelis Scriptura non tacuit, ut sciremus et quibus modis non offenderetur Deus, et quibus modis placaretur offensus.

20. Quantum autem attinet ad miracula, quae humanis sensibus stupenda monstrantur, multum errant qui Prophetis sanctis, miraculorum magnorum nobilitate praestantibus, magos comparant; quanto magis si eos comparent Christo, quem Prophetae illi, quibus magi quilibet nullo modo sunt comparandi, praenuntiaverunt esse venturum, et secundum carnem, quam sumpsit ex Virgine, et secundum divinitatem, qua nunquam separatur a Patre! Video me fecisse prolixissimam epistolam, nec tamen de Christo dixisse omnia quae vel eis qui tardiore ingenio divina non valent assequi, vel eis quos, licet acute moveantur, contentiosum tamen studium et praeoccupatio diuturni erroris ab intelligendo impedit, sufficere utcumque possint. Verumtamen cognosce quid eos contra moveat, atque rescribe, ut vel epistolis vel libris, si adjuverit Deus, ad omnia respondere curemus. Sis in Domino felix, gratia et misericordia ejus, domine eximie et merito insignis, charissime ac desiderantissime fili.

Epistola CXXXIX.

Ut Gesta quae adversus Donatistas confecta sunt publicentur, utque rei castigentur mitius et citra mortis poenam.

Domino merito insigni, multumque charissimo ac desiderantissime filio MARCELLINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Para que esto no quedara oculto a la posteridad, encomendó a la memoria el discurso escrito de ese mismo litigio. Por lo que toca, pues, a esa felicidad terrena, aquel mago fue lo que pudo ser. Por donde aparece que no fue nada más, no porque no quisiera, sino porque no pudo. Aunque también contra ciertos que le habían imputado el crimen de las artes mágicas se defendió elocuentísimamente. Por lo cual me maravillo de que sus alabadores, que predican que hizo no sé qué milagros con aquellas artes, intenten ser testigos contra su defensa. Pero vean ellos si dan un testimonio verdadero y él hizo una defensa falsa. Atiendan a esto si son sabios quienes buscan las artes mágicas ciertamente no sino por la felicidad terrena o por una condenable curiosidad, o quienes, estando libres de ellas, sin embargo las alaban con peligrosa admiración, y vean a nuestro David sin ninguna de tales artes, de pastor de ovejas haber llegado a la dignidad regia; de quien la fiel Escritura no calló ni sus pecados ni sus méritos, para que supiéramos tanto por qué modos no se ofendía a Dios como por qué modos se aplacaba cuando estaba ofendido.

20. En cuanto a los milagros que se muestran estupendos a los sentidos humanos, yerran mucho quienes comparan a los magos con los santos profetas, que sobresalen por la nobleza de grandes milagros; ¡cuánto más si los comparan con Cristo, a quien aquellos profetas (con los cuales de ningún modo se pueden comparar cualesquiera magos) prenunciaron que había de venir, tanto según la carne, que tomó de la Virgen, como según la divinidad, por la cual nunca se separa del Padre! Veo que he hecho una carta muy prolífica, y sin embargo no he dicho de Cristo todas las cosas que pudieran bastar de algún modo, ya sea a los que por un ingenio más tardo no pueden alcanzar las cosas divinas, ya sea a aquellos a quienes, aunque se muevan agudamente, el afán contencioso y la preocupación de un error prolongado les impide entender. No obstante, entérate de qué les mueve en contra y escríbeme, para que, ya sea por cartas o por libros, si Dios ayudare, cuidemos de responder a todo. Sé feliz en el Señor, por su gracia y misericordia, señor eximio y merecidamente insigne, carísimo y deseadísimo hijo.

Carta CXXXIX.

Que se publiquen las Actas que se han redactado contra los donatistas, y que los reos sean castigados más mitigadamente y sin la pena de muerte.

Al señor merecidamente insigne, y muy carísimo y deseadísimo hijo MARCELINO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Gesta quae promisit Praestantia tua, vehementer exspecto, et in ecclesia Hipponensi jamjamque cupio recitari, ac, si fieri potuerit, etiam per omnes ecclesias in dioecesi constitutas; ut audiant homines, pleneque agnoscant confessores iniquitatis, non Dei timore extorquente poenitentiam, sed judiciaria diligentia crudelissimorum pectorum aperiente duritiam; sive illorum qui de homicidio et de excaecato ac debilitato presbyteri corpore confessi; sive illorum qui se illa scire potuisse, quamvis sibi dicerent displicere, negare non ausi sunt, refugientes catholicam pacem, velut ne criminibus polluantur alienis, et in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam immanium tantam multitudinem perdurantes; sive etiam illorum qui se inde non recessuros, etiam demonstrata sibi catholica veritate et Donatistarum perversitate, dixerunt. Non est leve quod Deus agi voluit per operam tuam. Utinam tales eorum causas crebras sic audias, et facinora eorum atque insana pertinacia sic saepe prodatur, eademque publicata Gesta in omnium notitiam perferantur! Quod autem scripsit Eximietas tua, dubitare te utrum in Theoprepia debeas eadem Gesta jubere proponi; fiat, si potest illuc frequens confluere multitudo: alioquin alius locus celebrior providendus est; non tamen ullo modo praetermittendum.

2. Poena sane illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te ut praeter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram, et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum, quia invenit Ecclesia catholica ubi suam erga atrocissimos inimicos servet atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quaecumque praeter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris, illa atrocitate commotis, videtur indignum, et quasi dissolutionis et negligentiae simile; transactis tamen motibus animorum, qui recentioribus factis solent turbulentius excitari, egregie luculenta bonitas apparebit, et ob hoc magis eadem Gesta legere atque ostendere delectabit, domine merito insignis, multumque charissime ac desiderantissime fili. Ibi est sanctus frater et coepiscopus meus Bonifacius, et per diaconum Peregrinum qui cum illo perrexit, commonitorium direxi; quod sic habe tanquam praesentiam meam.

1. Las Actas que prometió tu Excelencia las espero con vehemencia, y deseo que ya mismo se lean en la iglesia de Hipona y, si pudiera ser, también por todas las iglesias constituidas en la diócesis; para que los hombres oigan y reconozcan plenamente a los confesores de la iniquidad, no extorsionando la penitencia el temor de Dios, sino abriendo la dureza de los pechos crudelísimos la diligencia judicial; ya sea de aquellos que confesaron el homicidio y el haber dejado ciego y debilitado el cuerpo de un presbítero; ya sea de aquellos que no se atrevieron a negar que ellos podían haber sabido aquellas cosas, aunque dijeran que les desagradaban, huyendo de la paz católica como para no contaminarse con crímenes ajenos, y perdurando en aquel sacrilegio del cisma entre tanta multitud de criminales tan atroces; o incluso de aquellos que dijeron que no se retirarían de allí, aun habiéndoseles demostrado la verdad católica y la perversidad de los donatistas. No es cosa ligera lo que Dios ha querido que se haga por tu obra. ¡Ojalá oigas así con frecuencia tales causas de ellos, y sus crímenes e insana pertinacia sean así a menudo delatados, y las mismas Actas publicadas lleguen a noticia de todos! En cuanto a lo que escribió tu Eximiedad, de que dudas si debes mandar que las mismas Actas se propongan en Teoprepia; hágase si allí puede confluir una frecuente multitud: de lo contrario, debe proveerse otro lugar más célebre; pero de ningún modo debe omitirse.

2. En cuanto a la pena de aquellos, aunque confesores de tan grandes crímenes, te ruego que sea sin el suplicio de muerte, tanto por nuestra conciencia como por recomendar la mansedumbre católica. Pues el fruto mismo de la confesión de ellos ha llegado hasta nosotros, porque la Iglesia católica encuentra dónde conservar y exhibir su propia lenidad para con enemigos atrocísimos. En efecto, en medio de tanta crueldad, cualquier venganza que proceda sin derramamiento de sangre parecerá una gran lenidad. Y aunque esto les parezca ahora indigno a algunos de los nuestros, conmovidos por aquella atrocidad, y algo semejante a la disolución y la negligencia; sin embargo, pasados los movimientos de los ánimos, que suelen excitarse más turbulentamente por los hechos recientes, aparecerá una bondad egregiamente lúcida, y por esto deleitará más leer y mostrar las mismas Actas, señor merecidamente insigne, y muy carísimo y deseadísimo hijo. Allí está mi santo hermano y coepiscopo Bonifacio, y por medio del diácono Peregrino, que marchó con él, he enviado un monitorio; el cual tenlo como si fuera mi presencia.

Et quod vobis in commune pro Ecclesiae utilitate placuerit, hoc adjuvante Domino fiat, qui potens est misericorditer opitulari in tantis malis. Modo Macrobius episcopus eorum, stipatus cuneis perditorum utriusque sexus, hac atque illac circumit, aperuitque sibi basilicas, quas possessorum quantuluscumque timor clauserat. Praesente autem procuratore viri clarissimi Celeris Spondeo, quem tuae dilectioni commendavi multumque commendo, utcumque eorum frangebatur audacia: nunc vero posteaquam Carthaginem profectus est, etiam in fundis ipsius basilicas aperuit, populos congregat. Cum ipso etiam est ille Donatus diaconus rebaptizatus, cum fuerit colonus ecclesiae, qui versatus est in illa caede praecipuus. Qui tales non cum eo sunt, quando et ille cum ipso est? Si Proconsul vel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi, et forte ille persistit velle gladio vindicare, quanquam sit christianus, et quantum advertere potuimus, non sit ad haec cruciamenta proclivis; tamen si necesse fuerit, etiam Gestis jubete allegari epistolas meas, quas de hac re singulas vobis mittendas putavi. Soleo enim audire in potestate esse judicis mollire sententiam, et mitius vindicare quam jubeant leges. Si autem nec litteris meis ad hoc consenserit, hoc saltem praestet ut in custodiam recipiantur, atque hoc de clementia Imperatorum impetrare curabimus, ne passiones servorum Dei, quae debent esse in Ecclesia gloriosae, inimicorum sanguine dehonestentur. Scio enim in causa clericorum Anaunensium, qui occisi a Gentilibus, nunc martyres honorantur, Imperatorem rogatum facile concessisse ne illi qui eos occiderant et capti jam tenebantur, poena simili punirentur.

3. Libros de Baptismo parvulorum, cum jam codicem ipsum Praestantiae tuae misissem, cur abs te rursus acceperim, oblitus sum: nisi forte cum inspicerem, mendosos eos reperi, et emendare volui, quod mirabiliter impeditus, adhuc usque non feci. Epistolam quoque ad te scribendam et his adjungendam, quam cum ibi essem jam dictare coeperam, paulo addito sic esse imperfectam scias. Si autem rationem omnium dierum et lucubrationum aliis necessitatibus impensarum tibi possem reddere, graviter contristatus mirareris quanta me distendant, quae differri omnino non possunt, nec agere illa permittant in quae me, petendo et admonendo, urges volentem, et ineffabiliter (quia non possum) dolentem. Cum enim ab eorum hominum necessitatibus aliquantulum vaco, qui me sic angariant, ut eos nullo modo liceat evitare, nec contemnere oporteat; non desunt quae dictanda praepono, sic in articulis temporum constituta, ut dilationem non ferant.

Y lo que a vosotros en común os pareciere bien para utilidad de la Iglesia, hágase esto con la ayuda del Señor, que es poderoso para auxiliar misericordiosamente en tan grandes males. Ahora Macrobio, obispo de ellos, rodeado de grupos de perdidos de ambos sexos, anda de aquí para allá, y se ha abierto las basílicas que un mínimo temor de los poseedores había cerrado. Estando presente Espondeo, procurador del clarísimo varón Celer, a quien he encomendado y mucho encomiendo a tu dilección, de algún modo se frenaba la audacia de ellos; pero ahora, después de que él ha partido para Cartago, ha abierto las basílicas incluso en sus mismos fundos y congrega a los pueblos. Con él está también aquel Donato, diácono rebautizado, habiendo sido colono de la iglesia, el cual fue el principal en aquella matanza. ¿Quiénes de tal calaña no están con él, cuando incluso este está con él? Si el Proconsul o ambos a la vez vais a pronunciar sentencia contra ellos, y tal vez él persiste en querer vengar con la espada, aunque sea cristiano y, por lo que hemos podido notar, no sea proclive a estos tormentos; sin embargo, si fuera necesario, mandad que se aleguen también en las Actas mis cartas, las cuales pensé que debían enviárseles a cada uno de vosotros sobre este asunto. Pues suelo oír que está en potestad del juez mitigar la sentencia y vengar más suavemente de lo que mandan las leyes. Pero si ni por mis cartas consintiera en esto, al menos conceda que sean puestos bajo custodia, y nosotros cuidaremos de impetrar esto de la clemencia de los emperadores, para que las pasiones de los siervos de Dios, que deben ser gloriosas en la Iglesia, no se deshonren con la sangre de los enemigos. Pues sé que en la causa de los clérigos de Anaunia, que muertos por los gentiles son honrados ahora como mártires, el emperador, al ser rogado, concedió fácilmente que aquellos que los habían matado y estaban ya presos no fueran castigados con una pena semejante.

3. En cuanto a los libros sobre el Bautismo de los párvulos, habiendo enviado ya el códice mismo a tu Excelencia, por qué los recibí de nuevo de ti, lo he olvidado: a no ser que tal vez, al inspeccionarlos, los encontrara con errores y quisiera enmendarlos, lo cual, impedido de forma admirable, no he hecho hasta ahora. Sabe también que la carta que debía escribirte y adjuntar a estos, la cual ya había empezado a dictar cuando estaba allí, está así imperfecta habiéndosele añadido poco. Pues si pudiera darte cuenta de todos los días y vigilias empleados en otras necesidades, te maravillarías entristecido gravemente de cuántas cosas me distienden, las cuales no pueden diferirse en absoluto, ni permiten hacer aquellas en las que tú, pidiendo y amonestando, me apremias queriendo yo y doliéndome inefablemente (porque no puedo). Pues cuando estoy algo libre de las necesidades de aquellos hombres que me obligan de tal modo que no me es lícito evitarlos de ninguna manera, ni conviene despreciarlos; no faltan cosas que prefiero dictar, constituidas de tal modo en los artículos de los tiempos que no admiten dilación.

Sicut mihi fuit breviatio Gestorum collationis nostrae satis operosa, cum viderem neminem se velle tanto aggeri litterarum legendo committere: sicut mihi fuit etiam epistola ad ipsos laicos donatistas, de hac eadem collatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminavi: sicut epistolae duae non breves; una ad Dilectionem tuam, altera ad virum illustrem Volusianum, quas vos accepisse jam credo: sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quaestionibus quibusdam quinque, quas mihi proposuit, et per litteras intimavit; cui non continuo respondere vides quam minime oporteat. Charitas enim quae tanquam nutrix fovet filios suos, non ordine amandi, sed ordine subveniendi, infirmiores fortioribus anteponit, quos tales vult esse, quales jam illi sunt, quos non contemnendo, sed de his confidendo interim praeterit. Tales ergo mihi necessitates dictandi aliquid, quod me ab eis dictationibus impediat quibus magis inardesco, deesse non possunt, cum paululum spatii vix datur inter acervos occupationum, quibus nos alienae vel cupiditates vel necessitates angariatos trahunt: et quid faciam prorsus nescio.

4. Audisti unde mecum Dominum depreceris: sed etiam quod tam instanter et tam crebro me admones, nolo cesses, non nihil agens. Commendo etiam ego Excellentiae tuae Ecclesiam in Numidia constitutam, propter cujus necessitates sanctus frater et coepiscopus meus Delphinus a fratribus et coepiscopis meis, ibi collaborantibus et compericlitantibus, missus est. Nec de hac re plura scribo, cum ipsum praesentem sis auditurus. Caetera in Commonitoriis invenies quae ad presbyterum misi, sive modo, sive per diaconum Peregrinum, ne mihi ea toties iterare necesse sit. Semper in Christo cor tuum vigeat, domine merito insignis, multumque charissime ac desiderantissime fili. Filium nostrum Ruffinum Cirtensem principalem commendo Eximietati tuae.

DE SEQUENTE EPISTOLA. (LIB. II RETRACT., CAP. XXXVI.)

Eo ipso tempore, quo contra Donatistas vehementer exercebamur, et contra Pelagianos exerceri jam coeperamus, amicus quidam mihi misit quinque a Carthagine quaestiones, et rogavit ut eas illi scribendo exponerem; quae sunt: Quid sibi velit vox illa Domini, «Deus meus, Deus meus, utquid me dereliquisti» (Matth. XXVII, 46)? et quid sit quod ait Apostolus, «Ut in charitate radicati et fundati, praevaleatis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum (Eph. III, 17, 18):» et quae sint quinque virgines stultae, quaeve sapientes (Matth. XXV, 2): et quae sint tenebrae exteriores (Id. XXII, 13): et quomodo intelligendum sit, «Verbum caro factum est» (Joan. I, 14). Ego autem intuens supradictam haeresim, novam inimicam gratiae Dei, sextam mihi proposui quaestionem de gratia Testamenti Novi.

Como me resultó bastante trabajosa la abreviación de las Actas de nuestra conferencia, al ver que nadie quería comprometerse a leer tan gran cúmulo de letras: como me resultó también la carta a los mismos laicos donatistas sobre esta misma conferencia nuestra, la cual acabo de terminar en algunas vigilias: como las dos cartas no breves, una a tu Dilección, otra al ilustre varón Volusiano, las cuales creo que ya habéis recibido: como ahora tengo entre manos el libro para nuestro Honorato sobre unas cinco cuestiones que me propuso e intimó por carta; al cual ves cuán mínimamente conviene no responder continuamente. Pues la Caridad, que como nodriza fomenta a sus hijos, no por orden de amar sino por orden de subvenir, antepone los más débiles a los más fuertes, a los cuales quiere que sean tales cuales ya son aquellos, a quienes por el momento pasa por alto no despreciándolos sino confiando en ellos. Tales necesidades, pues, de dictar algo que me impida de aquellos dictados por los que más ardo, no pueden faltar, cuando apenas se da un poco de espacio entre montones de ocupaciones, a las cuales nos arrastran obligados las libidines o necesidades ajenas: y qué haga, no lo sé en absoluto.

4. Has oído por qué debes suplicar al Señor conmigo: pero también, porque me amonestas tan instantáneamente y tan frecuentemente, no quiero que ceses, pues no haces nada en vano. Encomiendo también yo a tu Excelencia la Iglesia constituida en Numidia, por cuyas necesidades ha sido enviado mi santo hermano y coepiscopo Delfín por mis hermanos y coepiscopos que allí colaboran y corren peligro. No escribo más sobre este asunto, pues lo has de oír a él presente. Lo demás lo encontrarás en los Monitorios que envié al presbítero, ya sea ahora, ya sea por medio del diácono Peregrino, para que no me sea necesario reiterarlo tantas veces. Que tu corazón florezca siempre en Cristo, señor merecidamente insigne, y muy carísimo y deseadísimo hijo. Encomiendo a tu Eximiedad a nuestro hijo Rufino, principal de Cirta.

SOBRE LA SIGUIENTE CARTA. (LIB. II RETRACT., CAP. XXXVI.)

En ese mismo tiempo en que nos ejercitábamos vehementemente contra los donatistas, y habíamos empezado ya a ejercitarnos contra los pelagianos, un cierto amigo me envió desde Cartago cinco cuestiones y me rogó que se las expueiera por escrito; las cuales son: Qué quiere decir aquella voz del Señor: «Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado?» (Mt 27, 46); y qué es lo que dice el Apóstol: «Para que arraigados y cimentados en la caridad, podáis comprender con todos los santos cuál sea la anchura, y la longitud, y la altura, y la profundidad» (Ef 3, 17. 18); y cuáles son las cinco vírgenes necias y cuáles las prudentes (Mt 25, 2); y qué son las tinieblas exteriores (ibíd. 22, 13); y cómo debe entenderse: «El Verbo se hizo carne» (Jn 1, 14). Yo, en cambio, mirando a la sobredicha herejía, nueva enemiga de la gracia de Dios, me propuse una sexta cuestión sobre la gracia del Nuevo Testamento.

De qua disputans, interposita expositione psalmi vicesimi primi, in cujus capite scriptum est quod Dominus exclamavit in cruce, quod ille amicus in primis mihi proposuit exponendum; omnia illa quinque dissolvi, non hoc ordine quo erant proposita, sed sicut mihi disserenti de gratia Novi Testamenti, tanquam suis locis congruenter occurrere potuerunt. Hic liber sic incipit: «Quinque mihi proposuisti tractandas quaestiones.»

DE GRATIA NOVI TESTAMENTI LIBER, SEU EPISTOLA CXL.

Augustinus Honorato, respondens ad illius quinque quaestiones: praeter quas, sextam sibi ipse proponit, de gratia Novi Testamenti, adversus Pelagianos tractandam; et psalmum vicesimum primum ad eam rem totum interpretatur.

1. Quinque mihi proposuisti pertractandas quaestiones atque solvendas, dilectissime mi frater Honorate, hinc inde raptas, sicut te vel legentem movere, vel cogitanti tibi in mentem venire potuerunt, et in conspectum meum fusas quodam modo. Quarum solutionem si velim disserendo ordinare, non ut carptim, sicut propositae sunt, de singulis disseram, sed uno quodam tenore sermonis eas inter se connectam atque contexam, difficile opus videtur; et tamen puto facilius eas solvi, si hoc fecero. Invicem quippe adjuvabunt, si altera pendebit ex altera, donec omnes veniant in seriem disputationis, non singillatim separatis locis, quasi unaquaeque in sua privata intentione habitet, sed unum aliquid intuentes, et unum collaborantes sociali ratione, et individua veritate.

CAP. PRIMUM.

2. Voluisti ergo et scripto commonuisti exponi atque aperiri tibi, quid sibi velit vox illa Domini, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? et quid sit quod Apostolus ait, Ut in charitate radicati et fundati, praevaleatis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, longitudo, altitudo et profundum (Ephes. III, 17): et quae sint virgines quinque stultae, quaeve sapientes (Matth. XXV, 2): et quae sint tenebrae exteriores (Matth. XXII, 15): et quomodo intelligendum sit, Verbum caro factum est (Joan. I, 14). Hae sunt certe quinque tam breviter a me commemoratae, quam abs te propositae quaestiones. Proinde si placet, addamus et sextam, et illud potissimum requiramus, quae sit gratia Novi Testamenti. Hanc omnes illae intueantur, et in hanc, ut opportune quaeque potuerit, opus suum conferat nobis; non eo scilicet ordine, quo eas ut tu proposuisti, et ego recolui, sed unaquaeque cum fuerit necessaria, velut vocata respondeat, et officium sui operis impleat. Ergo ita nascatur exordium.

Disputando sobre ella, interponiendo la exposición del salmo veintiuno, en cuyo encabezamiento está escrito lo que el Señor exclamó en la cruz, que aquel amigo me propuso exponer en primer lugar; resolví aquellas cinco, no en este orden en que habían sido propuestas, sino según pudieron ocurrir congruentemente en sus lugares para mí que disertaba sobre la gracia del Nuevo Testamento. Este libro comienza así: «Cinco cuestiones me has propuesto para tratar».

Libro sobre
LA GRACIA DEL NUEVO TESTAMENTO, O CARTA CXL.

Agustín a Honorato, respondiendo a sus cinco cuestiones: además de las cuales, él mismo se propone una sexta para tratar contra los pelagianos sobre la gracia del Nuevo Testamento; e interpreta todo el salmo veintiuno para este asunto.

1. Cinco cuestiones me has propuesto para ser tratadas y resueltas, carísimo hermano mío Honorato, tomadas de aquí y de allá según te pudieron conmover al leer o venirte a la mente al pensar, y vertidas ante mi vista de algún modo. Cuya solución, si quisiera ordenarla disertando, no para que diserte sobre cada una por separado según fueron propuestas, sino para que las conecte y entreteja entre sí con un solo tenor de discurso, parece una obra difícil; y sin embargo, pienso que se resuelven más fácilmente si hago esto. Pues se ayudarán mutuamente si una depende de la otra, hasta que todas vengan a la serie de la disputa, no singularmente en lugares separados, como si cada una habitara en su propia intención privada, sino mirando a una sola cosa y colaborando como una sola con razón social y verdad indivisa.

CAPÍTULO PRIMERO.

2. Quisiste, pues, y me avisaste por escrito que se te expusiera y abriera qué quiere decir aquella voz del Señor: «Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado?» y qué es lo que dice el Apóstol: «Para que arraigados y cimentados en la caridad, podáis comprender con todos los santos cuál sea la anchura, la longitud, la altura y la profundidad» (Ef 3, 17); y cuáles son las cinco vírgenes necias y cuáles las prudentes (Mt 25, 2); y qué son las tinieblas exteriores (Mt 22, 13); y cómo debe entenderse: «El Verbo se hizo carne» (Jn 1, 14). Estas son ciertamente las cinco cuestiones tan brevemente conmemoradas por mí como propuestas por ti. Por lo tanto, si te place, añadamos también una sexta, y busquemos aquello principalmente: cuál sea la gracia del Nuevo Testamento. Miren todas aquellas a esta, y en esta, según cada una pueda oportunamente, bríndenos su concurso; no ciertamente en aquel orden en que tú las propusiste y yo las recordé, sino que cada una, cuando sea necesaria, responda como llamada y cumpla el oficio de su tarea. Así, pues, nazca el exordio.

CAPUT II.

3. Est quaedam vita hominis carnalibus sensibus implicata, gaudiis carnalibus dedita, carnalem fugitans offensionem, voluptatemque consectans. Hujus vitae felicitas temporalis est: ab hac vita incipere necessitatis est, in ea persistere voluntatis. In hac quippe ex utero matris infans funditur, hujus offensiones quantum potest refugit, hujus appetit voluptates; nihil amplius valet. Sed posteaquam venerit in aetatem qua in eo rationis usus evigilet, poterit adjuta divinitus voluntate eligere alteram vitam, cujus in mente gaudium est, cujus interna atque aeterna felicitas. Inest quippe homini anima rationalis, sed interest ejusdem rationis usu quonam potius voluntatem convertat; utrum ad bona exterioris et inferioris, an ad bona interioris superiorisque naturae; id est, utrum ut fruatur corpore et tempore, an ut fruatur divinitate atque aeternitate. In quadam quippe medietate posita est, infra se habens corporalem creaturam, supra se autem sui et corporis Creatorem.

4. Potest igitur anima rationalis etiam temporali et corporali felicitate bene uti, si non se dederit creaturae, Creatore neglecto, sed eam potius felicitatem fecerit servire Creatori, qui et ipsam suae bonitatis abundantissima largitate donavit. Sicut enim bona sunt omnia quae creavit Deus, ab ipsa rationali creatura usque ad infimum corpus: ita bene agit in his anima rationalis, si ordinem servet, et distinguendo, eligendo, pendendo subdat minora majoribus, corporalia spiritualibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis; ne superiorum neglectu et appetitu inferiorum (quoniam hinc fit ipsa deterior) et se et corpus suum mittat in pejus, sed potius ordinata charitate se et corpus suum convertat in melius. Cum enim sint omnes substantiae naturaliter bonae, ordo in eis laudatus honoratur, perversitas culpata damnatur. Nec efficit anima perverse utens creaturis, ut ordinationem effugiat Creatoris; quoniam si illa male utitur bonis, ille bene utitur etiam malis: ac per hoc illa perverse bonis utendo fit mala, ille ordinate etiam malis utendo permanet bonus. Qui enim injuste se ordinat in peccatis, juste ordinatur in poenis.

5. Volens itaque Deus ostendere etiam terrenam temporalemque felicitatem suum donum esse, nec aliunde nisi ab ipso sperari oportere, prioribus saeculi temporibus dispensandum judicavit Testamentum Vetus, quod pertineret ad hominem veterem, a quo ista vita necesse est incipiat. Sed illae felicitates patrum, Dei beneficio concessae praedicantur, quamvis ad istam vitam transitoriam pertinentes.

CAPÍTULO II.

3. Hay una cierta vida del hombre implicada en los sentidos carnales, entregada a los gozos carnales, huyendo de la ofensa carnal y buscando la voluntad de placer. La felicidad de esta vida es temporal: empezar por esta vida es de necesidad, persistir en ella es de la voluntad. En esta, en efecto, se vierte el infante desde el útero de la madre, huye de las ofensas de esta cuanto puede, apetece los placeres de esta; nada más puede. Pero después de que haya llegado a la edad en que el uso de la razón despierte en él, podrá, ayudada divinamente la voluntad, elegir la otra vida, cuyo gozo está en la mente, cuya felicidad es interna y eterna. Pues hay en el hombre un alma racional, pero interesa al uso de esa misma razón hacia dónde convierta más bien la voluntad; si a los bienes de la naturaleza exterior e inferior, o a los bienes de la naturaleza interior y superior; esto es, si para disfrutar del cuerpo y del tiempo, o para disfrutar de la divinidad y de la eternidad. Pues está puesta en una cierta mediocridad, teniendo debajo de sí a la criatura corporal, pero sobre sí al Creador de sí misma y del cuerpo.

4. Puede, por tanto, el alma racional usar bien incluso de la felicidad temporal y corporal si no se entrega a la criatura descuidando al Creador, sino que hace que esa felicidad sirva más bien al Creador, el cual se la dio por la abundosísima largueza de su bondad. Pues así como son buenas todas las cosas que Dios creó, desde la misma criatura racional hasta el cuerpo ínfimo, así actúa bien en ellas el alma racional si conserva el orden y, distinguiendo, eligiendo y ponderando, somete lo menor a lo mayor, lo corporal a lo espiritual, lo inferior a lo superior, lo temporal a lo sempiterno; no sea que por el descuido de lo superior y el apetito de lo inferior (pues por esto ella misma se hace peor) se lance a sí misma y a su cuerpo a lo peor, sino que más bien por la caridad ordenada se convierta a sí misma y a su cuerpo a lo mejor. Pues siendo todas las sustancias naturalmente buenas, el orden alabado en ellas es honrado, la perversidad culpada es condenada. Y no logra el alma que usa perversamente de las criaturas escapar de la ordenación del Creador; porque si ella usa mal de los bienes, él usa bien incluso de los males; y por esto ella, usando perversamente de los bienes, se hace mala, él, usando ordenadamente incluso de los males, permanece bueno. Pues quien injustamente se ordena en los pecados, justamente es ordenado en las penas.

Queriendo, pues, Dios mostrar que incluso la felicidad terrena y temporal es don suyo, y que no debe esperarse de otra parte sino de él mismo, juzgó que en los tiempos anteriores del mundo debía dispensarse el Antiguo Testamento, que perteneciera al hombre viejo, por el cual es necesario que empiece esta vida. Pero aquellas felicidades de los padres se predican como concedidas por beneficio de Dios, aunque pertenecientes a esta vida transitoria.

Illa quippe terrena munera in manifesto promittebantur et tribuebantur; in occulto autem illis omnibus rebus Novum Testamentum figurate praenuntiabatur, et capiebatur intelligentia paucorum, quos eadem gratia prophetico munere dignos fecerat. Dispensabant ergo illi sancti pro congruentia temporis Testamentum Vetus, pertinebant vero ad Testamentum Novum. Nam et quando temporalem felicitatem agebant, aeternam veram et praeferendam intelligebant; et istam ministrabant in mysterio, ut illam consequerentur in praemio. Et si quando patiebantur adversa, ad hoc patiebantur, ut evidentissimo divino adjutorio liberati, glorificarent Deum, omnium bonorum largitorem, non solum sempiternorum quae pie sperabant, verum etiam temporalium quae prophetice gubernabant.

CAPUT III.

6. Cum autem venit plenitudo temporis, ut gratia quae occultabatur in Veteri Testamento, jam revelaretur in Novo, misit Deus Filium suum, factum ex muliere (Gal. IV, 4); quo nomine, proprietate hebraicae linguae, omnis femina nuncupatur, sive viro intacta, sive jam mixta. Quem autem Filium miserit, fierique ex muliere voluerit, quantus ille Deus sit qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus fuerit, ut agnoscas, nunc attende Evangelium: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt (Joan. I, 1-5). Hic ergo Deus, Verbum Dei per quod facta sunt omnia, Filius Dei est, incommutabiliter manens, ubique praesens, nullo clausus loco, nec partiliter per cuncta diffusus, tanquam minorem partem habeat in minori loco, et in majori majorem, sed ubique totus, atque ita non absens etiam mentibus impiorum, quamvis eum non videant, sicut nec ista lux videtur oculis praesentata caecorum. Lucet ergo et in tenebris talibus, quales Apostolus significat ubi dicit, Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Eph. V, 8): sed eam tales tenebrae non comprehenderunt.

7. Suscepit itaque hominem quem videre homines poterant, ut sanati per fidem, postea viderent quod tunc viderent non poterant. Sed ne homo Christus eo ipso quo visibiliter apparebat, non crederetur et Deus, tantumque illi tribueretur quantum homini excellentissimae gratiae atque sapientiae, ideo fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine (Joan. I, 6-8).

En efecto, aquellos dones terrenos se prometían y daban en lo manifiesto; en lo oculto, en cambio, se prenunciaba figuradamente el Nuevo Testamento en todas aquellas cosas, y era captado por la inteligencia de unos pocos a quienes la misma gracia había hecho dignos con el don profético. Dispensaban, pues, aquellos santos el Antiguo Testamento según la congruencia del tiempo, pero pertenecían al Nuevo Testamento. Pues aun cuando disfrutaban de la felicidad temporal, entendían la eterna, verdadera y preferible; y administraban aquella en misterio para alcanzar esta en premio. Y si alguna vez padecían adversidades, las padecían para esto: para que, liberados por el evidentísimo auxilio divino, glorificaran a Dios, dador de todos los bienes, no solo de los sempiternos que piadosamente esperaban, sino también de los temporales que proféticamente gobernaban.

CAPÍTULO III.

6. Pero cuando vino la plenitud del tiempo, para que la gracia que se ocultaba en el Antiguo Testamento se revelara ya en el Nuevo, envió Dios a su Hijo, hecho de mujer (Gál. IV, 4); con cuyo nombre, por propiedad de la lengua hebrea, se denomina a toda mujer, sea virgen o ya casada. Pero para que reconozcas qué Hijo envió y quiso que naciera de mujer, y cuán grande Dios es este que se dignó asumir esta humildad por la salvación de los fieles, atiende ahora al Evangelio: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios: esto era en el principio junto a Dios. Todas las cosas fueron hechas por él, y sin él no se hizo nada. Lo que ha sido hecho en él era vida, y la vida era la luz de los hombres, y la luz brilla en las tinieblas, y las tinieblas no la comprendieron (Juan I, 1-5). Este Dios, pues, el Verbo de Dios por el cual fueron hechas todas las cosas, es el Hijo de Dios, que permanece inconmutable, presente en todas partes, no encerrado en lugar alguno, ni difundido partitivamente por todas las cosas, como si tuviera una parte menor en un lugar menor y una mayor en uno mayor, sino todo en todas partes; y así, no está ausente ni siquiera de las mentes de los impíos, aunque no lo vean, así como esta luz no es vista por los ojos de los ciegos ante los que se presenta. Brilla, pues, también en tales tinieblas cuales significa el Apóstol donde dice: Fuisteis en otro tiempo tinieblas, pero ahora luz en el Señor (Ef. V, 8); pero tales tinieblas no la comprendieron.

7. Asumió, pues, al hombre a quien los hombres podían ver, para que, sanados por la fe, vieran después lo que entonces no podían ver. Pero para que no se creyera que el hombre Cristo, por eso mismo que aparecía visiblemente, no era también Dios, y se le atribuyera solo lo que a un hombre de excelentísima gracia y sabiduría, por eso hubo un hombre enviado de Dios, cuyo nombre era Juan. Este vino para un testimonio, para dar testimonio de la luz, para que todos creyeran por él. No era él la luz, sino para dar testimonio de la luz (Juan I, 6-8).

Tantus enim homo debuit perhibere testimonium de illo qui non tantum homo, verum etiam Deus erat, ut de illo diceretur quod in natis mulierum nemo exsurgeret major Joanne Baptista (Matth. XI, 11): sic enim ille cui majori Joannes testimonium perhibebat, intelligeretur noc esse major, quo non tantum homo, sed etiam Deus erat. Lumen ergo et Joannes, sed tale lumen quali testimonium perhibet ipse Dominus, dicens. Ille erat lucerna ardens et lucens (Joan. V, 35); quod et discipulis suis dixit, Vos estis lumen mundi: atque ut ostenderet quale lumen, secutus adjunxit. Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumen vestrum coram hominibus (Matth. V, 14-16). Istae similitudines datae sunt, ut quantum possumus intelligamus, vel si hoc nondum possumus, sine ulla dubitatione credamus animam rationalem non esse naturam Dei; illa quippe incommutabilis est: sed tamen eam posse participando illuminari; lucernae quippe accendi indigent, et exstingui possunt. Ideo quod dicitur de Joanne, Non erat ille lumen, ad illud respicit lumen quod non participando illuminatur, sed ejus participatione illuminantur quae ab illo illuminantur.

8. Denique sequitur, Erat lumen verum (Joan. I, 9): et tanquam quaereremus quomodo discerneretur lumen verum a lumine illuminato, id est Christus a Joanne, Erat, inquit, lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si omnem hominem, ergo et Joannem. Atque ut magis ostendat hujus divinitatem longe praestantiore distantia, In hoc mundo, inquit, erat, et mundus per eum factus est, et mundus eum non cognovit. Non mundus, qui per eum factus est, eum non cognovit: neque enim habet vim cognoscendi eum, nisi rationalis creatura; quamvis etiam mundus iste visibilis per eum factus sit, hoc est coelum et terra: sed mundum non cognoscentem increpando, significavit infideles constitutos in mundo.

9. Deinde adjungit, In sua propria venit, et sui eum non receperunt: sive quia et ipsi infideles, in quantum homines sunt, ejus sunt per quem creati sunt: sive suos proprie Judaeos intelligi voluit, ex quibus naturam carnis assumpsit; nec tamen omnes eum non receperunt. Sequitur enim et dicit, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt (Joan. I, 9-13). Haec est gratia Novi Testamenti, quod in Vetere latuit, nec tamen figuris obumbrantibus prophetari pronuntiarique cessavit, ut intelligat anima Deum suum, et gratia ejus renascatur illi. Haec quippe nativitas spiritualis est, ideo non ex sanguinibus, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo.

Pues un hombre tan grande debió dar testimonio de aquel que no solo era hombre, sino también Dios, para que se dijera de él que entre los nacidos de mujer ninguno se levantó mayor que Juan el Bautista (Mt. XI, 11): pues así aquel de quien el mayor Juan daba testimonio se entendería que era tanto mayor cuanto que no solo era hombre, sino también Dios. Luz, pues, también Juan, pero tal luz de cual da testimonio el mismo Señor, diciendo: Él era la lámpara ardiente y luciente (Juan V, 35); lo cual dijo también a sus discípulos: Vosotros sois la luz del mundo; y para mostrar qué clase de luz, añadió a continuación: Nadie enciende una lámpara y la pone bajo el celemín, sino sobre el candelero, para que alumbre a todos los que están en la casa: así brille vuestra luz ante los hombres (Mt. V, 14-16). Estas semejanzas se han dado para que, en cuanto podemos, entendamos, o si esto todavía no podemos, creamos sin duda alguna que el alma racional no es la naturaleza de Dios; pues aquella es inconmutable; pero que, sin embargo, puede ser iluminada por participación; pues las lámparas necesitan ser encendidas y pueden apagarse. Por eso, lo que se dice de Juan: No era él la luz, se refiere a aquella luz que no se ilumina por participación, sino que por su participación se iluminan las cosas que son iluminadas por ella.

8. Finalmente sigue: Era la luz verdadera (Juan I, 9): y como si preguntáramos cómo se distinguía la luz verdadera de la luz iluminada, esto es, Cristo de Juan, Era, dice, la luz verdadera que ilumina a todo hombre que viene a este mundo. Si a todo hombre, luego también a Juan. Y para mostrar más la divinidad de este por una distancia muy superior, En este mundo, dice, estaba, y el mundo fue hecho por él, y el mundo no lo conoció. No es que el mundo que fue hecho por él no lo conoció: pues no tiene fuerza para conocerlo sino la criatura racional; aunque también este mundo visible fuera hecho por él, esto es, el cielo y la tierra; sino que al reprender al mundo que no lo conoce, significó a los infieles constituidos en el mundo.

9. Luego añade: A lo suyo vino, y los suyos no lo recibieron (Juan I, 11): ya sea porque también los mismos infieles, en cuanto hombres, son de aquel por quien fueron creados; o bien quiso que se entendieran propiamente sus judíos, de quienes asumió la naturaleza de la carne; pero no todos dejaron de recibirlo. Pues sigue y dice: Pero a cuantos lo recibieron, les dio poder de llegar a ser hijos de Dios, a los que creen en su nombre, los cuales no nacieron de sangres, ni de voluntad de carne, ni de voluntad de varón, sino de Dios (Juan I, 12-13). Esta es la gracia del Nuevo Testamento, que estuvo oculta en el Antiguo, pero que no cesó de ser profetizada y anunciada bajo figuras que la ensombrecían, para que el alma entienda a su Dios y por su gracia renazca para él. Pues este nacimiento es espiritual; por eso, no de sangres, ni de voluntad de varón, ni de voluntad de carne, sino de Dios.

CAPUT IV.

10. Haec etiam adoptio vocatur. Eramus enim aliquid antequam essemus filii Dei, et accepimus beneficium, ut fieremus quod non eramus; sicut qui adoptatur, antequam adoptaretur nondum erat filius ejus a quo adoptatur, jam tamen erat qui adoptaretur. Et ab hac generatione gratiae discernitur ille Filius, qui cum esset Filius Dei, venit ut fieret filius hominis, donaretque nobis qui eramus filii hominum, filios Dei fieri. Factus est quippe ille quod non erat, sed tamen aliquid aliud erat; et hoc ipsum aliquid Verbum Dei erat, per quod facta sunt omnia, et lu en verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et Deus apud Deum. Nos quoque per ejus gratiam facti sumus quod non eramus, id est filii Dei: sed tamen aliquid eramus, et hoc ipsum aliquid multo inferius, hoc est filii hominum. Descendit ergo ille ut nos ascenderemus, et manens in natura sua factus est particeps naturae nostrae, ut nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturae ipsius. Non tamen sic: nam illum naturae nostrae participatio non fecit deteriorem; nos autem facit naturae illius participatio meliores.

11. Misit itaque Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub Lege (Gal. IV, 4). Nam Legis sacramenta percepit, ut eos qui sub lege erant, redimeret, id est quos Lex reos tenebat occidente littera, dum praeceptum non impleretur, antequam vivificaret spiritus; quia charitas Dei quae praeceptum implet, diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5). Proinde cum dixisset, Ut eos qui sub Lege erant redimeret, continuo subjunxit, Ut adoptionem filiorum reciperemus (Ibid. 5); ut videlicet hujus gratiam beneficii discerneret ab illa Filii natura, qui missus est Filius, non per adoptionem factus, sed semper genitus Filius, ut participata natura filiorum hominum, ad participandam etiam suam naturam adoptil filios hominum. Quapropter etiam cum dixisset, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, modumque adjunxisset, ne carnalis intelligeretur nativitas, quod scilicet eis id praestiterit, qui credunt in nomine ejus, et per gratiam renascuntur spiritualem, non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo; mox commendavit quasi hujus vicissitudinis sacramentum. Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare, statim subjunxit, Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 14) (quod unum est ex quinque illis, quae tibi exponi voluisti); tanquam diceret: O homines! nolite desperare vos fieri posse filios Dei; quia et ipse Filius Dei, hoc est, Verbum Dei, caro factum est, et habitavit in nobis. Reddite vicem; efficimini spiritus, et habitate in illo qui caro factus est, et habitavit in vobis.

CAPÍTULO IV.

10. Esto también se llama adopción. Pues éramos algo antes de ser hijos de Dios, y recibimos el beneficio para llegar a ser lo que no éramos; así como el que es adoptado, antes de serlo, no era todavía hijo de aquel por quien es adoptado, pero ya era alguien que podía ser adoptado. Y de esta generación de la gracia se distingue aquel Hijo que, siendo Hijo de Dios, vino para hacerse hijo del hombre y darnos a nosotros, que éramos hijos de los hombres, el llegar a ser hijos de Dios. Pues aquel se hizo lo que no era, pero sin embargo era algo distinto; y ese algo era el Verbo de Dios, por el cual fueron hechas todas las cosas, y la luz verdadera que ilumina a todo hombre que viene a este mundo, y Dios junto a Dios. Nosotros también por su gracia nos hemos hecho lo que no éramos, esto es, hijos de Dios; pero, sin embargo, éramos algo, y ese algo mucho más inferior, esto es, hijos de los hombres. Bajó, pues, él para que nosotros subiéramos, y permaneciendo en su naturaleza se hizo partícipe de nuestra naturaleza, para que nosotros, permaneciendo en nuestra naturaleza, fuéramos hechos partícipes de la suya. Pero no de la misma manera: pues a él la participación de nuestra naturaleza no lo hizo peor; a nosotros, en cambio, la participación de la suya nos hace mejores.

11. Envió, pues, Dios a su Hijo hecho de mujer, hecho bajo la Ley (Gál. IV, 4). Pues recibió los sacramentos de la Ley para redimir a los que estaban bajo la Ley, esto es, a quienes la Ley tenía como reos por la letra que mata, mientras no se cumplía el precepto, antes de que el espíritu diera vida; porque la caridad de Dios que cumple el precepto, se difunde en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom. V, 5). Por tanto, después de decir: Para redimir a los que estaban bajo la Ley, añadió inmediatamente: Para que recibiéramos la adopción de hijos (Ibíd. 5); para que, evidentemente, distinguiera la gracia de este beneficio de aquella naturaleza del Hijo, que fue enviado como Hijo, no hecho por adopción, sino siempre engendrado como Hijo, para que, participando de la naturaleza de los hijos de los hombres, adoptara a los hijos de los hombres para participar también de su naturaleza. Por lo cual también, después de decir: Les dio poder de llegar a ser hijos de Dios, y de añadir el modo, para que no se entendiera un nacimiento carnal, a saber, que se lo concedió a los que creen en su nombre y renacen por la gracia espiritual, no de sangres, ni de voluntad de varón, ni de voluntad de carne, sino de Dios; pronto encomendó como el sacramento de este intercambio. Pues como si, admirados de tan gran bien, no nos atreviéramos a desearlo, añadió en seguida: Y el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros (Juan I, 14) (que es una de aquellas cinco cosas que quisiste que se te explicaran); como si dijera: ¡Oh hombres!, no desesperéis de poder llegar a ser hijos de Dios, porque el mismo Hijo de Dios, esto es, el Verbo de Dios, se hizo carne y habitó entre nosotros. Corresponded vosotros: haceos espíritus y habitad en aquel que se hizo carne y habitó en vosotros.

Neque enim jam desperandum est participatione Verbi fieri posse homines filios Dei, quando Filius Dei participatione carnis factus est filius hominis.

12. Nos itaque mutabiles in melius commutati, participes efficimur Verbi: Verbum autem incommutabile nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum est rationali anima mediante. Neque enim homo Christus, ut Apollinaristae haeretici putaverunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationalem; sed more suo Scriptura, ut Christi humilitatem magis ostenderet, ne carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse videretur, carnem pro homine posuit: neque enim quia scriptum est, Videbit omnis caro salutare Dei (Isai. LII, 10), animae ibi non sunt intelligendae. Nihil proinde aliud dictum est, Verbum caro factum est, quam si diceretur, Filius Dei filius hominis factus est. Qui cum in forma Dei esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo; neque enim usurpationis erat, ut rapina diceretur, sed naturae inerat, ut esset aequalis: semetipsum tamen exinanivit, non formam Dei amittens, sed formam servi suscipiens; humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (Philipp. II, 6-8). Vides quemadmodum eumdem hominem, quem Deum, commendat, ut persona una sit; ne, non Trinitas, sed quaternitas inducatur. Sicut enim non augetur numerus personarum, cum accedit caro animae, ut sit unus homo; sic non augetur numerus personarum, cum accedit homo Verbo, ut sit unus Christus. Legitur itaque, Verbum caro factum est, ut intelligamus hujus personae singularitatem, non ut suspicemur in carnem mutatam divinitatem.

CAPUT V.

13. Itaque Christus homo, ut per eum revelaretur Novi gratia Testamenti, quae non ad temporalem, sed ad aeternam vitam pertinet, non utique terrena felicitate commendandus fuit. Inde subjectio, inde passio, inde flagella, sputa, contumeliae, crux, vulnera, et tanquam superato subjectoque mors ipsa, ut fideles ejus discerent quale pietatis praemium ab illo cujus filii facti essent, petere atque sperare deberent; ne ad hoc pro magno serviretur Deo, ut terrenam felicitatem adipisci quaererent qui servirent ipsi, abjicientes et conculcantes fidem suam, aestimando eam mercede vilissima: unde beneficentissima providentia omnipotens Deus terrenam felicitatem concessit et impiis, ne pro magno quaereretur a bonis.

Pues ya no hay que desesperar de que por la participación del Verbo puedan los hombres llegar a ser hijos de Dios, cuando el Hijo de Dios por la participación de la carne se hizo hijo del hombre.

12. Nosotros, pues, mudables y conmutados a mejor, somos hechos partícipes del Verbo; pero el Verbo inconmutable, no conmutado en nada a peor, se hizo partícipe de la carne mediante el alma racional. Pues el hombre Cristo, como pensaron los heréticos apolinaristas, ni careció de alma ni careció de alma racional; sino que, según su costumbre, la Escritura, para mostrar más la humildad de Cristo, no sea que el nombre de carne pareciera haber sido evitado como algo indigno, puso "carne" por "hombre"; pues no porque esté escrito: Verá toda carne la salvación de Dios (Is. LII, 10), no han de entenderse allí las almas. Por tanto, no se dijo otra cosa en "El Verbo se hizo carne" que si se dijera: El Hijo de Dios se hizo hijo del hombre. El cual, estando en la forma de Dios, como dice el Apóstol, no juzgó que fuera una rapiña el ser igual a Dios; pues no era por usurpación, para que se llamara rapiña, sino que era inherente a su naturaleza el ser igual; sin embargo, se anonadó a sí mismo, no perdiendo la forma de Dios, sino tomando la forma de siervo; se humilló a sí mismo, hecho obediente hasta la muerte, y muerte de cruz (Fil. II, 6-8). Ves cómo encomienda al mismo hombre que a Dios, para que sea una sola persona; no sea que se introduzca no la Trinidad, sino una cuaternidad. Pues así como no aumenta el número de personas cuando se añade la carne al alma para que sea un solo hombre, así no aumenta el número de personas cuando se añade el hombre al Verbo para que sea un solo Cristo. Se lee, pues: El Verbo se hizo carne, para que entendamos la singularidad de esta persona, no para que sospechemos que la divinidad se ha mudado en carne.

CAPÍTULO V.

Por tanto, Cristo hombre, para que por él se revelara la gracia del Nuevo Testamento, que no pertenece a la vida temporal sino a la eterna, no debió ciertamente ser encarecido por la felicidad terrena. De ahí la sujeción, de ahí la pasión, de ahí los azotes, los salivazos, las contumelias, la cruz, las heridas y, como si hubiera sido vencido y sometido, la misma muerte, para que sus fieles aprendieran qué premio de piedad debían pedir y esperar de aquel de quien habían sido hechos hijos; no fuera que se sirviera a Dios por esto como por algo grande, buscando alcanzar la felicidad terrena los que le sirvieran, arrojando y pisoteando su fe al estimarla por un precio vilísimo; de donde, por una providentísima beneficencia, Dios omnipotente concedió la felicidad terrena también a los impíos, para que no fuera buscada como algo grande por los buenos.

Hinc ille psalmus septuagesimus et secundus inducit hominem poenitentem, quod aliquando corde non recto, Deo pro hac mercede servierit, qua cum pollere atque excellere impios videret, turbatus coeperat cogitare quod Deus humana non curet. Et cum ab ista cogitatione eum sanctorum ad Deum pertinentium revocaret auctoritas, suscepit atque intendit agnoscere tam grande secretum, quod ei laboranti non patefactum est, donec intraret sanctuarium Dei, et intelligeret in novissima; hoc est, donec accepto Spiritu sancto disceret desiderare potiora, et prospiceret quae poena futura sit impiis, etiam qui fenea quadam felicitate temporaliter floruissent. Hunc psalmum septuagesimum secundum, nocte qua illucescebat solemnitas beatissimi Cypriani per ministerium nostrum expositum, lege et diligenter adverte.

14. Proinde homo Christus idemque Deus Christus, cujus misericordissima humanitate, atque in cujus forma servili discere deberemus quid in hac vita contemnendum, et quid in alia sperandum esset, in ipsa passione, in qua sibi ejus inimici magni victoresque videbantur, suscepit vocem infirmitatis nostrae, qua simul crucifigebatur vetus homo noster, ut evacuaretur corpus peccati (Rom. VI, 6), et dixit: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti (Psal. XXI 2)? Et hoc unum de quinque propositis tuis. Sic incipit psalmus vicesimus primus, qui de passione ipsius, et revelatione gratiae quam fidelibus faciendis liberandisque attulit, in prophetia tanto ante cantatus est.

CAPUT VI.

15. Proinde eumdem psalmum, cujus prophetiam Dominus ad se pertinere demonstrans, ejus primum versum exclamavit, cum penderet in ligno, commemorando exponendoque percurram, ut ex hoc intelligas quemadmodum gratia Testamenti Novi nec eo tempore tacebatur, quando in Vetere velabatur. Dicitur enim ex persona Christi, quod ad formam servi attinet, in qua portabatur nostra infirmitas. Dixit enim et de illo Isaias: Ille infirmitates nostras portat, et pro nobis in doloribus est (Isai. LIII, 4). Ex hujus igitur infirmitatis voce, de qua Paulus in eo quod petebat non exauditus, et ideo quodam modo derelictus, audit tamen a Domino, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur (II Cor. XII, 9): ex voce ergo hujus infirmitatis nostrae, quam in se transfiguravit caput nostrum, dicitur in hoc psalmo, Deus meus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti? In eo quippe derelinquitur deprecans, in quo non exauditur. Hanc in se vocem transfiguravit Jesus, vocem scilicet corporis sui, hoc est Ecclesiae suae a vetere homine in novum reformandae; vocem scilicet infirmitatis suae humanae, cui deneganda fuerant bona Veteris Testamenti, ut bona Novi Testamenti optare atque sperare jam disceret.

De aquí que aquel salmo setenta y dos introduzca a un hombre arrepintiéndose de haber servido alguna vez a Dios con un corazón no recto por esta recompensa, al ver que los impíos sobresalían y destacaban en ella; turbado, empezó a pensar que Dios no se cuida de las cosas humanas. Y al apartarlo de ese pensamiento la autoridad de los santos que pertenecen a Dios, emprendió e intentó conocer tan gran secreto, que no se le abrió mientras trabajaba, hasta que entró en el santuario de Dios y entendió en los novísimos; esto es, hasta que, recibido el Espíritu Santo, aprendió a desear cosas mejores y previó cuál será la pena futura de los impíos, incluso de los que temporalmente habían florecido con una especie de felicidad herbosa. Este salmo setenta y dos, expuesto por nuestro ministerio la noche en que amanecía la solemnidad del beatísimo Cipriano, léelo y adviértelo con diligencia.

Por tanto, el hombre Cristo y el mismo Dios Cristo, en cuya misericordiosísima humanidad y en cuya forma de siervo debíamos aprender qué es lo que hay que despreciar en esta vida y qué es lo que hay que esperar en la otra, en la misma pasión, en la que sus enemigos se creían grandes y vencedores, asumió la voz de nuestra flaqueza, por la cual a la vez era crucificado nuestro hombre viejo para que fuera evacuado el cuerpo del pecado (Rom. VI, 6), y dijo: Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado? (Sal. XXI, 2). Y esta es una de tus cinco propuestas. Así empieza el salmo veintiuno, que fue cantado en profecía tanto tiempo antes sobre su pasión y la revelación de la gracia que trajo para hacer y liberar a los fieles.

CAPÍTULO VI.

15. Por tanto, recorreré el mismo salmo, cuya profecía el Señor demostró que le pertenecía al exclamar su primer verso mientras pendía en el madero, conmemorándolo y exponiéndolo, para que por esto entiendas de qué modo la gracia del Nuevo Testamento no callaba ni siquiera en aquel tiempo en que estaba velada en el Antiguo. Pues se dice en la persona de Cristo, en lo que atañe a la forma de siervo, en la cual era portada nuestra flaqueza. Pues también de él dijo Isaías: Él porta nuestras flaquezas, y por nosotros está en dolores (Is. 53, 4). Por la voz, pues, de esta flaqueza —sobre la cual Pablo no fue escuchado en lo que pedía, y por eso fue en cierto modo abandonado, aunque oyó del Señor: Te basta mi gracia; pues la virtud en la flaqueza se perfecciona (2 Cor. 12, 9)—; por la voz, pues, de esta flaqueza nuestra, que nuestro Jefe transfiguró en sí mismo, se dice en este salmo: Dios mío, Dios mío, mírame; ¿por qué me has abandonado? Pues en aquello es abandonado el que suplica, en lo que no es escuchado. Esta voz transfiguró Jesús en sí mismo, a saber, la voz de su cuerpo, que es su Iglesia, que ha de ser reformada del hombre viejo en el nuevo; a saber, la voz de su flaqueza humana, a la cual debían serle negados los bienes del Antiguo Testamento, para que ya aprendiera a desear y esperar los bienes del Nuevo Testamento.

16. In illis autem Veteris Testamenti bonis, ad veterem hominem pertinentibus, praecipue concupiscitur vitae hujus productio temporalis, ut aliquanto diutius teneatur, quia semper non potest. Ideo diem mortis omnes quidem affuturum sciunt, et eum tamen omnes aut pene omnes differre conantur, etiam qui post mortem se beatius credunt esse victuros: tantam habet vim carnis et animae dulce consortium. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit (Eph. V, 29): et propterea non vult anima vel ad tempus ab ejus etiam infirmitate discedere, quamvis eam se in fine sine infirmitate in aeternum recepturam esse confidat. Proinde mente serviens legi Dei, carne autem trahens desideria peccati (Rom. VII, 25), quibus obedire vetat Apostolus, mentis quidem ratione concupiscit homo pius dissolvi, et esse cum Christo (Philipp. I, 23); sed id sensu carnis recusat et refugit, et si fieri possit, non vult exspoliari, sed supervestini, ut absorbeatur quod mortale est a vita (II Cor. V, 4), id est, ut ab infirmitate ad immortalitatem etiam ipsum corpus sine morte media transferatur.

17. Sed haec verba, quibus humanus dies et vitae hujus prolixitas concupiscitur, verba sunt delictorum, et longe sunt ab ea salute cujus nondum rem, sed jam spem gerimus; de qua scriptum est, Quia spe salvi facti sumus: spes autem quae videtur non est spes (Rom. VIII, 24). Ideoque et in isto psalmo cum dixisset, Deus meus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti? continuo subjungit, Longe a salute mea verba delictorum meorum; id est, haec verba delictorum meorum sunt, et longe ab illa salute mea sunt, quam mihi non Veteris, sed Novi Testamenti gratia pollicetur. Quanquam etiam sic distingui potest, Deus meus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti longe a salute mea? tanquam diceret, Relinquendo me, hoc est, non me exaudiendo, longe factus es a salute mea, praesenti scilicet salute hujus vitae: ut alius sensus sit, verba delictorum meorum, id est, ista quae dixi, verba sunt delictorum meorum, quia verba sunt carnalium desideriorum.

18. Haec ex persona sui corporis Christus dicit, quod est Ecclesia. Haec ex persona dicit infirmitatis carnis peccati, quam transfiguravit in eam quam sumpsit ex Virgine, similitudinem carnis peccati. Haec Sponsus ex persona sponsae loquitur, quia univit eam sibi quodam modo. Et apud Isaiam, ubi dicit, Sicut sponso alligavit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me ornamento (Isai. LXI, 10): alligavit mihi, et ornavit me, tanquam unius vox est, et tamen sponsum et sponsam Christum intelligimus et Ecclesiam.

16. En aquellos bienes del Antiguo Testamento, pertenecientes al hombre viejo, se desea principalmente la prolongación temporal de esta vida, para que se mantenga por algo más de tiempo, ya que no puede ser para siempre. Por eso todos saben que el día de la muerte ha de llegar, y sin embargo todos o casi todos intentan diferirlo, incluso los que creen que han de vivir más felizmente después de la muerte: tanta fuerza tiene el dulce consorcio de la carne y del alma. Pues nadie jamás odió su propia carne (Ef. 5, 29): y por eso el alma no quiere alejarse ni por un tiempo de su misma flaqueza, aunque confíe que al final la recibirá sin flaqueza para la eternidad. Por tanto, sirviendo con la mente a la ley de Dios, pero arrastrando con la carne los deseos del pecado (Rom. 7, 25), a los cuales el Apóstol prohíbe obedecer, el hombre piadoso desea ciertamente por la razón de la mente ser disuelto y estar con Cristo (Fil. 1, 23); pero por el sentido de la carne lo rehúsa y lo rehúye, y si fuera posible, no quiere ser desnudado, sino sobrevestido, para que lo que es mortal sea absorbido por la vida (2 Cor. 5, 4), esto es, para que desde la flaqueza a la inmortalidad incluso el mismo cuerpo sea trasladado sin muerte media.

17. Pero estas palabras, por las cuales se desea el día humano y la prolijidad de esta vida, son palabras de pecados (verba delictorum), y están lejos de aquella salud de la cual todavía no tenemos la realidad, sino ya la esperanza; sobre la cual está escrito: Porque en esperanza hemos sido salvados: pero la esperanza que se ve no es esperanza (Rom. 8, 24). Y por eso también en este salmo, habiendo dicho: Dios mío, Dios mío, mírame; ¿por qué me has abandonado?, añade inmediatamente: Lejos de mi salud están las palabras de mis pecados; esto es, estas son las palabras de mis pecados, y están lejos de aquella salud mía que me promete la gracia no del Antiguo, sino del Nuevo Testamento. Aunque también puede distinguirse así: Dios mío, Dios mío, mírame; ¿por qué me has abandonado lejos de mi salud?, como si dijera: Al abandonarme, esto es, al no escucharme, te has hecho lejos de mi salud, a saber, la salud presente de esta vida: de modo que sea otro sentido, las palabras de mis pecados, esto es, esas cosas que he dicho son las palabras de mis pecados, porque son palabras de deseos carnales.

18. Estas cosas dice Cristo desde la persona de su cuerpo, que es la Iglesia. Estas cosas dice desde la persona de la flaqueza de la carne de pecado, que él transfiguró en aquella semejanza de la carne de pecado que tomó de la Virgen. El Esposo habla estas cosas desde la persona de la esposa, porque de cierto modo la unió a sí mismo. Y en Isaías, donde dice: Como a un esposo me ligó la mitra, y como a una esposa me adornó con ornamento (Is. 61, 10): me ligó y me adornó, son como la voz de uno solo, y sin embargo entendemos por esposo a Cristo y por esposa a la Iglesia.

Sed, erunt duo in carne una; sacramentum magnum, dicit Apostolus, in Christo et in Ecclesia (Eph. V, 31, 32): igitur non jam duo, sed una caro (Matth. XIX, 6). Si ergo caro una, profecto competenter etiam vox una. Quid hic quaeris, humana infirmitas, vocem Verbi per quod facta sunt omnia? Audi potius vocem carnis quae facta est inter omnia; quoniam Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Audi potius medicinae vocem, qua sanaris ut videas Deum, quem tibi videndum distulit; hominem autem videndum attulit, occidendum obtulit, imitandum contulit, credendum transtulit, ut ista fide ad videndum Deum mentis oculus sanaretur. Quid ergo dedignamur audire vocem corporis ex ore capitis? Ecclesia in illo patiebatur, quando pro Ecclesia patiebatur: sicut etiam in Ecclesia patiebatur ipse, quando pro illo Ecclesia patiebatur. Nam sicut audivimus Ecclesiae vocem in Christo patientis, Deus, Deus meus, respice, etc., sic etiam audivimus Christi vocem in Ecclesia patientis, Saule, Saule, quid me persequeris (Act. IX, 4).

CAPUT VII.

19. Cum itaque non exaudimur ad temporalia bona retinenda vel adipiscenda, quando pro his deprecamur Deum, in eo quod nos non exaudit, derelinquit nos: sed ad potiora, quae vult ut intelligamus, et praeferamus, et concupiscamus, non nos derelinquit. Unde sequitur Psalmus, et dicit, Clamavi ad te per diem, nec exaudies (Psal. XXI, 3); et nocte: etiam hic subauditur, nec exaudies. Sed vide quid adjungit: et non ad insipientiam mihi. Hoc ergo dicit: Non me quidem exaudies clamantem per diem, id est in rebus prosperis, ut eas non amittam; et nocte, id est in rebus adversis, ut prospera quae amissa sunt, redeant: verum hoc mihi non ad insipientiam facies; sed potius ut sapiam quid jam per Novi Testamenti gratiam a te exspectare, quid desiderare, quid poscere debeam. Clamo quippe ego ut mihi bona temporalia non auferantur: Tu autem in sancto habitas, laus Israel (Ibid. 4). Nolo ut derelinquas concupiscentiam meam, qua carnalem felicitatem requiro. Verum haec est in sordibus vetustatis, tu autem quaeris munditiam novitatis; non exaudiendo istam cupiditatem relinquis, quia charitatem in qua habites, requiris: charitas autem Dei diffunditur in cordibus nostris, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5). Ideo in sancto habitas, laus Israel; laus videntium te, quia non in se laudantur, sed in te. Quid enim habent quod non acceperunt (I Cor. IV, 7)? ut qui gloriatur, in Domino glorietur (Id. I, 31).

Pero, serán dos en una sola carne; sacramento grande es este, dice el Apóstol, en Cristo y en la Iglesia (Ef. 5, 31-32): por tanto, ya no son dos, sino una sola carne (Mat. 19, 6). Si, pues, la carne es una sola, ciertamente también es competente una sola voz. ¿Qué buscas aquí, flaqueza humana, la voz del Verbo por quien todas las cosas fueron hechas? Oye más bien la voz de la carne que fue hecha entre todas las cosas; puesto que el Verbo se hizo carne, y habitó entre nosotros. Oye más bien la voz de la medicina, por la cual eres sanado para que veas a Dios, cuya visión él te aplazó; pero trajo al hombre para ser visto, lo ofreció para ser matado, lo concedió para ser imitado, lo trasladó para ser creído, para que por esta fe se sanara el ojo de la mente para ver a Dios. ¿Por qué, pues, nos dignamos poco a oír la voz del cuerpo por la boca de la cabeza? La Iglesia padecía en él, cuando él padecía por la Iglesia: así como también él mismo padecía en la Iglesia, cuando la Iglesia padecía por él. Pues así como hemos oído la voz de la Iglesia que padece en Cristo: Dios, Dios mío, mírame, etc., así también hemos oído la voz de Cristo que padece en la Iglesia: Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? (Hech. 9, 4).

CAPÍTULO VII.

19. Así pues, cuando no somos escuchados para retener o conseguir los bienes temporales, cuando pedimos a Dios por estas cosas, en aquello que no nos escucha, nos abandona; pero para cosas mejores, que quiere que entendamos, y prefiramos, y deseemos, no nos abandona. De donde el Salmo sigue y dice: Clamé a ti de día, y no escucharás (Sal. 21, 3); y de noche: también aquí se sobrentiende, y no escucharás. Pero mira lo que añade: y no para mi insipiencia. Esto, pues, dice: No me escucharás ciertamente cuando clamo de día, esto es, en la prosperidad, para que no la pierda; y de noche, esto es, en la adversidad, para que vuelvan las cosas prósperas que se perdieron; pero esto me lo harás no para mi insipiencia, sino más bien para que sepa qué es lo que ya debo esperar de ti por la gracia del Nuevo Testamento, qué debo desear, qué debo pedir. Pues yo clamo para que no se me quiten los bienes temporales: Pero tú habitas en el lugar santo, alabanza de Israel (Ibíd. 4). No quiero que abandones mi deseo, con el que busco la felicidad carnal. Pero esta está en las suciedades de la vetustez, y tú buscas la limpieza de la novedad; al no escuchar ese deseo, lo abandonas, porque buscas la caridad en la que habites: pues la caridad de Dios se difunde en nuestros corazones, pero por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom. 5, 5). Por eso habitas en el lugar santo, alabanza de Israel; alabanza de los que te ven, porque no son alabados en sí mismos, sino en ti. Pues ¿qué tienen que no hayan recibido? (1 Cor. 4, 7); para que el que se gloria, se glorie en el Señor (Id. 1, 31).

20. Haec est gratia Novi Testamenti: nam in Veteri Testamento, quando commendabas nonnisi a te peti sperarique debere etiam ipsam terrenam temporalemque felicitatem, In te speraverunt patres nostri; speraverunt, eteruisti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi (Psal. XXI, 5, 6). Illos quippe patres inter inimicos suos viventes, et divitiis implesti, et ab hostibus eruisti, gloriosasque victorias reportare fecisti, et de diversis eos mortibus liberasti. Pro alio subjecisti, ne feriretur, arietem (Gen. XXII, 13). Alium de putredine sanum, et ei dupla quae amiserat reddidisti (Job. XLII, 10). Alium inter leones esurientes illaesum integrumque servasti (Dan. XIV, 30-40). Alio rum inter flammas deambulantium grata voce laudatus es (Id. III, 23-90). Tale aliquid in Christo exspectabant fieri Judaei, unde probarent si vere Filius Dei esset. Ex eorum persona et in libro Sapientiae dicitur: Morte turpissima condemnemus illum: erit enim respectus in sermonibus ipsius. Si enim verus Dei Filius est, suscipiet eum et liberabit eum de manibus contrariorum. Haec, inquit, cogitaverunt et erraverunt: excaecavit enim eos malitia eorum (Sap. II, 18 21). Attendentes quippe tempus Veteris Testamenti, et illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibenda demonstravit Deus etiam talia dona sua esse, non viderunt jam esse tempus quo revelaretur in Christo bona aeterna proprie Deum praestare justis, qui bona temporalia praestat et impiis.

CAPUT VIII.

21. Denique cum dixisset, In te speraverunt patres nostri; speraverunt, et eruisti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi; vide quid adjunxerit: Ego autem sum vermis et non homo. Quod videtur quidem ad commendandam humilitatem simpliciter dictum, ut se in oculis persequentium, abjectissimum quiddam et contemptissimum demonstraret: sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasque mysterii, praesertim in eis verbis, quae tanto Salvatori in praedicatione prophetiae coaptantur. Dictus est hinc sensus elegantissimus a prioribus, ideo se hoc nomine Christum praenuntiari voluisse, quia vermis de carne sine concubitu nascitur, sicut ille natus est de virgine. Sed in libro suo Job, cum de creaturis coelestibus loqueretur quod in Dei conspectu etiam vix ipsae mundae sint, Quanto magis, inquit, homo putredo et filius hominis vermis (Job. XXV, 5, 6)! Putredinem pro mortalitate posuit, quae jam velut conceptam gerit moriendi necessitatem, in quam peccando contrusus est homo; et filium hominis vermem natum de putredine quasi putrem, hoc est de mortalitate mortalem.

20. Esta es la gracia del Nuevo Testamento: pues en el Antiguo Testamento, cuando recomendabas que incluso la misma felicidad terrena y temporal debía serte pedida y esperada solo de ti: En ti esperaron nuestros padres; esperaron, y los libraste. A ti clamaron, y fueron salvados; en ti esperaron, y no fueron confundidos (Sal. 21, 5-6). Pues a aquellos padres que vivían entre sus enemigos, tanto los llenaste de riquezas, como los libraste de las huestes, y les hiciste reportar gloriosas victorias, y los liberaste de diversas muertes. Por uno sustituiste, para que no fuera herido, un carnero (Gén. 22, 13). A otro, de la podredumbre lo sanaste, y le devolviste el doble de lo que había perdido (Job 42, 10). A otro, entre leones hambrientos lo conservaste ileso e íntegro (Dan. 14, 30-40). Por otros que caminaban entre las llamas fuiste alabado con voz agradecida (Id. 3, 23-90). Algo semejante esperaban los judíos que se hiciera en Cristo, por lo cual probaran si verdaderamente era el Hijo de Dios. Desde la persona de ellos también se dice en el libro de la Sabiduría: Condenémosle a muerte torpísima: pues habrá respeto en sus palabras. Pues si es verdaderamente el Hijo de Dios, lo acogerá y lo librará de las manos de los contrarios. Estas cosas, dice, pensaron y erraron: pues su malicia los cegó (Sab. 2, 18-21). Pues atendiendo al tiempo del Antiguo Testamento, y a aquella felicidad también temporal de los padres, en cuya exhibición a ellos demostró Dios que incluso tales dones suyos eran suyos, no vieron que ya era el tiempo en el que se revelara en Cristo que Dios concede propiamente los bienes eternos a los justos, él que concede los bienes temporales incluso a los impíos.

CAPÍTULO VIII.

21. Finalmente, habiendo dicho: En ti esperaron nuestros padres; esperaron, y los libraste. A ti clamaron, y fueron salvados; en ti esperaron, y no fueron confundidos; mira lo que añadió: Pero yo soy gusano y no hombre. Lo cual parece ciertamente dicho simplemente para recomendar la humildad, para que se mostrara ante los ojos de sus perseguidores como algo abyectísimo y despreciabilísimo; pero no hay que despreciar la altura del secreto y la profundidad del misterio, especialmente en aquellas palabras que se adaptan a tan gran Salvador en la predicación de la profecía. Un sentido elegantísimo ha sido expresado aquí por los antecesores: que Cristo quiso que se le prenunciara con este nombre por esta razón, porque el gusano nace de la carne sin concúbito, tal como él nació de una virgen. Pero en su libro Job, cuando hablaba de las criaturas celestiales, diciendo que ante la vista de Dios apenas ellas mismas son limpias: ¡Cuánto más —dice— el hombre podredumbre y el hijo del hombre gusano! (Job 25, 5-6). Puso podredumbre por la mortalidad, que ya lleva como concebida la necesidad de morir, en la cual fue empujado el hombre al pecar; e hijo del hombre gusano nacido de la podredumbre como podrido, esto es, mortal de la mortalidad.

Ac per hoc in his verbis Psalmi, alium sensum nos quaerere admonuit, illo quidem salvo neque reprobato: ut non solum scrutemur quod ait, Ego autem sum vermis, sed etiam illud quod addidit, et non homo; secundum illud quod de libro Job commemoravi, tanquam diceret, Ego autem sum filius hominis, et non homo: non quod homo non sit Christus, de quo dicit Apostolus, Unus est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus (I Tim. II, 5); omnis enim filius hominis, homo est; sed ad quemdam respicit sensus iste, qui sic homo fuerit, ut non esset filius hominis, id est Adam. Forte ergo sic est dictum, Ego autem sum vermis, et non homo, id est, ego autem sum filius hominis, et non homo: tanquam diceretur, Ego autem sum Christus, in quo omnes vivificantur; non Adam, in quo omnes moriuntur (I Cor. XV, 22).

22. Ac per hoc, homines, discite per gratiam Novi Testamenti jam vitam concupiscere sempiternam. Quid pro magno ita vos vultis a Domino de morte liberari, sicut liberati sunt patres vestri, quando commendabat Deus etiam terrenae felicitatis praeter se non esse alium largitorem? Illa felicitas ad veterem hominem pertinet, quae vetustas ab Adam coepit: Ego autem sum vermis, et non homo; Christus, non Adam. A veteri veteres fuistis, a novo novi estote: ab Adam homines, a Christo filii hominum. Non enim sine causa familiarissime Dominus in Evangelio se filium hominis (Matth. XVII, 9, 12) dicit magis quam hominem: nec sine causa in alio psalmo, Homines, inquit, et jumenta salvos facies, Domine; sicut multiplicata est misericordia tua, Deus. Abs te quippe etiam ista salus hominibus jumentisque communis. Sed habent aliam homines novi propriam quamdam et a jumentorum consortio separatam, quae ad Novum pertinet Testamentum: habent omnino; nam de illa ibidem sequitur et dicit, Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos. Quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen (Psal. XXXV, 7-10); posterius dixit, Filii autem hominum, tanquam distinguens ab hominibus filios hominum. In illa quippe felicitate ejus salutis quae communis est hominibus et jumentis, eo nomine illos appellare voluit, quo demonstrarentur ad illum primum hominem pertinere, quo vetustas coepit et mors, qui sic fuit homo, ut non esset filius hominis. Istis autem posterioribus, qui sperant aliam felicitatem, et fontis vitae ineffabilem voluptatem, et sempiterni luminis lumen, hoc nomen imposuit, quo se familiarius appellari voluit Dominus eorum in quos talis gratia revelata est, eo que filios hominum potius quam homines appellavit.

Y por esto, en estas palabras del Salmo, nos amonestó a buscar otro sentido, quedando aquel a salvo y no reprobado: para que no solo escrutemos lo que dice, Pero yo soy gusano, sino también lo que añadió, y no hombre; según aquello que conmemoré del libro de Job, como si dijera: Pero yo soy hijo del hombre, y no hombre: no porque Cristo no sea hombre, de quien dice el Apóstol: Uno es el mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús (1 Tim. 2, 5); pues todo hijo de hombre es hombre; sino que este sentido mira a aquel que fue hombre de tal modo que no era hijo de hombre, esto es, Adán. Por tanto, tal vez se dijo así: Pero yo soy gusano, y no hombre, esto es, pero yo soy hijo del hombre, y no hombre: como si se dijera: Pero yo soy Cristo, en quien todos son vivificados; no Adán, en quien todos mueren (1 Cor. 15, 22).

22. Y por esto, hombres, aprended por la gracia del Nuevo Testamento a desear ya la vida eterna. ¿Por qué queréis como algo grande ser librados de la muerte por el Señor así como fueron librados vuestros padres, cuando recomendaba Dios que incluso de la felicidad terrena no hay otro dador fuera de él? Aquella felicidad pertenece al hombre viejo, cuya vetustez empezó desde Adán: Pero yo soy gusano, y no hombre; Cristo, no Adán. De lo viejo fuisteis viejos, de lo nuevo sed nuevos: de Adán hombres, de Cristo hijos de hombres. Pues no sin causa el Señor se llama a sí mismo muy familiarmente en el Evangelio hijo del hombre (Mat. 17, 9. 12) más que hombre: ni sin causa en otro salmo dice: A los hombres y a los jumentos salvarás, Señor; según se ha multiplicado tu misericordia, Dios. De ti, en efecto, es también esta salud común a los hombres y a los jumentos. Pero los hombres nuevos tienen otra salud propia y separada del consorcio de los jumentos, que pertenece al Nuevo Testamento: la tienen totalmente; pues de ella sigue allí mismo y dice: Pero los hijos de los hombres esperarán bajo el tegumento de tus alas. Se embriagarán de la abundancia de tu casa, y los abrevarás en el torrente de tu delicia. Porque en ti está la fuente de la vida, y en tu luz veremos la luz (Sal. 35, 7-10); después dijo: Pero los hijos de los hombres, como distinguiendo de los hombres a los hijos de los hombres. Pues en aquella felicidad de su salud que es común a los hombres y a los jumentos, quiso llamarlos con aquel nombre por el cual se demostrara que pertenecen a aquel primer hombre, por quien empezó la vetustez y la muerte, el cual fue hombre de tal modo que no era hijo de hombre. Pero a estos posteriores, que esperan otra felicidad, y la inefable delicia de la fuente de la vida, y la luz de la luz eterna, les impuso este nombre con el que quiso el Señor ser llamado más familiarmente por aquellos en quienes tal gracia ha sido revelada, y por eso los llamó hijos de los hombres más que hombres.

23. Non autem existimes quasi locutionis regulam figi perpetua lege servandam, ut ubicumque legeris homines, aut filios hominum, secundum hanc distinctionem semper intelligas: sed ut se habuerit circumstantia lectionis, unde sensus, si patet, hauritur; si latet, eruitur. Sicut in hoc loco psalmi hujus, quem non moveat distinctionis intentio? cum ille qui dixerat, In te speraverunt patres nostri, et eruisti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi, subjungit, Ego autem: non enim ait sic, Et ego; sed, Ego autem. Quid ergo iste qui se ita distinguit? Ego autem sum vermis, inquit, et non homo; tanquam illis quos exaudisti, et eruisti, eam commendares felicitatem quae ad Vetus pertinens Testamentum, homini veteri tribuenda esset, qui coepit ab Adam, Ego autem sum vermis; hoc est filius hominis, non homo, sicut ille homo qui non fuit filius hominis.

CAPUT IX.

24. Ac per hoc et quod sequitur, Opprobrium hominum, et abjectio plebis. Omnes qui conspiciebant me, subsannabant me, et locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in Deum, eruat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum. Hoc in labiis, non in corde dixerunt, insultando quod non fieret, non credendo quod futurum esset. Factum est autem et hoc, sed sicut fieri oportebat in filio hominis, in quo spes aeternae vitae fuerat revelanda ad Novum pertinens Testamentum, non sicut illi exspectabant; et quia fieri non videbant, tanquam superato insultabant, pertinentes ad Testamentum Vetus et hominem in quo omnes moriuntur, non ad filium hominis in quo omnes vivificabuntur. Mortem quippe intulit homo sibi filioque hominis: vitam vero attulit homini moriens et resurgens Filius hominis, opprobrium hominum et abjectio plebis usque ad mortem. Hoc enim voluit pati in conspectu inimicorum, quo eum tanquam derelictum putarent, ut gratia commendaretur Novi Testamenti, qua disceremus aliam quaerere felicitatem, quae nunc est in fide, postea vero erit in specie. Quamdiu enim sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem (II Cor. V, 6, 7): et ideo nunc in spe, tunc in re.

23. No estimes, sin embargo, que se fija como una regla de locución por una ley perpetua, para que dondequiera que leas hombres o hijos de hombres, siempre los entiendas según esta distinción; sino según se presente la circunstancia de la lectura, de donde el sentido, si está patente, se extrae; si está latente, se saca fuera. Como en este lugar de este salmo, ¿a quién no movería la intención de la distinción? puesto que aquel que había dicho: En ti esperaron nuestros padres, y los libraste. A ti clamaron, y fueron salvados; en ti esperaron, y no fueron confundidos, añade: Pero yo: pues no dice: Y yo; sino: Pero yo. ¿Qué es, pues, este que así se distingue? Pero yo soy gusano, dice, y no hombre; como si a aquellos a quienes escuchaste y libraste, les recomendaras aquella felicidad que, perteneciendo al Antiguo Testamento, debía atribuirse al hombre viejo que empezó desde Adán; Pero yo soy gusano; esto es, hijo de hombre, no hombre, como aquel hombre que no fue hijo de hombre.

CAPÍTULO IX.

24. Y por esto también lo que sigue: Oprobio de los hombres y abyección de la plebe. Todos los que me veían, me escarnecían; hablaron con los labios y movieron la cabeza. Esperó en Dios, que lo libre, que lo salve, ya que lo quiere. Esto lo dijeron con los labios, no en el corazón, insultando porque no se hacía, no creyendo lo que había de ser. Pero se hizo también esto, pero como convenía que se hiciera en el Hijo del hombre, en quien la esperanza de la vida eterna debía ser revelada perteneciendo al Nuevo Testamento, no como ellos esperaban; y porque no lo veían hacerse, insultaban como a un vencido, perteneciendo ellos al Antiguo Testamento y al hombre en quien todos mueren, no al Hijo del hombre en quien todos serán vivificados. Pues el hombre se trajo la muerte a sí mismo y al hijo del hombre; pero la vida la trajo al hombre, muriendo y resucitando, el Hijo del hombre, oprobio de los hombres y abyección de la plebe hasta la muerte. Pues esto quiso padecer a la vista de sus enemigos, por lo cual lo creyeran como abandonado, para que se recomendara la gracia del Nuevo Testamento, por la cual aprendiéramos a buscar otra felicidad, que ahora está en la fe, pero después estará en la visión (specie). Pues mientras estamos en el cuerpo, dice el Apóstol, peregrinamos lejos del Señor; pues caminamos por la fe, no por la visión (2 Cor. 5, 6-7): y por eso ahora en la esperanza, entonces en la realidad.

25. Denique resurrectionem suam, quam non sicut nostram in longum differri oportebat, ut in exemplo carnis ejus disceremus quid in nostra sperare deberemus, noluit alienis demonstrare, sed suis: alienis dico, non natura, sed vitio, quod semper est contra naturam. Mortuus est ergo in conspectu hominum, resurrexit autem in conspectu filiorum hominum; quia mors ad hominem pertinebat, resurrectio ad filium hominis: sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur. Ut igitur exemplo suae carnis exhortaretur fideles suos temporalem pro aeterna felicitatem contemnere, usque ad mortem pertulit persequentes atque saevientes, et quasi victo et oppresso superbe illudentes. Quod autem carnem suam resuscitavit, et discipulorum conspectibus et contactibus reddidit, eisque videntibus ascendit in coelum, ipsos aedificavit, et quid exspectare, quid praedicare deberent, evidentissima veritate demonstravit. Illos autem a quibus tanta mala usque ad mortem pertulerat, quasi de illo superato et exstincto gloriantes, in ea opinione dereliquit, ut quisquis eorum salute aeterna salvus fieri vellet, hoc de illius mortui resurrectione crederet, quod ii qui viderunt, signis contestantibus praedicaverunt, et pro ea praedicatione similia perpeti non dubitaverunt.

CAPUT X.

26. Quapropter etiam Jacobus unus ex Apostolis ejus, in Epistola sua, cum hortaretur fideles qui post passionem et resurrectionem Christi adhuc in ista vita tenebantur, dispensationem Veteris Testamenti Novique distinguens, Sustinentiam, inquit, Job audistis, et finem Domini vidistis (Jacobi V, 11): ne ideo patienter sustinerent temporalia mala, ut sibi hoc restitueretur quod recepisse legimus Job (XLII, 10). Nam et ab illo vulnere atque putredine salvus factus est, et ei cuncta quae amiserat, duplicia sunt restituta: ubi etiam commendata est resurrectionis fides. Nam filii non dupli, sed totidem redditi, etiam illos quos amiserat resurrecturos significarunt; ut sic ipsi quoque illis prioribus juncti, a restitutione dupli non invenirentur alieni. Ut ergo non talem remunerationem speraremus, quando mala temporalia pateremur, non ait, Sustinentiam et finem Job audistis; sed ait, Sustinentiam Job audistis, et finem Domini vidistis: tanquam diceret, Mala temporalia sicut Job sustinete; sed pro hac sustinentia non temporalia bona sperate, quae illi aucta redierunt, sed aeterna potius, quae in Domino praecesserunt.

25. Finalmente, su resurrección, que no convenía que se difiriera por mucho tiempo como la nuestra, para que en el ejemplo de su carne aprendiéramos qué debíamos esperar en la nuestra, no quiso demostrarla a los extraños, sino a los suyos: digo extraños no por naturaleza, sino por vicio, lo cual es siempre contra la naturaleza. Murió, pues, a la vista de los hombres, pero resucitó a la vista de los hijos de los hombres; porque la muerte pertenecía al hombre, la resurrección al Hijo del hombre: pues como en Adán todos mueren, así también en Cristo todos serán vivificados. Para que, por tanto, con el ejemplo de su carne exhortara a sus fieles a despreciar la felicidad temporal por la eterna, soportó hasta la muerte a los que le perseguían y se ensañaban, y que como a vencido y oprimido soberbiamente se burlaban. Pero el que resucitara su carne, y la devolviera a las vistas y tactos de los discípulos, y subiera al cielo viéndolo ellos, a ellos los edificó, y demostró con evidentísima verdad qué debían esperar y qué debían predicar. Pero a aquellos de quienes había soportado tan grandes males hasta la muerte, que se gloriaban como de uno vencido y extinguido, los dejó en esa opinión, para que cualquiera de ellos que quisiera salvarse con la salvación eterna, creyera esto sobre la resurrección de aquel muerto, lo cual predicaron los que lo vieron con signos que lo atestiguaban, y no dudaron en padecer cosas semejantes por esa predicación.

CAPÍTULO X.

26. Por lo cual también Santiago, uno de sus Apóstoles, en su Epístola, cuando exhortaba a los fieles que después de la pasión y resurrección de Cristo todavía se mantenían en esta vida, distinguiendo la dispensación del Antiguo y del Nuevo Testamento, dijo: Habéis oído la paciencia de Job, y habéis visto el fin del Señor (Sant. 5, 11); para que no soportaran pacientemente los males temporales por esto, para que se les restituyera lo que leemos que recibió Job (Job 42, 10). Pues tanto fue sanado de aquella llaga y podredumbre, como le fueron restituidas por el doble todas las cosas que había perdido; donde también se recomendó la fe de la resurrección. Pues los hijos no le fueron devueltos al doble, sino en igual número, significando que también aquellos que había perdido habían de resucitar; para que así ellos mismos también, unidos a aquellos primeros, no se encontraran ajenos a la restitución del doble. Para que, por tanto, no esperáramos tal remuneración cuando padeciéramos males temporales, no dijo: Habéis oído la paciencia y el fin de Job; sino que dijo: Habéis oído la paciencia de Job, y habéis visto el fin del Señor: como si dijera: Soportad los males temporales como Job; pero por esta sustentación no esperéis bienes temporales, que a él le volvieron aumentados, sino más bien los eternos, que precedieron en el Señor.

Job ergo de illis patribus erat, qui exclamaverunt, et salvi facti sunt. Cum enim dicit, Ego autem, satis insinuat qua salute illos salvos esse factos velit intelligi; in qua ipse utique derelictus est: non quod illi a salute aeterna fuerint alieni; sed in occulto tunc erat quod in Christo fuerat revelandum. In Veteri quippe Testamento velamen est quod tunc auferetur, cum ad Christum quisque inde transierit: quo crucifixo velamen etiam templi scissum est (Matth. XXVII, 51), ut significaretur quod Apostolus de velamine Veteris Testamenti dixit, quoniam in Christo evacuatur (II Cor. III, 14).

27. Nam et in illis patribus quamvis rarissima, tamen fuerunt, et usque ad mortem exempla patientiae, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae (Luc. XI, 51); quorum sanguinem dicit Dominus Jesus et ab eis exigendum qui in patrum suorum, a quibus illi occisi sunt, iniquitate persisterent: et in Novo Testamento nec defuit, nec deest bonorum fidelium multitudo, qui etiam ista temporali felicitate praepolleant, et in ea largitoris Dei bonitatem misericordiamque experiantur, tenentes tamen quod dispensator Novi Testamenti divitibus hujus saeculi Apostolus praecepit, non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum; ut bene faciant, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam (I Tim. VI, 17-19): qualis in Christi non tantum spiritu, verum etiam carne manifestata est, cum resurrexit a mortuis, non qualem Judaei in illo peremerunt, quando eum de manibus eorum Deus non eruit, eumque dereliquisse visus est exclamantem, Deus meus, Deus meus; utquid me dereliquisti? ut eo modo in se transfiguraret martyres suos, qui etsi mori nollent, quod etiam Petro dixit, Alter te cinget, et feret quo tu non vis; significans qua morte clarificaturus erat Deum (Joan. XXI, 18), et ob hoc a Deo suo derelicti viderentur ad tempus, cum eis praestare nollet quod vellent, illam vocem cordis emitterent, iilumque adhiberent pietatis affectum, quem passione impendente ore proprio Dominus expressit, eos in se identidem transfigurans, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater (Matth. XXVI, 39).

CAPUT XI.

28. In quo enim primitus, nisi in ipso capite nostro apparere debuit, propter quam vitam christiani sumus? Propterea non ait, Deus meus, Deus meus, dereliquisti me; sed causam commonuit requirendam, cum addidit, utquid dereliquisti me? id est, quare, propter quid, quam ob causam?

Job, pues, era de aquellos padres que exclamaron y fueron salvados. Pues cuando dice: Pero yo, insinúa suficientemente con qué salud quiere que se entienda que ellos fueron salvados; en la cual él ciertamente fue abandonado: no porque ellos fueran ajenos a la salud eterna; sino que estaba entonces en oculto lo que en Cristo había de ser revelado. Pues en el Antiguo Testamento hay un velo que entonces se quita, cuando cada uno pasa de allí a Cristo: crucificado el cual, el velo del templo también se rasgó (Mat. 27, 51), para que se significara lo que el Apóstol dijo sobre el velo del Antiguo Testamento, que en Cristo se evacúa (2 Cor. 3, 14).

27. Pues también en aquellos padres, aunque rarísimos, sin embargo hubo ejemplos de paciencia hasta la muerte, desde la sangre de Abel hasta la sangre de Zacarías (Luc. 11, 51); cuya sangre dice el Señor Jesús que ha de ser exigida también de aquellos que persistieran en la iniquidad de sus padres, por quienes ellos fueron matados: y en el Nuevo Testamento ni faltó, ni falta una multitud de buenos fieles, que incluso sobresalen en esta felicidad temporal, y en ella experimentan la bondad y misericordia de Dios dador, manteniendo sin embargo lo que el dispensador del Nuevo Testamento, el Apóstol, mandó a los ricos de este siglo: no saber soberbiamente, ni esperar en la incertidumbre de las riquezas, sino en el Dios vivo, que nos presta todas las cosas abundantemente para disfrutar; para que obren bien, sean ricos en buenas obras, distribuyan fácilmente, comuniquen, atesoren para sí un buen fundamento para el futuro, para que aprehendan la verdadera vida (1 Tim. 6, 17-19): cual fue manifestada no solo en el espíritu de Cristo, sino verdaderamente también en su carne, cuando resucitó de entre los muertos, no cual los judíos destruyeron en él, cuando Dios no lo libró de las manos de ellos, y pareció haberlo abandonado exclamando: Dios mío, Dios mío; ¿por qué me has abandonado?; para de ese modo transfigurar en sí mismo a sus mártires, quienes aunque no quisieran morir —lo que también dijo a Pedro: Otro te ceñirá, y te llevará adonde tú no quieras; significando con qué muerte había de clarificar a Dios (Juan 21, 18)—, y por esto parecieran abandonados por su Dios por un tiempo, cuando no quisiera concederles lo que querían, emitieran aquella voz del corazón, y aplicaran aquel afecto de piedad, que con la pasión inminente el Señor expresó con su propia boca, transfigurándolos en sí repetidamente: Pero no lo que yo quiero, sino lo que tú quieres, Padre (Mat. 26, 39).

CAPÍTULO XI.

28. ¿En quién, pues, primero, si no en nuestra misma Cabeza, debió aparecer por qué vida somos cristianos? Por eso no dijo: "Dios mío, Dios mío, me has abandonado"; sino que sugirió que se buscara la causa cuando añadió: "¿por qué me has abandonado?" (utquid dereliquisti me?); es decir, ¿por qué razón, por qué motivo, por qué causa?

Profecto enim erat aliqua causa, eaque non parva, ut Noe liberaret de diluvio, Loth de coelesti incendio, Isaac de imminenti gladio, Joseph de calumnia mulieris et custodia carceris, Moysen ab Aegyptiis, Raab ab excidio civitatis, Susannam a testibus falsis, Danielem a leonibus, tres viros ab ignibus, aliosque patres qui exclamaverunt, et salvi facti sunt; et Christum de manibus Judaeorum non liberaret, eumque in potestate saevientium usque ad mortis exitum derelinqueret. Utquid hoc? propter quid hoc, nisi propter illud quod paulo post in eodem psalmo dicit, non ad insipientiam mihi; hoc est, corpori meo, Ecclesiae meae, minimis meis? Nam et in Evangelio, Quando uni ex minimis meis fecistis, inquit, mihi fecistis (Matth. XXV, 40). Sic itaque dictum est, et non ad insipientiam mihi, quomodo dictum est, mihi fecistis, et sic dictum est, quare me dereliquisti, quomodo dictum est, Qui vos recipit, me recipit; et qui vos spernit, et me spernit (Luc. X, 16). Non ergo ad insipientiam nobis, sed ut sapiamus: non propter istam vitam, in qua nos Deus aliquando usque ad mortem persequentium manibus derelinquit, sed propter illam sempiternam nos debere esse christianos; quia hoc in illo praecessisse intuemur, ex cujus nomine sic vocamur.

29. Ecce ita factum est: tamen tam multi non ob aliud volunt esse christiani, nisi ut hujus vitae felicitate perfruantur; ideoque illa deficiente deficiunt. Quid, si non in ipso nostro capite tam insigne constitueretur exemplum, quo disceremus pro coelestibus terrena rontemnere, non respicientes quae videntur, sed quae non videntur? quae enim videntur, temporalia sunt; quae autem non videntur, aeterna (II Cor. IV, 18). Quos in se vocibus illis transfigurare dignatus est. Nam quantum ad ipsum attinet, quomodo vellet liberari ab illa hora, qui propterea venerat in illam horam (Joan. XII, 27.)? aut quomodo sic loquebatur, quasi quod nollet ei accideret, cum potestatem habuerit ponendi animam suam, et iterum sumendi eam, nec eam quisquam tolleret ab illo, sed eam ipse poneret et resumeret, sicut in Evangelio dicit (Id. X, 18)? Sed procul dubio nos in illis vocibus eramus, et caput pro suo corpore loquebatur, non disjuncta significatione vocis, ubi connexio non disjungitur unitatis.

CAPUT XII.

Pues ciertamente había alguna causa, y no pequeña, para que librara a Noé del diluvio, a Lot del incendio celestial, a Isaac de la espada inminente, a José de la calumnia de la mujer y de la custodia de la cárcel, a Moisés de los egipcios, a Rajab del exterminio de la ciudad, a Susana de los testigos falsos, a Daniel de los leones, a los tres varones de los fuegos, y a otros padres que clamaron y fueron salvados; y en cambio no librara a Cristo de las manos de los judíos, y lo dejara en poder de los enfurecidos hasta el término de la muerte. ¿Por qué esto? ¿Por qué motivo esto, sino por aquello que dice poco después en el mismo salmo: "no para mi insensatez" (non ad insipientiam mihi); esto es, para mi cuerpo, para mi Iglesia, para mis pequeñuelos? Pues también en el Evangelio dice: "Cuando lo hicisteis a uno de mis pequeñuelos, a mí me lo hicisteis" (Mat. 25, 40). Así, pues, se dijo: "y no para mi insensatez", del mismo modo que se dijo: "a mí me lo hicisteis"; y así se dijo: "¿por qué me has abandonado?", del mismo modo que se dijo: "Quien a vosotros recibe, a mí me recibe; y quien a vosotros desprecia, a mí me desprecia" (Luc. 10, 16). No, por tanto, para nuestra insensatez, sino para que seamos sabios: no por esta vida, en la cual Dios a veces nos deja hasta la muerte en manos de los perseguidores, sino por aquella vida sempiterna debemos ser cristianos; porque percibimos que esto precedió en aquel de cuyo nombre así somos llamados.

29. He aquí que así ha sucedido: sin embargo, tantos no quieren ser cristianos por otra razón sino para disfrutar de la felicidad de esta vida; y por eso, al faltar esta, ellos desfallecen. ¿Qué pasaría si en nuestra misma Cabeza no se constituyera tan insigne ejemplo, por el cual aprendiéramos a despreciar lo terreno por lo celestial, no mirando las cosas que se ven, sino las que no se ven? Pues las que se ven son temporales; pero las que no se ven, eternas (2 Cor. 4, 18). A los cuales se dignó transfigurar en sí con aquellas voces. Pues en cuanto a lo que a él mismo se refiere, ¿cómo querría ser librado de aquella hora, quien para eso había venido a aquella hora (Juan 12, 27)? ¿O cómo hablaba así, como si le sucediera lo que no quería, cuando tuvo potestad de poner su alma y de tomarla de nuevo, ni nadie se la quitaba, sino que él mismo la ponía y la reasumía, como dice en el Evangelio (Juan 10, 18)? Pero sin duda alguna nosotros estábamos en aquellas voces, y la Cabeza hablaba por su cuerpo, sin que hubiera disyunción en la significación de la voz donde no se disyunta la conexión de la unidad.

CAPÍTULO XII.

30. Denique in Psalmo sequitur, et orans adverte quid dicat: Quoniam, inquit, extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meae. In te jactatus sum ex utero; de ventre matris meae Deus meus es tu: (Psal. XXI, 10, 11) tanquam diceret, De alia re, et ab alia aliam rem me trajecisti, ut tu sis mihi bonum pro terrenis bonis mortalitatis hujus, quam in matris ventre sortitus sum, cujus ubera suxi. Haec enim vetustas est, de qua me tu extraxisti; et illa carnalis nativitatis bona sunt, a quibus tu spes mea es: inde enim ad te conversus sum. Et ex utero, id est, qui ex his in utero inchoavi, in te jactatus sum; ad te scilicet transiens, totum me tibi committens. Ideoque de ventre matris meae, id est de bonis carnis quam sumpsi in ventre matris meae, Deus meus es tu, ut de his tu sis bonum meum: ea locutione dictum est, ac si diceretur, verbi gratia, De terra coelum habito, hoc est, hinc illo emigravi; et ista nostra in illum transfiguratio est, qui per gratiam Testamenti Novi mutamus vitam, transeuntes de vetere ad novam. Nam ille hanc rem sacramento suae passionis resurrectionisque significans, carnem mutavit de mortalitate ad immortalitatem: vitam vero non mutavit de vetustate in novitatem, qui nunquam fuit in impietate, unde transiret ad pietatem.

31. Quanquam non defuerunt qui hoc quod dictum est, De ventre matris meae Deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniam Pater in tantum est Deus ejus, in quantum homo est in forma servi, non in quantum illi aequalis in forma Dei est ; ideo De ventre matris meae Deus meus es tu, ac si diceret, Ex eo quod homo factus sum, Deus meus es tu. Sed quid est, Tu extraxisti me de ventre, si ad ipsum Jesum de Virgine procreatum refertur? quasi alios Deus non extrahat, in cujus providentia est omnis ordo nascendi: an inde significare voluit partum Virginis servata virginitatis integritate mirabili, cum ait, Tu extraxisti me de ventre matris meae; ut quod illic mirabiliter factum est, cum Deus fecisse dicitur, nemini incredibile videatur? Quid ergo est et illud, Spes mea ab uberibus matris meae? Quomodo et hoc ad ipsum caput Ecclesiae referri potest, quasi spes ejus quae in Deo est, a matris uberibus ei coeperit, non et ante in ipso utero? Neque enim spes alia intelligenda est, nisi qua futurum erat ut Deus eum exaltaret a mortuis: totum hoc quippe, secundum id quod homo factus est, dicitur.

30. Finalmente, sigue en el Salmo, y advierte qué dice al orar: "Porque", dice, "tú me sacaste del vientre, esperanza mía desde los pechos de mi madre. Sobre ti fui arrojado desde el útero; desde el vientre de mi madre tú eres mi Dios" (Sal. 21, 10. 11). Como si dijera: De una cosa, y de una a otra cosa me trasladaste, para que tú seas para mí el bien en lugar de los bienes terrenos de esta mortalidad, que obtuve en el vientre de mi madre, cuyos pechos lacté. Pues esta es la vejez de la que tú me sacaste; y aquellos son los bienes de la natividad carnal, de los cuales tú eres mi esperanza: pues de allí me convertí a ti. And "desde el útero", esto es, yo que de estos comencé en el útero, "sobre ti fui arrojado"; pasando ciertamente a ti, encomendándome todo a ti. Y por eso "desde el vientre de mi madre", esto es, de los bienes de la carne que tomé en el vientre de mi madre, "tú eres mi Dios", para que de estos tú seas mi bien: se dijo con aquel modo de hablar, como si se dijera, por ejemplo: "De la tierra habito el cielo", esto es, de aquí emigré allá; y esta es nuestra transfiguración en aquel, quienes por la gracia del Nuevo Testamento mudamos la vida, pasando de la vieja a la nueva. Pues él, significando esta realidad con el sacramento de su pasión y resurrección, mudó la carne de la mortalidad a la inmortalidad: pero no mudó la vida de la vejez a la novedad, quien nunca estuvo en la impiedad, de donde pasara a la piedad.

31. Aunque no faltaron quienes sintieran que esto que se dijo: "Desde el vientre de mi madre tú eres mi Dios", pertenecía a nuestra misma Cabeza, puesto que el Padre es su Dios en cuanto que es hombre en forma de siervo, no en cuanto que es igual a él en forma de Dios; por eso "Desde el vientre de mi madre tú eres mi Dios", como si dijera: "Por el hecho de que fui hecho hombre, tú eres mi Dios". Pero ¿qué es: "Tú me sacaste del vientre", si se refiere al mismo Jesús procreado de la Virgen? ¿Como si Dios no sacara a los demás, en cuya providencia está todo el orden del nacer? ¿O quiso significar con ello el parto de la Virgen conservada la integridad de la virginidad admirable, cuando dice: "Tú me sacaste del vientre de mi madre"; para que lo que allí se hizo admirablemente, cuando se dice que Dios lo hizo, a nadie le parezca increíble? ¿Qué es, pues, también aquello: "Esperanza mía desde los pechos de mi madre"? ¿Cómo puede también esto referirse a la misma Cabeza de la Iglesia, como si su esperanza que está en Dios hubiera comenzado para él desde los pechos de la madre, y no también antes en el mismo útero? Pues no debe entenderse otra esperanza sino aquella por la cual había de ser que Dios lo exaltara de entre los muertos: todo esto, por cierto, se dice según aquello que fue hecho hombre.

An forte quia ubera feminarum ab ipso conceptu in ubertatem promoveri prohibentur, sic intelligi voluit, ab uberibus; tanquam diceret, Ex quo carnem sumpsi, cui carni fuerat speranda immortalitas: ut non ante spes ei esset, cum in forma Dei esset, in qua nihil in melius mutandum esset; sed ab uberibus matris, id est ab ipsa susceptione carnis, quae concipiebatur in spe, cujus spei res futura erat, cum ad immortalitatem de morte transiret?

32. Sed quod dictum est, In te jactatus sum ex utero, quomodo coaptari capiti possit, ignoro: quasi in utero cum esset, non in Deo fuerit, in quo vivimus, movemur, et sumus (Act. XVII, 28); aut illius infantis anima rationalis, ex quo caro processit ex utero, Deum sperare coeperit. Nisi forte credendum est, jam nato animam rationalem accessisse, quae intra viscera matris adhuc ei defuisset: et quoniam eadem anima, quae carni jam natae addita est, Deo inhaerebat, ideo secundum eamdem carnem dictum esse existimandum est, In te jactatus sum ex utero; tanquam diceret, Eam sortitus sum animam ex utero, quae tibi cohaereret. Sed quis audeat in hanc se temere praecipitare sententiam, cum ratio de adventu vel exortu animae in tanto naturae profundo sic lateat, ut satius sit eam semper quaerere quamdiu in hac vita sumus, quam aliquando invenisse praesumere? Ex illa vero in seipsum transfiguratione nostra quemadmodum possent haec accipi, dictum est. Si quid autem dici potuit convenientius, vel potuerit, nullius praejudicamus ingenio, doctrinae nullius invidemus.

CAPUT XIII.

33. Jam illud quod sequitur, Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est, vide ut illuminet quemadmodum dictum sit, Quare me dereliquisti. Quomodo enim dereliquit, cui dicitur, Ne discedas a me, nisi quia dereliquit vitae veteris temporalem felicitatem? Rogatur autem ne discedat et deserat spem vitae aeternae. Sed quid est, quoniam tribulatio proxima est? quasi ei passio adhuc immineret, cum in ipsa media passione ista dicere intelligatur, quae de illo in hoc psalmo prophetata sunt. Hic enim dicturus est etiam, quae in Evangelio apertissime scripta sunt, Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Matth. XXVII, 35); quod factum est cum jam penderet in ligno. Quid est ergo, tribulatio proxima est, in qua media loquebatur? Sed nimirum illud vult intelligi, quia cum caro in dolores est et in poenis, profecto anima tunc habet magnum agonem patientiae, in quo ne deficiat, laborandum et orandum est. Nihil est autem animae sua carne propinquius: ideo mundi hujus quilibet magnus perfectusque contemptor, cum alibi patitur, nihil patitur.

¿O acaso porque los pechos de las mujeres desde la misma concepción se prohíbe que se promuevan a la abundancia, así quiso que se entendiera: "desde los pechos"; como si dijera: "Desde que tomé la carne", a la cual carne debía esperarse la inmortalidad: para que no antes hubiera esperanza para él, cuando estaba en forma de Dios, en la cual nada debía mudarse a mejor; sino "desde los pechos de la madre", esto es, desde la misma asunción de la carne, que era concebida en esperanza, de cuya esperanza la realidad había de ser futura, cuando pasara de la muerte a la inmortalidad?

32. Pero lo que se dijo: "Sobre ti fui arrojado desde el útero", cómo pueda adaptarse a la Cabeza, lo ignoro: como si cuando estaba en el útero, no estuviera en Dios, en quien vivimos, nos movemos y somos (Hech. 17, 28); o el alma racional de aquel niño, desde que la carne salió del útero, hubiera comenzado a esperar en Dios. A no ser que acaso deba creerse que al ya nacido le llegó el alma racional, que le habría faltado todavía dentro de las vísceras de la madre: y puesto que la misma alma, que fue añadida a la carne ya nacida, se adhería a Dios, por eso deba pensarse que según la misma carne se dijo: "Sobre ti fui arrojado desde el útero"; como si dijera: "Obtuve aquella alma desde el útero, que se te uniera". Pero ¿quién osaría precipitarse temerariamente en esta opinión, cuando la razón sobre el advenimiento o el origen del alma yace tan oculta en tan gran profundo de la naturaleza, que es mejor buscarla siempre mientras estamos en esta vida, que presumir haberla encontrado alguna vez? Pero de aquella transfiguración nuestra en él de qué modo podrían recibirse estas cosas, ya se ha dicho. Si algo, sin embargo, pudo decirse más conveniente, o pudiere, no prejuzgamos el ingenio de nadie, no envidiamos la doctrina de nadie.

CAPÍTULO XIII.

33. Ya aquello que sigue: "No te alejes de mí, porque la tribulación está cerca", mira cómo ilumina el modo en que se dijo: "Por qué me has abandonado". Pues ¿cómo abandonó a aquel a quien se dice: "No te alejes de mí", sino porque abandonó la felicidad temporal de la vida vieja? Se le pide, en cambio, que no se aleje y desampare la esperanza de la vida eterna. Pero ¿qué es: "porque la tribulación está cerca"? ¿Como si la pasión todavía le fuera inminente, cuando se entiende que dice estas cosas en medio de la misma pasión, las cuales fueron profetizadas de él en este salmo? Pues aquí ha de decir también lo que en el Evangelio está escrito clarísimamente: "Se repartieron mis vestiduras, y sobre mi vestidura echaron suertes" (Mat. 27, 35); lo cual se hizo cuando ya pendía en el madero. ¿Qué es, pues: "la tribulación está cerca", en medio de la cual hablaba? Pero sin duda quiere que se entienda que cuando la carne está en dolores y en penas, ciertamente el alma tiene entonces una gran agonía de paciencia, en la cual, para no desfallecer, se debe trabajar y orar. Nada hay, sin embargo, más próximo al alma que su propia carne: por eso cualquier gran y perfecto despreciador de este mundo, cuando sufre en otra parte, nada sufre.

Potest enim adhibere vigilem rationem, cum amittit bona quae extrinsecus sunt, et ab animo sapientis, qui ex cupiditate non haeret, sine dubio longe sunt; et non curare quod patitur, quia nec patitur. Cum vero amittit praecipua corporis bona, id est corporis vitam ac salutem, jam tribulatio proxima est animi bonis, quibus ipse intus tanquam corporis dominus est: quid faciet qualibet ratione, ut non doleat cum corpus vulneratur aut uritur, cui tanto implicatur consortio, ut pati possit, non dolere non possit?

34. Ideo et diabolus hunc nocendi ordinem tenens, illius magni viri quem postulaverat tentandum, prius externa bona accepit in potestatem: quibus ablatis et perditis, cum illum inconcussum videret; dixerat enim, Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum (Job. I, 21); etiam carnem cruciandam vulnere postulavit, tali cum eo confligens certamine, ut bona proxima invaderet, hoc est corporis bona; quibus ille perditis si forte succumberet, atque ad impietatem cor inclinaret, etiam bona animi deperirent, quibus perdendis jam in corpore saeviens vicinius tentator instabat. Denique ille vir in tanta tentatione, ubi erat animi bonis proxima tribulatio, quamvis multa prophetice loquatur, longe tamen loquitur aliter quam cum illa externa bona deperissent (Id. I, 11), in quibus filios non amiserat, sed praemiserat.

35. Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christum, cum jam in carne tribulari coeperit, et dicit Deo, a quo derelicta est in terrena felicitate, sed quae cum illo est in spe vitae aeternae, Ne discedas a me, quoniam tribulatio proxima est: non est in agro meo, non in auro, non in pecore, non in tectis atque parietibus, non in meorum orbitatibus; sed in carne mea est, cui copulor, cui connector, cujus sensum non habere non possum; unde me de proximo urget, ut a patientiae virtute deficiam. Ne discedas a me; quoniam non est qui adjuvet: neque amicus, neque propinquus, neque humana laus, neque praeteritae recordatio voluptatis, neque aliquid eorum quo terrenae felicitatis ruina fulcitur, neque ipsa quae in animo est meo humana virtus; quia si tu deseris, quae hominis virtus?

CAPUT XIV.

Quid est enim homo, nisi quod memor es ejus?

Pues puede emplear la razón vigilante cuando pierde los bienes que están fuera, y que sin duda están lejos del ánimo del sabio, quien no se adhiere a ellos por codicia; y no cuidarse de lo que sufre, porque ni siquiera lo sufre. Pero cuando pierde los bienes principales del cuerpo, esto es, la vida y la salud del cuerpo, ya la tribulación está cerca de los bienes del alma, de los cuales ella misma dentro es como dueña del cuerpo: ¿qué hará por cualquier razón, para no dolerse cuando el cuerpo es herido o quemado, al cual se implica en tan estrecho consorcio, que puede padecer, pero no puede no dolerse?

34. Por eso también el diablo, manteniendo este orden de dañar, primero recibió potestad sobre los bienes externos de aquel gran varón a quien había pedido para ser tentado: los cuales quitados y perdidos, al verlo inconmovible —pues había dicho: "El Señor dio, el Señor quitó; como al Señor plugo, así se hizo: sea el nombre del Señor bendito" (Job 1, 21)—; pidió también la carne para ser atormentada con una llaga, luchando con él en tal certamen que invadiera los bienes próximos, esto es, los bienes del cuerpo; los cuales si él acaso sucumbiera al perderlos, e inclinara el corazón a la impiedad, también los bienes del alma perecerían, para cuya perdición ya el tentador instaba más cerca enfureciéndose en el cuerpo. Finalmente, aquel varón en tan gran tentación, donde la tribulación estaba cerca de los bienes del alma, aunque habla muchas cosas proféticamente, sin embargo habla muy de otro modo que cuando aquellos bienes externos habían perecido (Job 1, 11), en los cuales no había perdido a sus hijos, sino que los había enviado por delante.

35. Clama, pues, el alma del mártir transfigurada en Cristo, cuando ya ha comenzado a ser atribulada en la carne, y dice a Dios, por quien ha sido abandonada en la felicidad terrena, pero que está con ella en la esperanza de la vida eterna: "No te alejes de mí, porque la tribulación está cerca": no está en mi campo, no en mi oro, no en mi ganado, no en mis techos y paredes, no en la orfandad de los míos; sino que está en mi carne, a la que me acoplo, a la que me conecto, cuyo sentido no puedo dejar de tener; de donde me urge de cerca, para que desfallezca de la virtud de la paciencia. "No te alejes de mí; porque no hay quien ayude": ni el amigo, ni el pariente, ni la alabanza humana, ni el recuerdo del placer pasado, ni nada de aquellas cosas con que se sostiene la ruina de la felicidad terrena, ni la misma virtud humana que está en mi ánimo; porque si tú desamparas, ¿qué es la virtud del hombre?

CAPÍTULO XIV.

Pues, ¿qué es el hombre, sino que te acuerdas de él?

36. Circumdederunt me vituli multi: hoc est minores in plebe. Tauri pingues obsederunt me: hoc est superbi ac divites, principes plebis. Aperuerunt in me os suum: clamantes, Crucifige, crucifige (Luc. XXIII, 21). Quasi leo rapiens et rugiens: rapuerunt enim comprehensum adducentes ad praesidem, et rugierunt petendo ejus mortem. Sicut aqua effusus sum: tanquam ut in me lapsi caderent persecutores mei. Dispersa sunt omnia ossa mea: quid sunt ossa, nisi corporis firmamenta? Corpus autem Christi, Ecclesia: firmamenta autem Ecclesiae qui, nisi Apostoli, qui etiam columnae alibi nuncupantur? Hi utique dispersi sunt, cum ad passionem ipse duceretur, vel cum esset passus et mortuus. Factum est ergo cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Hoc sane quemadmodum capiti nostro, ipsius corporis salvatori coaptetur, invenire difficile est. Neque enim nisi magno pavore contingit, ut cor velut cera liquescat humanum: quod unde in illo fieri posset, qui potestatem habebat ponendi et recipiendi animam suam? Sed profecto aut infirmorum suorum in se transtulit causam; sive illorum qui metu mortis pavescunt, sicut ipse Petrus ex egregio praesumptore tam creber negator effectus; sive illorum qui tristitia salubri contabescunt, sicut idem ipse Petrus cum amare flevit. Nam et tristitia quasi solvit cor: unde dicitur etiam graece quod appellata sit λύπη. Aut certe profundum sacramentum nos intelligere voluit, ut cordis sui nomine significaret Scripturas suas, ubi ejus utique latebat consilium, quod tunc apertum est, cum ea quae de illo prophetata fuerunt, passus implevit. Solutae sunt ergo Scripturae ejus in iis quae perfecta sunt adventu ejus, nativitate, passione, resurrectione, glorificatione Quis enim jam ea non intelligit in Prophetis, quando usque ad intellectum etiam carnalis multitudinis pervenerunt? quam fortasse significavit medio ventris sui, ut in ejus corpore quod est Ecclesia, quasi ventris locum habeat carnalis et infirmior multitudo. Aut si ventris nomen magis interioribus competit, ad eos potius qui perfectiores sunt, Scripturarum intellectum pertinere monstratum est, cum cor ejus, id est Scripturae ejus quae continent consilium ejus, in medio eorum, hoc est in cogitatione eorum, tanquam cera dissolvitur, hoc est, fervore spiritus aperitur, disputatur, exponitur.

CAPUT XV.

36. "Me han rodeado muchos becerros": esto es, los menores en el pueblo. "Toros grasos me han sitiado": esto es, los soberbios y ricos, los príncipes del pueblo. "Abrieron contra mí su boca": clamando: "Crucifícale, crucifícale" (Luc. 23, 21). "Como león que arrebata y ruge": pues lo arrebataron una vez apresado, llevándolo ante el gobernador, y rugieron pidiendo su muerte. "Como agua me he derramado": como para que mis perseguidores, resbalando en mí, cayeran. "Se han dispersado todos mis huesos": ¿qué son los huesos, sino los firmamentos del cuerpo? Mas el cuerpo de Cristo es la Iglesia: ¿y los firmamentos de la Iglesia quiénes sino los Apóstoles, que también en otra parte son llamados columnas? Estos ciertamente se dispersaron cuando él era llevado a la pasión, o cuando hubo padecido y muerto. "Se ha vuelto, pues, mi corazón como cera que se derrite en medio de mi vientre". Esto, por cierto, cómo se adapte a nuestra Cabeza, el salvador de su propio cuerpo, es difícil de encontrar. Pues no sucede sino por un gran pavor que el corazón humano se derrita como la cera: ¿de dónde podría suceder esto en aquel que tenía potestad de poner y de recibir su alma? Pero sin duda, o bien trasladó a sí mismo la causa de sus débiles; ya sea de aquellos que tiemblan por el miedo a la muerte, como el mismo Pedro, que de egregio presuntuoso se convirtió en tan frecuente negador; ya sea de aquellos que se consumen por una tristeza saludable, como el mismo Pedro cuando lloró amargamente. Pues también la tristeza como que disuelve el corazón: de donde se dice también en griego que ha sido llamada *lype* (λύπη). O ciertamente quiso que entendiéramos un profundo sacramento, para que con el nombre de su corazón significara sus Escrituras, donde ciertamente yacía oculto su consejo, que entonces fue abierto cuando cumplió padeciendo las cosas que de él fueron profetizadas. Se han disuelto, pues, sus Escrituras en aquellas cosas que se han perfeccionado por su advenimiento, natividad, pasión, resurrección, glorificación. Pues ¿quién ya no entiende esas cosas en los Profetas, cuando han llegado hasta el entendimiento incluso de la multitud carnal? a la cual tal vez significó por el medio de su vientre, para que en su cuerpo, que es la Iglesia, la multitud carnal y más débil tenga como el lugar del vientre. O si el nombre de vientre compete más a los interiores, se ha mostrado que el entendimiento de las Escrituras pertenece más bien a aquellos que son más perfectos, cuando su corazón, esto es, sus Escrituras que contienen su consejo, en medio de ellos, esto es, en su pensamiento, se disuelve como la cera, esto es, se abre, se disputa, se expone por el fervor del espíritu.

CAPÍTULO XV.

37. Exaruit velut testa virtus mea. Testa igne firmata est: sic et virtus corporis Christi non sicut fenum igne consumitur, sed sicut testa passione velut igne firmatur. Vasa enim figuli probat fornax, sicut alio loco Scriptura dicit, et homines justos tentatio tribulationis (Eccli. XXVII, 6). Et lingua mea adhaesit faucibus meis. Potest quidem silentium ejus significatum videri, quod et alius propheta commendat, cum dicit, Sicut agnus coram tondente fuit sine voce (Isai. LIII, 7). Sed si linguam ejus, eos in ejus corpore, quod est Ecclesia, intelligamus, per quos suum loquitur Evangelium; tunc ejus faucibus adhaerent, cum a praeceptis ejus non recedunt.

38. Quod vero sequitur, Et in pulverem mortis deduxisti me, quomodo capiti coaptabitur; quandoquidem corpus ejus, quod tertia die resurrexit, non est utique in pulverem dissolutum? nec aliter exposuerunt Apostoli quod in alio psalmo positum est, Neque dabis sanctum tuum videre corruptionem, nisi quia ejus caro non est corrupta, quae tam celeriter resurrexit (Psal. XV, 10; Act. II, 24-32). Unde item in alio psalmo dicit, Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam (Psal. XXIX, 10)? hoc scilicet dicens, quod si eo modo, quo et caeteri, mortuus dimitteretur in pulverem, et caro ejus resurrectioni ultimae servaretur, nulla esset utilitas in sanguine ejus; quia nihil prodesset mors ejus, nec annuntiaretur veritas Dei, quae illum continuo resurrecturum esse praedixerat. Quid sibi vult ergo quod hoc loco ait, Et in pulverem mortis deduxisti me? Nisi corpus ejus accipiamus Ecclesiam, in qua illi qui pro ejus nomine passi sunt, vel patiuntur, non ita ut ipse cito resurgunt, sed in mortis pulverem deducuntur, tum resurrecturi, cum illud tempus venerit de quo in Evangelio dicit, Veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, et procedent (Joan. V, 28, 29). Aut certe tropice pulverem mortis ipsos Judaeos intelligi voluit, in quorum manus deductus est: scriptum est enim, Non sic impii, non sic; sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae (Psal. I, 4).

CAPUT XVI.

39. Denique sequitur, Quoniam circumdederunt me canes multi; concilium malignantium obsedit me: tanquam ipsos dixerit pulverem mortis in quem deductus est, quos dixit canes multos et concilium malignantium; canes eos videlicet appellans, qui plerumque contra innocentes latrant, cum quibus non habent consuetudinem. Jam vero in iis quae subjungit, tanquam Evangelium recitatur. Crucifixio quippe ejus exprimitur in eo quod dicit, Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me.

37. "Se secó como una teja mi virtud". La teja se endurece con el fuego: así también la virtud del cuerpo de Cristo no se consume como el heno por el fuego, sino que como la teja se afirma por la pasión como por el fuego. "Pues el horno prueba los vasos del alfarero", como dice la Escritura en otro lugar, "y la tentación de la tribulación a los hombres justos" (Ecli. 27, 6). "Y mi lengua se pegó a mis fauces". Ciertamente puede verse significado su silencio, que también otro profeta encomienda cuando dice: "Como cordero delante del que lo trasquila estuvo sin voz" (Is. 53, 7). Pero si por su lengua entendemos a aquellos que en su cuerpo, que es la Iglesia, por quienes habla su Evangelio; entonces se pegan a sus fauces cuando no se apartan de sus preceptos.

38. Mas lo que sigue: "Y al polvo de la muerte me condujiste", ¿cómo se adaptará a la Cabeza, siendo así que su cuerpo, que resucitó al tercer día, ciertamente no se disolvió en polvo? ni de otro modo expusieron los Apóstoles lo que está puesto en otro salmo: "Ni permitirás que tu Santo vea la corrupción", sino porque su carne no se corrompió, la cual tan pronto resucitó (Sal. 15, 10; Hech. 2, 24-32). De donde también en otro salmo dice: "¿Qué utilidad hay en mi sangre, mientras desciendo a la corrupción? ¿Acaso te confesará el polvo, o anunciará tu verdad?" (Sal. 29, 10); diciendo esto, a saber, que si de aquel modo, como los demás, fuera dejado muerto en el polvo, y su carne fuera reservada para la resurrección última, ninguna utilidad habría en su sangre; porque de nada aprovecharía su muerte, ni se anunciaría la verdad de Dios, que había predicho que él resucitaría continuamente. ¿Qué quiere decir, pues, lo que en este lugar dice: "Y al polvo de la muerte me condujiste"? A no ser que recibamos por su cuerpo a la Iglesia, en la cual aquellos que por su nombre han padecido o padecen, no resucitan tan pronto como él mismo, sino que son conducidos al polvo de la muerte, habiendo de resucitar entonces, cuando venga aquel tiempo del cual dice en el Evangelio: "Vendrá la hora cuando todos los que están en los monumentos oirán su voz, y saldrán" (Juan 5, 28. 29). O ciertamente quiso que se entendiera por el polvo de la muerte, de modo trópico, a los mismos judíos, en cuyas manos fue entregado: pues está escrito: "No así los impíos, no así; sino como el polvo que proyecta el viento desde la faz de la tierra" (Sal. 1, 4).

CAPÍTULO XVI.

39. Finalmente sigue: "Porque me han rodeado muchos perros; el concilio de los malignos me ha sitiado": como si hubiera llamado polvo de la muerte a aquellos mismos en los que fue entregado, a quienes llamó muchos perros y concilio de los malignos; llamando perros a aquellos, a saber, que por lo común ladran contra los inocentes, con quienes no tienen trato. Ya en lo que añade, se recita como si fuera el Evangelio. Pues su crucifixión se expresa en lo que dice: "Taladraron mis manos y mis pies, contaron todos mis huesos. Ellos, en verdad, me consideraron y me contemplaron".

Fossae sunt enim clavis manus et pedes ejus, et cum extenderetur in ligno, quodammodo numerata sunt ossa ejus. Consideratus est autem atque conspectus quid illi futurum esset, et utrum veniret Elias et liberaret eum. (Matth. XXVII, 49).

40. Jam illud quod sequitur, nullius expositionis indiget: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Verba deinde quae subtexuntur, orantis sunt, tam ex persona capitis, id est hominis mediatoris, quam ex persona corporis, quod est Ecclesia, quam dicit etiam unicam suam. Tu autem, Domine, inquit, ne longe facias auxilium tuum: hoc ad ejus carnem pertinet, cujus resurrectio non in longum est missa, ut aliorum. In defensionem meam aspice: ne quid noceant inimici, qui sibi videntur aliquid potuisse carnem perimendo mortalem. Non autem nocent, si defendente gratia Dei, non eis ad malum anima superata consentiat: sic enim et alibi prophetatum est, Terra tradita est in manus impii; hoc est caro terrena.

41. Erue a framea animam meam. Framea gladius est; nec utique tali ferro Christus occisus est, sed cruce, nec latus ejus gladio, sed lancea percusserunt. Translato ergo verbo, frameam linguam dixit persequentium, sicut in alio psalmo dicitur, Et lingua eorum gladius acutus (Psal. LVI, 5). Unde, quia in ejus carne lingua praevaluit malignorum, orat ut animae nihil noceat, cum dicit, Erue a framea animam meam: ut haec in prophetia oratio, si ad caput corporis referas, non videatur velut indigentis petitio, sed potius rei futurae figurata praedictio. Aut certe, quia corpus ejus, hoc est Ecclesia, graves persecutiones fuerat perpessura, frameam dixit, qua maxime trucidati sunt martyres; unde vult eorum animas erui, ne timeant eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt (Matth. X, 28), et consentiant ad illicita. Aut etiam in ipsorum passionibus inimicorum linguam frameam dicit, unde animam suam, hoc est animam corporis sui, animam sanctorum suorum vult erui.

42. Quod autem sequitur, Et de manu canis unicam meam, nihil aptius quam unica Ecclesia mihi videtur intelligi. Canem vero appellavit mundum, non ratione sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantem. Haec est enim canum natura, ut cum quibus habent consuetudinem, sive illi boni, sive mali sint, non ad eos latrent; insolitorum autem personis visis, etiam innocentibus, irritentur. Manu autem canis, potestatem mundi significavit. Cujus etiam regnum infestum futurum corpori suo, id est Ecclesiae suae, leonis nomine figuravit in eo quod adjunxit: Salvum me fac de ore leonis.

Pues fueron taladrados con clavos sus manos y sus pies, y al ser extendido en el madero, de algún modo fueron contados sus huesos. Fue, además, considerado y contemplado qué le sucedería, y si vendría Elías y lo libraría (Mat. 27, 49).

40. Ya lo que sigue no necesita exposición: "Se repartieron mis vestiduras, y sobre mi vestidura echaron suertes". Las palabras que se añaden a continuación son de quien ora, tanto de la persona de la Cabeza, esto es, del hombre mediador, como de la persona del cuerpo, que es la Iglesia, a la que llama también su única. "Tú, pues, Señor", dice, "no alejes tu auxilio": esto pertenece a su carne, cuya resurrección no fue aplazada por largo tiempo, como la de los demás. "Atiende a mi defensa": para que en nada dañen los enemigos, que creen haber podido algo al destruir la carne mortal. Pero no dañan si, defendiendo la gracia de Dios, el alma vencida no consiente con ellos para el mal: pues así también se profetizó en otra parte: "La tierra ha sido entregada en manos del impío"; esto es, la carne terrenal.

41. "Libra de la espada mi alma". La *framea* es la espada; y ciertamente no con tal hierro fue muerto Cristo, sino por la cruz, ni traspasaron su costado con la espada, sino con la lanza. Trasladada, pues, la palabra, llamó espada a la lengua de los perseguidores, como se dice en otro salmo: "Y su lengua espada aguda" (Sal. 56, 5). De donde, porque en su carne prevaleció la lengua de los malignos, ora para que en nada dañe al alma, cuando dice: "Libra de la espada mi alma": para que esta oración en la profecía, si la refieres a la Cabeza del cuerpo, no parezca como petición de necesitado, sino más bien figurada predicción de algo futuro. O ciertamente, porque su cuerpo, esto es, la Iglesia, había de padecer graves persecuciones, llamó espada a aquello por lo que principalmente fueron degollados los mártires; de donde quiere que sus almas sean libradas, para que no teman a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma (Mat. 10, 28), y consientan en lo ilícito. O también en las mismas pasiones llama espada a la lengua de los enemigos, de donde quiere que su alma, esto es, el alma de su cuerpo, el alma de sus santos, sea librada.

42. Mas lo que sigue: "Y de la mano del perro mi única", nada más apto me parece que se entienda que la única Iglesia. Pero llamó perro al mundo, que ladra no por razón sino por costumbre contra la verdad no acostumbrada. Pues esta es la naturaleza de los perros, que hacia aquellos con quienes tienen trato, ya sean buenos o malos, no ladran; pero ante la vista de personas no acostumbradas, incluso inocentes, se irritan. Por la "mano del perro", significó la potestad del mundo. Cuyo reino también, que habría de ser hostil a su cuerpo, esto es, a su Iglesia, figuró con el nombre de león en lo que añadió: "Sálvame de la boca del león".

Unde est scriptum, Nihil interest inter minas regis et iram leonis (Prov. XIX, 12): quanquam et diabolum apostolus Petrus leoni comparet rugienti, et quaerenti circumeundo quem devoret (I Petr. V, 8). Superbosque hujus mundi Christianis humilibus adversaturos ostendens, consequenter dicit: Et a cornibus unicornium humilitatem meam. Ideo quippe in unicornibus superbi intelliguntur, quia superbia odit consortium, et quantum in ipso est, solus cupit eminere omnis superbus.

CAPUT XVII.

43. Jam nunc attende ubi sit fructus: vel quod derelictus est, ne exaudiretur pro terrena felicitate, non ad insipientiam, sed ut saperemus quid Novi gratia Testamenti desiderare debeamus; vel quod non est derelictus sed exauditus in eo quod ait, Ne discedas a me, qui dixerat, Quare me dereliquisti; quod utique contrarium est, nisi illud ad aliud, hoc ad aliud referatur. Attende et audi quantum sapis, hauri quantum capis, quantumque ipse rem tantam eloqui valeo, imo quantum tribuit ille qui nos exaudit, et in Christo, in quantum homo mediator est inter nos et Deum, et cum Christo, in quantum Deus est aequalis Deo, et potens est facere, ut ait Apostolus, supra quam petimus aut intelligimus (Ephes. III, 20): vide in hoc psalmo Testamenti Novi gratiam; vide illius derelictionis, tribulationis, deprecationis fructu quid agatur, quid insinuetur, quid commendetur, quid iliustretur. Intuere quid legamus tanto ante prophetatum, quid jam cernamus impletum: Narrabo nomen tuum, inquit, fratribus meis; in medio Ecclesiae cantabo te. Fratres illi sunt, de quibus in Evangelio ait: Vade, et dic fratribus meis (Joan. XX, 17). Ecclesia illa est, quam modo dixit unicam suam; haec est unica Catholica, quae toto orbe copiosa diffunditur, quae usque ad ultimas gentes crescendo porrigitur: unde in Evangelio dicit, Et praedicabitur hoc Evangelium in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet finis (Matth. XXIV, 14).

44. Quod autem ait, Cantabo, hoc est illud canticum novum, de quo in alio psalmo dicitur: Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra (Psal. XCV, 1). Habes hic utraque; et quo cantico cantaturum se dixerit, et in cujus Ecclesiae medio: illud pertinet ad novum canticum, haec ad omnem terram. Ipse quippe cantat in nobis, cujus gratia cantamus, sicut dicit Apostolus: An vultis experimentum ejus accipere, qui in me loquitur Christus (II Cor. XIII, 3)?

De donde está escrito: "Nada hay entre las amenazas del rey y la ira del león" (Prov. 19, 12): aunque también al diablo el apóstol Pedro lo compare con un león rugiente, que rodea buscando a quien devorar (1 Ped. 5, 8). Y mostrando que los soberbios de este mundo se opondrían a los humildes cristianos, dice consecuentemente: "Y de los cuernos de los unicornios mi humildad". Por eso ciertamente en los unicornios se entiende a los soberbios, porque la soberbia odia el consorcio, y en cuanto de ella depende, cada soberbio desea sobresalir solo.

CAPÍTULO XVII.

43. Presta atención ahora a dónde está el fruto: o bien que fue abandonado, para no ser escuchado en favor de la felicidad terrena, no para insensatez, sino para que supiéramos qué debemos desear por la gracia del Nuevo Testamento; o bien que no fue abandonado sino escuchado en lo que dice: "No te alejes de mí", él que había dicho: "¿Por qué me has abandonado?"; lo cual es ciertamente contrario, a no ser que aquello se refiera a una cosa y esto a otra. Atiende y oye cuanto sepas, bebe cuanto alcances, y cuanto yo mismo sea capaz de expresar de tan gran realidad, o más bien cuanto conceda aquel que nos escucha, tanto en Cristo, en cuanto hombre mediador entre nosotros y Dios, como con Cristo, en cuanto Dios igual a Dios, y "es poderoso para hacer", como dice el Apóstol, "más de lo que pedimos o entendemos" (Ef. 3, 20): mira en este salmo la gracia del Nuevo Testamento; mira qué se hace, qué se insinúa, qué se encomienda, qué se ilustra por el fruto de aquel abandono, tribulación y súplica. Contempla qué leemos profetizado tanto tiempo antes, qué vemos ya cumplido: "Narraré tu nombre", dice, "a mis hermanos; en medio de la Iglesia te cantaré". Aquellos hermanos son de los que dice en el Evangelio: "Ve, y di a mis hermanos" (Juan 20, 17). Aquella Iglesia es la que hace poco llamó su única; esta es la única Católica, que se difunde copiosa por todo el orbe, que se extiende creciendo hasta las últimas gentes: de donde dice en el Evangelio: "Y será predicado este Evangelio en todo el orbe, en testimonio para todas las gentes; y entonces vendrá el fin" (Mat. 24, 14).

44. Mas lo que dice: "Cantaré", este es aquel cántico nuevo, del cual se dice en otro salmo: "Cantad al Señor un cántico nuevo, cantad al Señor toda la tierra" (Sal. 95, 1). Tienes aquí ambas cosas; tanto con qué cántico dijo que había de cantar, como en medio de qué Iglesia: aquello pertenece al cántico nuevo, esto a toda la tierra. Pues él mismo canta en nosotros, por cuya gracia cantamos, como dice el Apóstol: "¿Acaso queréis recibir la prueba de aquel que habla en mí, Cristo?" (2 Cor. 13, 3).

Medium vero Ecclesiae ad eminentiam scilicet referas, et ad ipsam manifestationem, quia omnia quanto clarius nota sunt, tanto magis in medio esse dicuntur; vel certe ad interiores Ecclesiae, quia interiora sunt media. Neque enim omnis qui labiis personat, cantat canticum novum, sed qui eo modo cantat ut Apostolus admonet, dicens: Cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino (Ephes. V, 19). Intus enim est hoc gaudium, ubi vox laudis et canitur et auditur; qua voce laudatur qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatoremque suum accendit in se gratia Spiritus sui sancti: quid enim aliud est canticum novum, quam laus Dei?

CAPUT XVIII.

45. Denique sequitur, et hoc evidentius demonstrat. Cum enim dixisset, Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit (Joan. I, 18); atque adjunxisset, in medio Ecclesiae cantabo te: quomodo cantavit, id est, quia in nobis cantavit, cum proficimus in nomine quod narravit fratribus suis; et quia laudem Dei cantavit in nobis, continuo manifestavit, dicens, Qui timetis Dominum, laudate eum. Quis autem veraciter laudat, nisi qui sinceriter amat? Tantumdem ergo est ac si diceret: Qui timetis Dominum, amate eum. Dixit enim homini, sicut scriptum est. Ecce pietas est sapientia (Job XXVIII, 28, sec. LXX). Porro pietas cultus Dei est, nec colitur ille nisi amando. Summa igitur et vera sapientia est in praecepto illo primo, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua (Matth. XXII, 37): ac per hoc sapientia est charitas Dei; nec diffunditur in cordibus nostris, nisi per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5). Initium autem sapientiae timor Domini (Psal. CX, 10): et timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem (I Joan. IV, 18). Proinde praemissus timor in cor nostrum, pellit inde consuetudinem malorum operum, et servat charitati locum, qua tanquam domina veniente, ut illa insidat, abscedit.

46. Ergo qui timetis Dominum, laudate eum: ut Deum non serviliter sed libere colatis, eum amare discite quem timetis, et poteritis laudare quod amatis. Timentes enim Deum homines Veteris Testamenti, propter litteram terrentem et occidentem, nondum habentes Spiritum vivificantem (II Cor III, 6), currebant cum sacrificiis ad templum; et quamvis in figuram futuri sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eas praefiguraretur, cruentas victimas immolabant. Nunc vero in gratia Novi Testamenti, qui timetis Dominum, laudate eum.

El "medio de la Iglesia" refiérelo ciertamente a la eminencia, y a la misma manifestación, porque todas las cosas cuanto más claramente son conocidas, tanto más se dicen estar en medio; o ciertamente a los interiores de la Iglesia, porque lo interior es el medio. Pues no todo el que resuena con los labios canta el cántico nuevo, sino el que canta de aquel modo que el Apóstol amonesta, diciendo: "Cantando y salmeando en vuestros corazones al Señor" (Ef. 5, 19). Pues dentro está este gozo, donde la voz de alabanza se canta y se oye; con cuya voz es alabado el que debe ser amado gratuitamente con todo el corazón, con toda el alma, con toda la mente, y que enciende a su amador en sí por la gracia de su Espíritu Santo: pues ¿qué otra cosa es el cántico nuevo, sino la alabanza de Dios?

CAPÍTULO XVIII.

45. Finalmente sigue, y esto lo demuestra más evidentemente. Pues habiendo dicho: "Narraré tu nombre a mis hermanos", porque a Dios nadie lo vio jamás, sino el Hijo unigénito que está en el seno del Padre, él mismo lo narró (Juan 1, 18); y habiendo añadido: "en medio de la Iglesia te cantaré": de qué modo cantó, esto es, porque cantó en nosotros, cuando aprovechamos en el nombre que narró a sus hermanos; y porque cantó la alabanza de Dios en nosotros, continuamente lo manifestó, diciendo: "Los que teméis al Señor, alabadle". ¿Mas quién alaba verdaderamente, sino el que ama sinceramente? Es, pues, lo mismo que si dijera: "Los que teméis al Señor, amadle". Pues dijo al hombre, como está escrito: "He aquí que la piedad es la sabiduría" (Job 28, 28, sec. LXX). Por lo demás, la piedad es el culto de Dios, ni se le rinde culto sino amando. La suma y verdadera sabiduría está, por tanto, en aquel precepto primero: "Amarás al Señor tu Dios con todo tu corazón, y con toda tu alma" (Mat. 22, 37): y por esto la sabiduría es la caridad de Dios; ni se difunde en nuestros corazones sino por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom. 5, 5). El principio de la sabiduría es el temor del Señor (Sal. 110, 10): y el temor no está en la caridad, sino que la caridad perfecta echa fuera el temor (1 Juan 4, 18). Por consiguiente, el temor enviado primero a nuestro corazón, expele de allí la costumbre de las malas obras, y reserva el lugar para la caridad, la cual, viniendo como señora, para que ella se asiente, aquel se retira.

46. Por tanto, "los que teméis al Señor, alabadle": para que deis culto a Dios no servilmente sino libremente, aprended a amar a aquel a quien teméis, y podréis alabar lo que amáis. Pues los hombres del Antiguo Testamento, temiendo a Dios por la letra que aterra y mata, no teniendo todavía el Espíritu vivificante (2 Cor. 3, 6), corrían con sacrificios al templo; y aunque en figura de la sangre futura por la que somos redimidos, sin embargo, ignorando qué se prefiguraba por ellas, inmolaban víctimas cruentas. Mas ahora en la gracia del Nuevo Testamento, "los que teméis al Señor, alabadle".

Ipse quippe in alio psalmo, illa mutanda praenuntians quae tunc in umbra futuri offerebantur, Non accipiam, inquit, de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post, ut ostenderet sacrificium Novi Testamenti, quando illa fuerant cessatura, Immola, inquit, Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et in fine ejusdem psalmi, Sacrificium, inquit, laudis glorificabit me; et illic via est, qua ostendam illi salutare meum (Psal. XLIX, 9, 14, 23). Salutare Dei Christus est, quem infantem Simeon senex cum agnovisset in spiritu, eumque sumspisset in manus. Nunc dimittis, inquit, Domine, servum tuum, secundam verbum tuum in pace; quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. (Luc. II, 29, 30).

CAPUT XIX.

47. Qui timetis ergo Dominum, laudate eum; universum semen Jacob, magnificate eum. Non vacat quod ei non sufficit dicere, semen Jacob, nisi adderet universum; ne in solis eis intelligeretur, qui ex Israelitis fuerant crediturí. Semen enim Jacob ipsum est semen Abrahae; omnibus autem in Christum credentibus, non solis qui ex Israel fideles erant, Apostolus dicit: Ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem haeredes (Galat. III, 29). Ibi namque commemoravit praefigurationem Novi Testamenti, in eo quod scriptum est, In Isaac vocabitur tibi semen (Rom. IX, 7); non utique in Ismael, ancillae filio. In quibus duobus filiis Abrahae, servo, et libero, et duabus mulieribus, ancilla, et libera, scribens ad Galatas, duo Testamenta dicit in allegoria praefigurata (Galat. IV, 22-24). Unde dicit, Non qui filii carnis, ii sunt filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam, et erit Sarae filius (Rom. IX, 8, Gen. XVIII, 10).

48. Multum est et nimis longum diligenter enucleare cur filii promissionis pertinentes ad Isaac, Novi Testamenti gratiae deputentur. Breviter tamen attingam, unde tanto fructuosius cogitabis, quanto magis pie cogitaveris. Non omnia Deus quae praedicit, promittit; praedicit enim etiam illa quae non ipse facit, quia est omnium praescius futurorum. Praedicit ergo et peccata hominum; quae potuit praescire, non facere. Promittit autem quae ipse facturus est; nec ea mala, sed bona. Quis enim promittit mala?

Pues él mismo en otro salmo, prenunciando que aquellas cosas que entonces se ofrecían en sombra de lo futuro habían de mudarse, dijo: "No aceptaré de tu mano becerros, ni de tus rebaños machos cabríos". Y poco después, para mostrar el sacrificio del Nuevo Testamento, cuando aquellas cosas habían de cesar, dijo: "Inmola a Dios sacrificio de alabanza, y rinde al Altísimo tus votos". Y al final del mismo salmo, dice: "El sacrificio de alabanza me glorificará; y allí está el camino por el que le mostraré mi salvación" (Sal. 49, 9. 14. 23). La salvación de Dios es Cristo, a quien el anciano Simeón habiéndolo reconocido en espíritu siendo niño, y habiéndolo tomado en sus manos: "Ahora, Señor", dijo, "despides a tu siervo según tu palabra en paz; porque han visto mis ojos tu salvación" (Luc. 2, 29. 30).

CAPÍTULO XIX.

47. "Vosotros, pues, que teméis al Señor, alabadle; toda la descendencia de Jacob, magnificadle". No es en vano que no le baste decir "descendencia de Jacob", sino que añada "toda"; no sea que se entendiera solo de aquellos entre los israelitas que habrían de creer. Pues la descendencia de Jacob es la misma descendencia de Abraham; pero a todos los que creen en Cristo, no solo a los que eran fieles de Israel, dice el Apóstol: "Luego vosotros sois descendencia de Abraham, herederos según la promesa" (Gál. 3, 29). Pues allí conmemoró la prefiguración del Nuevo Testamento, en aquello que está escrito: "En Isaac te será llamada descendencia" (Rom. 9, 7); ciertamente no en Ismael, el hijo de la esclava. En los cuales dos hijos de Abraham, el esclavo y el libre, y las dos mujeres, la esclava y la libre, escribiendo a los Gálatas, dice que los dos Testamentos fueron prefigurados en alegoría (Gál. 4, 22-24). De donde dice: "No los que son hijos de la carne, estos son hijos de Dios; sino que los hijos de la promesa son contados como descendencia. Pues esta es la palabra de la promesa: Por este tiempo vendré, y Sara tendrá un hijo" (Rom. 9, 8; Gén. 18, 10).

48. Es materia grande y demasiado larga explicar cuidadosamente por qué los hijos de la promesa que pertenecen a Isaac son asignados a la gracia del Nuevo Testamento. Sin embargo, lo tocaré brevemente, de donde pensarás tanto más fructuosamente cuanto más piadosamente pienses. Dios no promete todas las cosas que predice; pues predice también aquellas que Él mismo no hace, porque es conocedor previo de todos los futuros. Predice, por tanto, también los pecados de los hombres; los cuales pudo conocer previamente, pero no hacer. Pero promete lo que Él mismo ha de hacer; y estas cosas no malas, sino buenas. Pues ¿quién promete cosas malas?

Quamvis itaque mala inferat malis, non peccata, sed supplicia; minatur tamen ea potius quam promittit. Omnia largitur et praescit; sed peccata praedicit, supplicia minatur, beneficia pollicetur. Filii ergo promissionis, filii sunt beneficii. Haec est gratia, quae gratis datur, non meritis operantis, sed miseratione donantis. Hinc gratias agimus Domino Deo nostro, quod est magnum sacramentum in sacrificio Novi Testamenti, quod ubi, et quando, et quomodo offeratur, cum fueris baptizatus, invenies.

CAPUT XX.

49. Deinde sequitur et dicit: Timeat eum omne semen Israel. Qui Jacob ipse et Israel, unus homo erat, habens duo nomina, non in parvo sacramento: sed uno libro non possunt dici omnia, in quo jam multum progressi sumus, et nondum de aliis tribus quaestionibus aliquid diximus; hoc est de tenebris exterioribus; et latitudine et longitudine, altitudine et profundo; et de quinque et quinque virginibus. Quod ergo dixit supra, universum semen Jacob, hic consequenter ait, omne semen Israel. Sed quare superius, magnificate eum, et posterius, timeat eum? Magnificatio laudi congruit; de qua dixerat, Qui timetis Dominum, laudate eum: unde jam multa disserui. Ibi quippe amor vel charitas Dei, quae perfecta foras mittit timorem. Cur ergo iterum, Timeat eum omne Israel? Non enim accepistis, inquit Apostolus, spiritum servitutis iterum in timore (Rom. VIII, 15). Sed idem apostolus oleastro inserto in olivam timorem praecipit, hoc est Gentibus additis radici Abraham, Isaac, Jacob, ut et ipsae fierent Israel, id est, pertinerent ad semen Abrahae (Rom. XI, 17-20).

50. Quam insertionem oleastri, jam amputatis propter infidelitatis superbiam naturalibus ramis, etiam ipse Dominus in Evangelio praedixit, occasione illius Centurionis qui in eum ex Gentibus credidit. Tunc enim ait, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel: et adjunxit, Ideo dico vobis quia multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno coelorum: filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; illic erit ploratio et stridor dentium: ita significans inseri oleastrum propter humilitatem; dixerat quippe ille Centurio, Non sum dignus ut sub tectum meum intres; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus (Matth. VIII, 8-12); confractionem autem ramorum naturalium propter superbiam, scilicet eorum qui ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3).

Aunque, por tanto, infiera males a los malos, no pecados, sino suplicios; sin embargo, más bien los amenaza que los promete. Todo lo otorga y lo conoce previamente; pero predice los pecados, amenaza los suplicios, promete los beneficios. Los hijos de la promesa, por tanto, son hijos del beneficio. Esta es la gracia, que se da gratuitamente, no por los méritos del que obra, sino por la misericordia del que dona. De aquí damos gracias al Señor nuestro Dios, porque hay un gran sacramento en el sacrificio del Nuevo Testamento, el cual, dónde, y cuándo, y cómo se ofrezca, lo encontrarás cuando hayas sido bautizado.

CAPÍTULO XX.

49. Luego sigue y dice: "Témale toda la descendencia de Israel". Pues el mismo Jacob e Israel era un solo hombre, que tenía dos nombres, no sin un gran sacramento; pero en un solo libro no se pueden decir todas las cosas, en el cual ya hemos progresado mucho, y aún no hemos dicho nada sobre las otras tres cuestiones; esto es, sobre las tinieblas exteriores; y la latitud y longitud, altitud y profundidad; y sobre las cinco y cinco vírgenes. Por tanto, lo que dijo arriba, "toda la descendencia de Jacob", aquí lo dice consecuentemente: "toda la descendencia de Israel". Pero ¿por qué anteriormente "magnificadle", y posteriormente "témale"? La magnificación concuerda con la alabanza; de la cual había dicho: "Vosotros que teméis al Señor, alabadle": de donde ya he disertado mucho. Pues allí está el amor o la caridad de Dios, que perfecta echa fuera el temor. ¿Por qué, pues, de nuevo: "Témale todo Israel"? "Pues no habéis recibido", dice el Apóstol, "el espíritu de servidumbre otra vez en el temor" (Rom. 8, 15). Pero el mismo apóstol, con el acebuche injertado en el olivo, manda el temor, esto es, a los gentiles añadidos a la raíz de Abraham, Isaac, Jacob, para que ellos mismos se hicieran Israel, es decir, pertenecieran a la descendencia de Abraham (Rom. 11, 17-20).

50. Injerto de acebuche que, habiendo sido ya amputadas las ramas naturales por la soberbia de la incredulidad, también el mismo Señor predijo en el Evangelio, con ocasión de aquel Centurión que creyó en Él de entre los gentiles. Pues entonces dijo: "En verdad os digo, no he hallado tanta fe en Israel"; y añadió: "Por eso os digo que muchos vendrán de oriente y occidente, y se recostarán con Abraham, Isaac y Jacob en el reino de los cielos; pero los hijos del reino irán a las tinieblas exteriores; allí será el llanto y el crujir de dientes": significando así que el acebuche se injerta por la humildad; pues aquel Centurión había dicho: "No soy digno de que entres bajo mi techo; pero di solo la palabra, y mi criado sanará" (Mt. 8, 8-12); pero la rotura de las ramas naturales por la soberbia, a saber, de aquellos que, ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya propia, no se sometieron a la justicia de Dios (Rom. 10, 3).

De iis quippe vana elatione tumentibus dictum est quod ibunt in tenebras exteriores, qui jactantes se de semine Abrahae, semen Abrahae fieri noluerunt, ut essent filii promissionis: quia fidem Novi Testamenti non receperunt, ubi Dei justitia commendatur, suam constituere volentes; id est, tanquam de suis meritis et operibus praefidentes spreverunt esse filii promissionis, hoc est filii gratiae, filii misericordiae, ut qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. I, 31), credens in eum qui justificat impium, hoc est qui ex impio facit pium; ut deputetur fides ejus ad justitiam (Rom. IV, 5), et impleatur in eo, non quod postulabat ejus meritum, sed quod a Domino promissum est beneficium.

51. Cum iis igitur agens Apostolus, qui olivae per gratiam inserebantur, Dicis, inquit, fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene; propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem, fide sta; noli altum sapere, sed time (Rom. XI, 19, 20). Dei est enim beneficium, non meritum tuum; quod et alibi dicit: Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Jesu Christo in operibus bonis, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus (Eph. II, 8-10). In hoc itaque intellectu gratiae inest timor, de quo dicitur: Noli altum sapere, sed time (Rom. XI, 20). Timor autem iste alius est; non est ille servilis quem charitas foras mittit. Illo enim timetur ne incidatur in tormentum supplicii; isto autem, ne amittatur gratia beneficii.

CAPUT XXI.

52. Quapropter quamvis fidelibus ad Novum Testamentum pertinentibus dicat Apostolus quod paulo ante commemoravi, Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater (Rom. VIII, 15); id est ut fides in nobis sit, quae per dilectionem operatur (Gal. V, 6), non tam timendo poenam quam amando justitiam: tamen quia non fit anima justa nisi participatione melioris qui justificat impium (quid enim habet quod non accepit?), non debet sibi tribuendo quod Dei est, ita gloriari tanquam non acceperit (I Cor. IV, 7). Ob hoc ei dictum est: Noli altum sapere, sed time. Et timor iste praecipitur iis etiam qui ex fide viventes, haeredes sunt Novi Testamenti, atque in libertatem vocati. Altum enim sapere, dictum est, superbire: quod alio loco, e contrario satis ostendit, ubi ait, Non alta sapientes, sed humilibus consentientes (Rom. XII, 16). Ex hoc quod ait, humilibus consentientes, utique aperuit nihil aliud se dixisse, alta sapientes, quam superbientes.

De aquellos que se hinchan de vana elación se dijo que irán a las tinieblas exteriores, los cuales, jactándose de la descendencia de Abraham, no quisieron hacerse descendencia de Abraham para ser hijos de la promesa: porque no recibieron la fe del Nuevo Testamento, donde se encomienda la justicia de Dios, queriendo establecer la suya; esto es, como confiando demasiado en sus méritos y obras, despreciaron ser hijos de la promesa, esto es, hijos de la gracia, hijos de la misericordia, para que el que se gloría, se gloríe en el Señor (1 Cor. 1, 31), creyendo en aquel que justifica al impío, esto es, que de impío hace piadoso; para que se le cuente su fe por justicia (Rom. 4, 5), y se cumpla en él, no lo que su mérito postulaba, sino el beneficio que fue prometido por el Señor.

51. Tratando, pues, con aquellos que por la gracia eran injertados en el olivo, dice: "Dices: Las ramas fueron rotas para que yo sea injertado. Bien; por la incredulidad fueron rotas. Tú, en cambio, mantente por la fe; no seas altivo, sino teme" (Rom. 11, 19. 20). Pues es beneficio de Dios, no mérito tuyo; lo cual dice también en otra parte: "Por gracia habéis sido salvados mediante la fe; y esto no de vosotros, sino que es don de Dios, no por las obras, no sea que alguien se ensalce. Pues somos hechura suya, creados en Jesucristo para las obras buenas, que Dios preparó para que caminemos en ellas" (Ef. 2, 8-10). En este entendimiento de la gracia, por tanto, reside el temor del que se dice: "No seas altivo, sino teme" (Rom. 11, 20). Pero este temor es otro; no es aquel servil que la caridad echa fuera. Pues por aquel se teme caer en el tormento del suplicio; por este, en cambio, se teme perder la gracia del beneficio.

CAPÍTULO XXI.

52. Por lo cual, aunque el Apóstol diga a los fieles que pertenecen al Nuevo Testamento lo que mencioné hace poco: "Pues no habéis recibido el espíritu de servidumbre otra vez en el temor; sino que habéis recibido el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos: Abba, Padre" (Rom. 8, 15); esto es, para que la fe esté en nosotros, la cual obra por la caridad (Gál. 5, 6), no tanto temiendo la pena cuanto amando la justicia: sin embargo, porque el alma no se hace justa sino por la participación del Mejor que justifica al impío (pues ¿qué tiene que no haya recibido?), no debe gloriarse, atribuyéndose lo que es de Dios, como si no lo hubiera recibido (1 Cor. 4, 7). Por esto se le dijo: "No seas altivo, sino teme". And este temor se prescribe incluso a aquellos que, viviendo de la fe, son herederos del Nuevo Testamento y llamados a la libertad. Pues ser altivo, se dijo, es ser soberbio: lo cual en otro lugar, por el contrario, muestra suficientemente, donde dice: "No sintiendo cosas altas, sino consintiendo a los humildes" (Rom. 12, 16). Por esto que dijo: "consintiendo a los humildes", ciertamente abrió que no había dicho otra cosa con "sintiendo cosas altas" que siendo soberbios.

53. Timor ergo non est in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorem; sed illum servilem, illum quo cum se quisque ab opere malo abstinet, poena terretur, non justitia delectatur; hunc charitas foras mittit, quam non delectat iniquitas, etiamsi proponatur impunitas: non illum quo timet anima ne amittat ipsam gratiam, qua in illa factum est ut eam non peccare delectet; quo timet ne Deus eam deserat, etiamsi nullis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor castus est; non eum charitas ejicit, sed adsciscit. De illo quippe scriptum est, Timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi (Psal. XVIII, 10): nequaquam istum diceret permanentem, nisi sciret alium qui non permaneret. Et bene istum castum dixit; hoc enim non caret amor quo anima inhaeret Deo, quae dicit in alio psalmo: Perdidisti omnem qui fornicatur abs te; mihi autem adhaerere Deo bonum est (Psal. LXXII, 27, 28). Nam et conjux quae adulterinum animum gerit, etiamsi timore viri non adulterium perpetrat, tamen quod deest operi, inest voluntati: casta vero aliter timet; nam et ipsa timet virum, sed caste. Denique timet illa ne vir infestus adveniat; ista, ne offensus abscedat: non amanti enim praesentia viri molesta est; amanti autem, absentia. Timore itaque casto, permanenti in saeculum saeculi, timeat Deum omne semen Israel. Timeant quem diligunt, non alta sapiendo, sed humilibus consentiendo; cum timore et tremore suam ipsorum salutem operentur. Deus est enim qui operatur in eis et velle, et operari, pro bona voluntate (Philipp. II, 12, 13).

CAPUT XXII.

54. Haec est justitia Dei, hoc est quod Deus donat homini, cum justificat impium. Hanc Dei justitiam ignorantes superbi Judaei, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3); hac superbia dejiciuntur, ut humilis inseratur oleaster. Et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requisisti, venientibus ab oriente et occidente multis, qui recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno coelorum (Matth. VIII, 12, 11). Sunt enim modo in exteris tenebris, unde correctio desperanda non est; quam si contempserint, ibunt in tenebras exteriores, ubi correctionis locus non erit: quoniam Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae (I Joan. I, 5); sed lux cordis, non istorum qui in carne sunt oculorum; nec omnino talis, qualis hujus lucis visibilis phantasia cogitatur; quanquam et ibi est videre, sed longe aliter, longe dissimiliter. Qualis enim lux est ipsa charitas, quis verbis explicet? quis earum rerum quae sensibus carnis adjacent, ullo demonstret exemplo? An forte lux non est charitas?

Pues no solo está escrito aquello que puse arriba: "El inicio de todo pecado es la soberbia"; sino que también se lee allí esto: "El inicio de la soberbia del hombre es apostatar de Dios" (Ecli. 10, 14. 15). No viva, pues, nadie para sí mismo, sino para Cristo; haciendo no su voluntad, sino la de Él, y permaneciendo en su caridad; como también Él mismo hizo la voluntad del Padre y permanece en su caridad. Amonestándonos estas cosas y exhortándonos con su ejemplo, habló en su Evangelio (Jn. 15, 10). Si, por el contrario, Él mismo, siendo igual al Padre en la forma de Dios, sin embargo, por la forma de siervo que recibió por nosotros, encomendó que hacía no su voluntad sino la del Padre; ¡cuánto más nosotros, despreciada nuestra propia y privada voluntad por la que estamos entenebrecidos, debemos acercarnos a aquella luz común para que seamos iluminados y nuestros rostros no se avergüencen, la cual ilumina a todo hombre que viene a este mundo (Ibíd. 1, 9), para que nuestra alma viva para Él! Pues esto añade consecuentemente sobre nosotros cuando dice: "Y mi descendencia le servirá": puesto que el que siembra la buena semilla es el Hijo del hombre; y la buena semilla son los hijos del reino.

CAPÍTULO XXIX.

69. Además, todas estas cosas que se dijeron en este salmo, porque no pertenecían al tiempo presente, sino a la profecía de las cosas futuras, como también aparece por las mismas cosas; quiso concluirlo de tal modo que mostrase que no estaba demostrando cosas presentes, ni narrando cosas pasadas, sino profetizando cosas futuras: "Se anunciará", dice, "al Señor la generación venidera, y los cielos anunciarán su justicia al pueblo que nacerá, al cual hizo el Señor". No dice: El Señor será anunciado a la generación venidera; sino: "Se anunciará al Señor la generación venidera": lo cual no ha de entenderse como si se anunciara algo al que lo ignora para que lo sepa; sino como anuncian los Ángeles, no solo a nosotros los beneficios de Dios, sino también a Él nuestras oraciones. Pues está escrito, donde el ángel dice a los hombres: "Yo ofrecí la memoria de vuestra oración" (Tob 12, 12): no para que entonces Dios conociera qué quisiéramos o de qué necesitáramos; "Pues vuestro Padre sabe", dice el Señor, "qué os es necesario antes de que se lo pidáis" (Mt 6, 8): sino porque la criatura racional que obedece a Dios tiene necesidad de referir las causas temporales a la verdad eterna, ya sea pidiendo lo que se haga respecto a ella, ya sea consultando qué deba hacer; lo cual es un piadoso afecto de la mente, para que ella misma sea construida, no para que Dios sea instruido. Pues también esta es una cierta contestación de la criatura racional: que ella misma no es para sí el bien por el cual se haga bienaventurada, sino aquel bien inconmutable por cuya participación se hace incluso sabia.

70. Sive ita dictum est, Annuntiabitur Domino generatio ventura, ac si diceretur, Domino placebunt qui annuntiabunt non sibi; ut ita sit Domino annuntiare, sicut est Domino vivere: sic dictum est, Qui manducat, Domino manducat; et qui non manducat, Domino non manducat. Ad hoc quippe addidit, Et gratias agit Deo, ut ostenderetur quid esset, Domino facit (Rom. XIV, 6), id est, in ejus laudem facit. Tunc enim recte, tunc juste, tunc pie fit, cum opus bonum in ejus laudem fit cujus gratia donatur ut fiat. Ac per hoc etiamsi eo modo quispiam haec verba intelligere velit, ut eorum iste ordo sit, Annuntiabitur Domino generatio ventura, id est, ea generatio annuntiabitur quae Domino ventura est, generatio scilicet piorum atque sanctorum, quia impiorum et sceleratorum generatio non Domino, sed sibi ventura est: ab eadem significatione non receditur, qua intelligatur animae participatio in idipsum; id est, rationalem creaturam, cum sit mutabilis, non fieri beatam nisi a proprio suo mutabili ad incommutabile bonum, idemque commune quod Deus est, a quo superba impietate abstitit, humili pietate conversa subsistat. In quo affectu proficiens, quidquid boni facit, Domino facit, hoc est in ejus laudem, cujus gratiam percepit ut faciat; unde est actio gratiarum, quae intimo fidelium mysterio celebratur.

CAPUT XXX.

71. Illud autem quod sequitur, Et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus, superioris sensus confirmatio est. Nam quod ibi dictum est, Annuntiabitur Domino generatio ventura: hoc est dictum hic, annuntiabunt justitiam ejus. Ipsa quippe generatio quae ventura prophetata est piorum atque sanctorum, justitia Dei est, non ipsorum: ne sint ex illis qui ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere, justitiae Dei non sunt subjecti (Rom. X, 3). Illa namque justitia Dei commendatur in eo quod dicitur, ignorantes Dei justitiam, qua nos ex ejus gratia justi sumus: ut ipsa justitia ejus nos simus, cum juste vivimus, credentes in eum qui justificat impium (Id. IV, 5); non illa qua ipse justus est aeterna sua et incommutabili justitia. Haec itaque justitia, qua nos Dei munere justi sumus, significatur in psalmo illo, ubi scriptum est: Justitia tua sicut montes Dei (Psal. XXXV, 7). Montes quippe Dei, sancti ejus sunt; de quibus alibi dicitur: Suscipiant montes pacem populo tuo (Psal. LXXI, 3).

70. O bien se dijo así: "Se anunciará al Señor la generación venidera", como si se dijera: Al Señor agradarán los que anunciarán no para sí mismos; de modo que anunciar al Señor sea lo mismo que vivir para el Señor: así se dijo: "El que come, para el Señor come; y el que no come, para el Señor no come". Pues a esto añadió: "Y da gracias a Dios", para que se mostrase qué era "hace para el Señor" (Rom 14, 6), es decir, lo hace para su alabanza. Pues entonces se hace rectamente, entonces justamente, entonces piadosamente, cuando la buena obra se hace para alabanza de aquel por cuya gracia se concede que se haga. Y por esto, aunque alguien quiera entender estas palabras de modo que su orden sea este: "Se anunciará al Señor la generación venidera", es decir, se anunciará aquella generación que ha de venir al Señor, a saber, la generación de los piadosos y los santos, porque la generación de los impíos y los malvados no ha de venir al Señor, sino a sí mismos: no se aparta de la misma significación, por la cual se entienda la participación del alma en aquello mismo; es decir, que la criatura racional, siendo mudable, no se hace bienaventurada sino pasando de su propio estado mudable al bien inconmutable, el cual es el mismo bien común que es Dios, de quien se apartó por soberbia impiedad, y convertida por humilde piedad, subsista. Progresando en este afecto, todo lo que hace de bueno lo hace para el Señor, esto es, para su alabanza, cuya gracia recibió para que lo haga; de donde es la acción de gracias, que se celebra en el íntimo misterio de los fieles.

CAPÍTULO XXX.

71. Además, lo que sigue: "Y anunciarán su justicia al pueblo que nacerá, al cual hizo el Señor", es una confirmación del sentido anterior. Pues lo que allí se dijo: "Se anunciará al Señor la generación venidera", eso mismo se ha dicho aquí: "anunciarán su justicia". Pues la misma generación de los piadosos y santos que fue profetizada como venidera, es la justicia de Dios, no de ellos: para que no sean de aquellos que, "ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya propia, no se sometieron a la justicia de Dios" (Rom 10, 3). Pues aquella justicia de Dios se encomienda en lo que se dice, "ignorando la justicia de Dios", por la cual somos justos por su gracia: de modo que nosotros mismos seamos su justicia cuando vivimos justamente, creyendo en aquel que justifica al impío (Ibíd. 4, 5); no aquella por la cual Él mismo es justo con su justicia eterna e inconmutable. Esta justicia, por tanto, por la cual somos justos por don de Dios, se significa en aquel salmo donde está escrito: "Tu justicia es como los montes de Dios" (Sal 35, 7). Pues los montes de Dios son sus santos; de los cuales se dice en otro lugar: "Reciban los montes paz para tu pueblo" (Sal 71, 3).

Et multa de his montibus scripta sunt figurata locutione, quae commemorare nunc longum est. Sed quia hoc ipsum quod Deus justificat homines, nimis occulto judicio facit (quoniam gratuita gratia facit; si autem gratia, non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia [Rom. XI, 6]; ex hoc quippe incipiunt opera bona, ex quo justificamur; non quia praecesserunt, justificamur: et hoc est profundum, de quo superius jam multa diximus), continuo in eodem psalmo cum dixisset, Justitia tua velut montes Dei, subjunxit, Judicia tua velut abyssus multa. Inde venit ad salutem hominibus jumentisque communem, quia et ipsa ex misericordia Dei est, et dicit, Homines et jumenta salvos facies, Domine; sicut multiplicata est misericordia tua, Deus: ut hinc intelligamus etiam illam salutem sempiternam et immortalem de qua dicit Apostolus, Spe enim salvi facti sumus (Id. VIII, 24), similiter ut istam quae hominibus jumentisque communis est, gratis nos accipere, non ex operibus, ne forte quis extollatur; quia opera bona ex ipsius justificatione operamur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus (Eph. II, 8-10). Et illa salus ergo gratuita est, de qua in alio psalmo dicitur: Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua (Psal. III, 9).

72. Sicut ergo quod legitur, Domini est salus, non ea salus intelligitur qua Dominus salvus est; sed qua hi salvi sunt, quos ipse salvos facit: sic cum legitur Dei justitia, in eo quod scriptum est, Ignorantes Dei justitiam, et suam volentes constituere; non est illa intelligenda qua Deus justus est, sed qua justi sunt homines quos gratia sua justificat. Inde enim salvi, unde justi; quoniam quod ait, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus, exposuit in consequentibus, dicens. Non veni vocare justos, sed peccatores (Matth. IX, 12, 13). Non igitur secundum opera justitiae quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis (Tit. III, 5). In qua gratia spe salvi facti sumus (Rom. VIII, 24). Unde in illo psalmo subjungitur: Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos; quoniam apud te est fons vitae, et in lumine tuo videbimus lumen. Praetende misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam iis qui recto sunt corde. Huic igitur justitiae Dei contraria superbia est, qua fiditur tanquam de operibus propriis; ideoque ibi sequitur: Non veniat mihi pes superbiae (Psal. XXXV, 8-12).

Y muchas cosas se han escrito sobre estos montes en locución figurada, las cuales es largo conmemorar ahora. Pero porque esto mismo de que Dios justifica a los hombres lo hace con juicio sumamente oculto (ya que lo hace con gracia gratuita; pues si es por gracia, ya no es por las obras, de otro modo la gracia ya no es gracia [Rom 11, 6]; pues a partir de esto ciertamente comienzan las obras buenas, desde que somos justificados; no porque hayan precedido somos justificados: y este es el profundo del cual ya hemos dicho muchas cosas arriba), inmediatamente en el mismo salmo, habiendo dicho: "Tu justicia es como los montes de Dios", añadió: "Tus juicios son como un gran abismo". De ahí llega a la salud común a los hombres y a las bestias, porque también ella procede de la misericordia de Dios, y dice: "A los hombres y a las bestias salvarás, Señor; según se ha multiplicado tu misericordia, Dios": para que de aquí entendamos que incluso aquella salud sempiterna e inmortal de la que dice el Apóstol: "En esperanza, pues, somos salvos" (Ibíd. 8, 24), de modo semejante a esta que es común a los hombres y a las bestias, la recibimos gratuitamente, no por las obras, para que nadie se ensalce; porque las obras buenas las obramos a partir de su justificación. "Somos, pues, hechura suya, creados en Cristo Jesús para las obras buenas que Dios preparó para que camináramos en ellas" (Ef 2, 8-10). Y aquella salud, por tanto, es gratuita, de la cual se dice en otro salmo: "Del Señor es la salud, y sobre tu pueblo tu bendición" (Sal 3, 9).

72. Así como, por tanto, lo que se lee: "Del Señor es la salud", no se entiende aquella salud por la cual el Señor está sano, sino aquella por la cual están sanos estos a quienes Él mismo sana: así, cuando se lee la justicia de Dios en lo que está escrito: "Ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya propia", no se ha de entender aquella por la cual Dios es justo, sino aquella por la cual son justos los hombres a quienes su gracia justifica. Pues de allí son salvos de donde son justos; puesto que lo que dijo: "No tienen necesidad de médico los sanos, sino los que están mal", lo expuso en lo que sigue, diciendo: "No vine a llamar a los justos, sino a los pecadores" (Mt 9, 12. 13). No, por tanto, según las obras de justicia que nosotros hicimos, sino según su misericordia nos salvó por el lavacro de la regeneración (Tit 3, 5). En cuya gracia somos salvos en esperanza (Rom 8, 24). De donde en aquel salmo se añade: "Pero los hijos de los hombres esperarán bajo la sombra de tus alas. Se embriagarán de la abundancia de tu casa, y los abrevarás en el torrente de tu delicia; porque en ti está la fuente de la vida, y en tu luz veremos la luz. Extiende tu misericordia a los que te conocen, y tu justicia a los que son rectos de corazón". A esta justicia de Dios, por tanto, es contraria la soberbia, por la cual se confía como en las obras propias; y por eso sigue allí: "No venga a mí el pie de la soberbia" (Sal 35, 8-12).

73. Haec justitia qua ejus fideles justi sunt, interim viventes ex fide, donec perfecta justitia perducantur ad speciem, sicut salute perfecta etiam ad ipsius corporis immortalitatem, gratia est Novi Testamenti. Unde alio loco dicit Apostolus, Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo reconciliari Deo: ac inde subjungit, Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est, sacrificium pro peccatis; nam et ipsa in Lege peccata appellabantur, quae pro peccatis offerebantur. Ut nos simus justitia Dei in ipso (II Cor. V, 20, 21): id est, in ejus corpore quod est Ecclesia, cui caput est, nos simus justitia Dei; quam ignorantes illi, et suam volentes constituere, id est tanquam de suis operibus gloriantes, justitiae Dei non sunt subjecti. Inde et in hoc psalmo cum dixisset, Annuntiabunt justitiam ejus, sequitur et adjungit: Populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Quis est enim populus quem non fecit Dominus, secundum id quod homines sunt, qui etiam pecora creavit, a quo est omnis vita, omnisque facta et creata natura? Sed ita intelligendum est, quem fecit Dominus, ut non solum, quod homines sunt, verum etiam quod justi sunt, ab illo facti intelligantur; secundum illud quod jam non semel commemoravi ab Apostolo dictum: Ipsius enim figmentum sumus, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus.

CAPUT XXXI.

74. Animae igitur rationalis mutabilitas admonetur, quo noverit, nisi participatione incommutabilis boni, justam, salvam, sapientem, beatam se esse non posse, nec sibi eam bonum esse posse propria voluntate, sed malum. Propria quippe voluntate avertitur a bono incommutabili, eaque aversione vitiatur: nec sanari per seipsam potest, sed gratuita misericordia sui Creatoris, quae in hac vita eam ex fide viventem in spe constituit salutis aeternae. Unde non altum sapiat, sed timeat; eoque timore casto inhaereat Deo, qui eam a propria immunditia qua inordinate bona inferiora dilexit, velut a quadam fornicatione spirituali mundavit: nec humanis laudibus extollatur, ne sit in virginibus stultis (Matth. XXV, 1-13), aliena laude laetantibus (hoc enim de quaestionibus tuis restat extremum), et propter ipsam inanem laudem, non propter conscientiam suam, ubi illis testis est Deus, bona operantibus; sed sit in virginibus sapientibus, ubi dicat quod ait Apostolus: Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae (II Cor. 1, 12).

73. Esta justicia por la cual sus fieles son justos, viviendo entretanto de la fe hasta que por la justicia perfecta sean conducidos a la visión, así como por la salud perfecta incluso a la inmortalidad del mismo cuerpo, es la gracia del Nuevo Testamento. Por lo cual en otro lugar dice el Apóstol: "Por Cristo ejercemos legación, como si Dios exhortara por medio de nosotros; os rogamos por Cristo que os reconciliéis con Dios": y de ahí añade: "A aquel que no conoció pecado, por nosotros lo hizo pecado", esto es, sacrificio por los pecados; pues también en la Ley se llamaban pecados a las cosas que se ofrecían por los pecados. "Para que nosotros seamos justicia de Dios en él" (2 Cor 5, 20. 21): esto es, en su cuerpo, que es la Iglesia, de la cual Él es cabeza, seamos nosotros justicia de Dios; la cual ignorando aquellos, y queriendo establecer la suya propia, esto es, como gloriándose de sus propias obras, no se sometieron a la justicia de Dios. Por eso también en este salmo, habiendo dicho: "Anunciarán su justicia", sigue y añade: "Al pueblo que nacerá, al cual hizo el Señor". Pues ¿qué pueblo hay al cual no haya hecho el Señor, según lo que los hombres son, Él que también creó las bestias, de quien procede toda vida y toda naturaleza hecha y creada? Pero ha de entenderse así, "al cual hizo el Señor", de modo que no solo en cuanto que son hombres, sino también en cuanto que son justos, se entienda que han sido hechos por Él; según aquello que ya no una sola vez he conmemorado dicho por el Apóstol: "Somos, pues, hechura suya, creados en Cristo Jesús para las obras buenas que Dios preparó para que camináramos en ellas".

CAPÍTULO XXXI.

74. Se amonesta, pues, la mutabilidad del alma racional para que conozca que, si no es por la participación del bien inconmutable, no puede ser justa, salva, sabia ni bienaventurada; y que su propia voluntad no puede ser para ella un bien, sino un mal. Pues por su propia voluntad se aparta del bien inconmutable, y por esa aversión se vicia: ni puede ser sanada por sí misma, sino por la gratuita misericordia de su Creador, la cual en esta vida la constituye viviendo de la fe en la esperanza de la salvación eterna. Por lo cual, no sienta cosas altas, sino tema; y con ese temor casto se adhiera a Dios, que la limpió de su propia inmundicia por la que amó desordenadamente los bienes inferiores, como de una cierta fornicación espiritual: ni se ensalce con las alabanzas humanas, para que no esté entre las vírgenes necias (Mt 25, 1-13), que se alegran con la alabanza ajena (pues este es el último extremo que resta de tus preguntas), y que obran el bien por esa misma vana alabanza, y no por su propia conciencia, donde Dios les es testigo; sino que esté entre las vírgenes sabias, donde diga lo que dice el Apóstol: "Pues nuestra gloria es esta, el testimonio de nuestra conciencia" (2 Cor 1, 12).

Hoc enim est oleum ferre secum, non a vendentibus emere, hoc est ab adulantibus. Adulatores namque laudem suam tanquam oleum venditant stultis. De hoc oleo dicitur in Psalmo: Emendabit me justus in misericordia, et arguet me; oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum (Psal. CXL, 5). Elegit a justo misericorditer reprehendi, et quodammodo colaphizari, quam, ut ei caput in superbiam crescat peccatoris adulatione laudari.

75. Irridentium quippe responsio mihi videtur, cum eis a sapientibus virginibus dicitur. Ite potius ad vendentes, et emite vobis: sicut in quodam libro Sapientiae scriptum est, ubi contemptoribus dicit. Et ego perditioni vestrae superridebo (Prov. 1, 26). Illa autem responsione qua petentibus oleum dictum est, Ne forte non sufficiat nobis et vobis, non desperanter, sed humiliter dictum est. Quis enim sic praesumat de conscientia sua, ut certus sit eam sibi in judicio Dei posse sufficere, nisi misericordes misericorditer judicet? Judicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam (Jacobi II, 13). Ipsae autem sunt lampades acceusae, opera scilicet bona, de quibus Dominus dicit: Luceant bona opera vestra coram hominibus , et glorificent Patrem vestrum qui in coelis est (Matth. V, 16). Hucusque pertendit intentio virginum sapientium, ut ideo velint videri ab hominibus opera sua bona, non quo ab eis laudentur ipsae, sed ut glorificetur Deus, a quo illis est quod bene operantur: ac per hoc interiori bono gaudent, quod est coram Deo, ubi eleemosyna in occulto, ut pater, qui videt in occulto, reddat. And therefore the lamps do not fail, because they are nourished by the interior oil, that is, by the intention of a good conscience, by which whatever shines in good works before men is done before God for His glory. At vero stultarum virginum, hoc oleum non secum portantium deficiunt lampades; id est, non perseveranter bona opera lucent, cum laus humana fuerit subtracta, propter quam illa faciebant, hucusque intentionem suam perducentes ut viderentur ab hominibus, non ut glorificetur Pater qui in coelis est. Quae intentio perennis est gloriae, qua novit anima Deo se debere quod justificata est ad facienda bona opera, et ideo in illo, non in se, laudari amat. Unde alibi homo Dei cantat, In Domino laudabitur anima mea (Psal. XXXIII, 2), ut qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. 1, 31).

CAPUT XXXII.

76. Sed quid est quod in eadem Evangelii lectione scriptum est, omnes sponso tardante dormisse? Somnum istum si intellexerimus, quod velut tardante judicio, ad quod faciendum venturus est Christus, abundante iniquitate charitas refrigescit, quomodo ibi ponemus virgines sapientes, cum potius in illis sint de quibus dicitur: Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (Matth. XXIV, 12)?

Pues esto es llevar consigo el aceite, no comprarlo a los que lo venden, esto es, a los aduladores. Pues los aduladores venden su alabanza como aceite a los necios. De este aceite se dice en el Salmo: "Me corregirá el justo con misericordia y me reprenderá; pero el aceite del pecador no engordará mi cabeza" (Sal 140, 5). Eligió ser misericordiosamente reprendida por el justo, y en cierto modo abofeteada, antes que ser alabada por la adulación del pecador para que su cabeza crezca en la soberbia.

75. Me parece, en efecto, que es la respuesta de quienes se burlan cuando les dicen las vírgenes sabias: "Id más bien a los que lo venden y comprad para vosotras": como está escrito en un cierto libro de la Sabiduría, donde dice a los despreciadores: "Y yo me reiré de vuestra perdición" (Prov 1, 26). Pero aquella respuesta por la que se dijo a las que pedían aceite: "No sea que no nos baste a nosotras y a vosotras", se dijo no desesperadamente, sino con humildad. Pues ¿quién presumirá tanto de su conciencia que esté cierto de que ella puede bastarle en el juicio de Dios, a no ser que Él juzgue misericordiosamente a los misericordiosos? Pues el juicio es sin misericordia para aquel que no hizo misericordia (Sant 2, 13). Pero ellas mismas son las lámparas encendidas, a saber, las obras buenas, de las cuales dice el Señor: "Luzcan vuestras obras buenas delante de los hombres, y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos" (Mt 5, 16). Hasta aquí llega la intención de las vírgenes sabias: que quieren que sus obras buenas sean vistas por los hombres por esta razón, no para que ellas mismas sean alabadas por ellos, sino para que sea glorificado Dios, de quien tienen el obrar bien: y por esto se alegran con el bien interior, que es ante Dios, donde la limosna es en lo oculto para que el Padre, que ve en lo oculto, retribuya. Y por eso no desfallecen las lámparas, porque son alimentadas por el aceite interior, esto es, por la intención de la buena conciencia, por la cual se hace ante Dios para su gloria todo lo que luce ante los hombres en las buenas obras. Pero en cambio, las lámparas de las vírgenes necias, al no llevar consigo este aceite, desfallecen; esto es, las obras buenas no lucen perseverantemente cuando se les ha retirado la alabanza humana, por la cual las hacían, llevando hasta allí su intención para ser vistas por los hombres, no para que fuera glorificado el Padre que está en los cielos. Cuya intención es de gloria perenne, por la cual conoce el alma que debe a Dios el haber sido justificada para hacer obras buenas, y por eso ama ser alabada en Él, no en sí misma. De donde en otro lugar canta el hombre de Dios: "En el Señor será alabada mi alma" (Sal 33, 2), para que "el que se gloría, se gloríe en el Señor" (1 Cor 1, 31).

CAPÍTULO XXXII.

76. Pero ¿qué es lo que está escrito en la misma lectura del Evangelio, que tardando el esposo todas durmieron? Si entendiéramos este sueño como que, al tardar el juicio para el cual ha de venir Cristo, al abundar la iniquidad se enfría la caridad, ¿cómo pondremos allí a las vírgenes sabias, siendo así que ellas están más bien entre aquellos de quienes se dice: "Pero el que perseverare hasta el fin, este será salvo" (Mt 24, 12)?

Dictum est ergo, Dormierunt omnes; quia non tantum stulti, qui propter humanam laudem bona operantur coram hominibus, verum etiam sapientes, qui hoc propterea faciunt ut laudetur Deus, experiuntur istam mortem: ex utroque enim genere moriuntur. Et ista mors saepe in Scripturis dormitio dicitur, propter futuram resurrectionem velut evigilationem. Hinc Apostolus dicit, De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres (I Thess. IV, 12); et alio loco, Ex quibus plures manent usque adhuc; quidam autem dormierunt (I Cor. XV, 6): et alia innumerabilia in hoc testimonia aperte per Scripturas utriusque Testamenti reperiuntur. Unde et ille ait, Consanguineus lethi sopor: (Virg. Aeneid. VI.) et si advertas, multa invenies etiam in saecularibus litteris, ubi mors somno comparatur. Significavit ergo Dominus futurum esse tempus, quo inter tribulationes et tentationes saeculi hujus, jam jamque ejus exspectaretur et speraretur adventus, tanquam propinquus atque imminens, ad quem se praeparent qui in ejus esse familia videntur. Hoc est enim quod ait, exisse obviam sponso et sponsae. Sponso quidem, Filio Dei: sponsae autem, sive quia in eo corpore venturus est quod sumpsit ex Virgine; sive quia ipsa Ecclesia tunc clarior apparebit, ut ad universi corporis congregationem membra concurrant, quibus concurrentibus, ejus magnitudo monstrabitur.

CAP. XXXIII.

77. Virgines propter continentiam nuncupavit. Decem vero, id est quinque et quinque, propter numerum quo censentur corporis sensus, in quibus habitat continentia, cum a voluptatibus turpibus et illicitis abstinetur. Lampades, sicut dictum est, bona sunt opera, maximeque ad misericordiam pertinentia; et ipsa quae etiam coram hominibus lucet laudabilis conversatio: sed magni interest, qua mentis intentione fiat; ideo dicit alias sapientes, stultas alias. Sed hinc eas discernit, quod stultae non sumpserunt oleum secum, sapientes autem acceperunt oleum in vasis suis, hoc est in cordibus suis, ubi fit ipsa participatio intimi ac superni boni. Unde in psalmo quodam, cum dictum esset, Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino; Multi, inquit, dicunt: Quis ostendit nobis bona? Deinde ut manifestaret cujus boni amore debeamus operari justitiam, hoc est, sacrificare sacrificium justitiae : Signatum est, inquit, in nobis lumen vultus tui, Domine: dedisti laetitiam in corde meo (Psal. IV, 6, 7).

Se dijo, pues: "Durmieron todas"; porque no solo las necias, que obran el bien ante los hombres por la alabanza humana, sino también las sabias, que hacen esto para que Dios sea alabado, experimentan esta muerte: pues mueren de ambos géneros. Y esta muerte se llama a menudo sueño en las Escrituras, a causa de la futura resurrección como un despertar. De ahí dice el Apóstol: "No quiero que ignoréis, hermanos, sobre los que duermen" (1 Tes 4, 12); y en otro lugar: "De los cuales muchos permanecen hasta ahora; pero algunos durmieron" (1 Cor 15, 6): y otros innumerables testimonios sobre esto se encuentran abiertamente por las Escrituras de ambos Testamentos. De donde también aquel dice: "El sueño, pariente de la muerte" (Virg. Eneida VI): y si te fijas, encontrarás muchas cosas incluso en las letras seculares donde la muerte se compara con el sueño. Significó, pues, el Señor que habría un tiempo futuro en el cual, entre las tribulaciones y tentaciones de este siglo, ya se esperaría su venida, como cercana e inminente, para la cual se preparen los que parecen estar en su familia. Pues esto es lo que dice: que salieron al encuentro del esposo y de la esposa. Del esposo ciertamente, el Hijo de Dios: y de la esposa, ya sea porque ha de venir en aquel cuerpo que tomó de la Virgen; o porque la Iglesia misma aparecerá entonces más clara, para que los miembros concurran a la congregación de todo el cuerpo, por cuya concurrencia se mostrará su magnitud.

CAPÍTULO XXXIII.

77. Las llamó vírgenes por causa de la continencia. Pero diez, esto es cinco y cinco, por el número por el que se cuentan los sentidos del cuerpo, en los cuales habita la continencia cuando se abstiene de placeres torpes e ilícitos. Las lámparas, como se ha dicho, son las obras buenas, y especialmente las pertenecientes a la misericordia; y aquella misma conducta laudable que luce incluso ante los hombres: pero importa mucho con qué intención de la mente se haga; por eso llama a unas sabias y a otras necias. Pero en esto las distingue: en que las necias no tomaron aceite consigo, pero las sabias recibieron aceite en sus vasijas, esto es, en sus corazones, donde se da la misma participación del bien íntimo y excelso. De donde en un salmo, habiéndose dicho: "Sacrificad sacrificio de justicia y esperad en el Señor"; dice: "Muchos dicen: ¿Quién nos muestra los bienes?". Luego, para manifestar por amor de qué bien debemos obrar la justicia, esto es, sacrificar sacrificio de justicia: "Sellada está sobre nosotros", dice, "la luz de tu rostro, Señor: has dado alegría en mi corazón" (Sal 4, 6. 7).

Cujus boni aliquantum participati, et plenius perfectiusque participandi intentione, qui bene operatur, et laudabiliter etiam in conspectu hominum conversatur, habet oleum secum, quo bona opera ejus etiam in conspectu hominum lucentia non exstinguuntur; quia non in eo charitas refrigescit abundante iniquitate, sed perseverat usque in finem. Hoc oleum stultae virgines non habent secum, quoniam sibi tribuendo si quid boni operis faciunt, necesse est inflentur superbia, et propter hoc vitium sic laude delectentur humana, ut ejus gaudio, si quid boni agunt, fervere et lucere videantur.

CAPUT XXXIV.

78. Tardante autem sponso, dormierunt omnes. Non enim tunc veniet cum speratur, sed media nocte cum valde obscurum, id est, occultum erit an veniat. Unde dicit, media nocte clamorem factum: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Nimirum clamor iste ipsa est tuba illa, quam commemorans Apostolus dicit: Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti (I Cor. XV, 52). Tubae nomine aliquod evidentissimum et praeclarissimum signum vult intelligi: quam vocem archangeli et tubam Dei alio loco dicit (I Thess. IV, 15). Quae etiam vox ipsius Domini Jesu Christi in Evangelio dicitur, quam audient ii qui in monumentis sunt, et procedent (Joan. V, 28, 29). Surgunt ergo omnes virgines illae, et sapientes et stultae, et aptant lampades suas, id est, rationem praeparant reddere de operibus suis.

79. Sed tunc, in illius clamoris evidentia et resurrectione mortuorum, quia nulla erit dubitatio jam instantis praesentisque judicii, subtrahetur omne solatium laudis humanae. Neque enim vacabit de alio disceptare, vel de alio judicare, aut gratificari atque suffragari alteri, quando unusquisque proprium onus portabit, et de suorum factorum reddenda ratione cogitabit: ac per hoc feretur animus quidem virginum stultarum consuetudine propria, sed non inventis laudibus humanis deficiet. Neque enim germanitus dixerunt, Apud te laus mea; vel, In Domino laudabitur anima mea; aut in Domino gloriatae sunt, cum ignorantes Dei justitiam, suam justitiam constituerent. Ac per hoc petunt a sapientibus oleum, hoc est aliquam consolationem; nec inveniunt nec accipiunt, illis respondentibus se nescire utrum vel sibi sufficiat ipsa conscientia, qua exspectant misericordiam sub illo judice, qui cum in throno sederit, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato, nisi superexsultet misericordia judicio (Jacobi II, 13)?

Quien obra bien y se comporta laudablemente incluso a la vista de los hombres, con la intención de este bien participado en algo y que ha de ser participado más plena y perfectamente, tiene aceite consigo, por el cual sus obras buenas, que lucen incluso a la vista de los hombres, no se apagan; porque en él no se enfría la caridad al abundar la iniquidad, sino que persevera hasta el fin. Este aceite no lo tienen consigo las vírgenes necias, puesto que, al atribuirse a sí mismas lo que hacen de bueno, es necesario que se hinchen de soberbia, y por este vicio se deleiten de tal modo en la alabanza humana que parezcan hervir y lucir por su gozo si hacen algo bueno.

CAPÍTULO XXXIV.

78. "Tardando, pues, el esposo, durmieron todas." Pues no vendrá entonces cuando se espera, sino a media noche, cuando esté muy oscuro, esto es, cuando esté oculto si viene. De donde dice que a media noche se hizo un clamor: "He aquí que viene el esposo, salid a su encuentro." Sin duda este clamor es aquella misma trompeta que el Apóstol, conmemorándola, dice: "Pues sonará la trompeta, y los muertos resucitarán incorruptos" (1 Cor 15, 52). Con el nombre de trompeta quiere que se entienda algún signo evidentísimo y clarísimo: la cual voz del arcángel y trompeta de Dios menciona en otro lugar (1 Tes 4, 15). La cual también se llama voz del mismo Señor Jesucristo en el Evangelio, la cual oirán los que están en los monumentos, y saldrán (Jn 5, 28. 29). Se levantan, pues, todas aquellas vírgenes, tanto las sabias como las necias, y preparan sus lámparas, esto es, se preparan para dar razón de sus obras.

79. Pero entonces, en la evidencia de aquel clamor y en la resurrección de los muertos, porque no habrá ninguna duda del juicio ya instantes y presente, se retirará todo consuelo de la alabanza humana. Pues no habrá lugar para discutir sobre otro, o juzgar sobre otro, o congraciarse y sufragar a otro, cuando cada uno llevará su propia carga y pensará en la razón que ha de dar de sus propios hechos: y por esto el ánimo de las vírgenes necias se verá arrastrado ciertamente por su propia costumbre, pero al no encontrar las alabanzas humanas, desfallecerá. Pues no dijeron de corazón: "De ti procede mi alabanza"; o: "En el Señor será alabada mi alma"; o no se gloriaron en el Señor cuando, ignorando la justicia de Dios, establecieron su propia justicia. Y por esto piden aceite a las sabias, esto es, algún consuelo; y no lo encuentran ni lo reciben, respondiendo ellas que no saben si a ellas mismas les bastará la propia conciencia, con la cual esperan misericordia bajo aquel juez, ante quien, cuando se siente en su trono, ¿quién se gloriará de tener un corazón casto, o quién se gloriará de estar limpio de pecado, a no ser que la misericordia sobreexulte al juicio (Sant 2, 13)?

quae super eos erit, qui misericordiae opera illa intentione fecerunt, ut eorum misereretur, a quo se sciebant accepisse quod habebant; nec gloriabantur quasi non acceperint, sed per seipsos habuerint quo placerent, sicut stulti qui et sibi placent tanquam de bono a se sibi parato, et ab adulantibus vel errantibus ita laudantur ac si ipsi sint aliquid. Qui autem putat se esse aliquid, cum nihil sit, sicut dicit Apostolus, seipsum seducit. Opus autem suum probet unusquisque; et tunc in seipso tantum gloriam habebit, et non in altero (Galat. VI, 3): hoc est portare oleum secum, non ex aliena laude dependere. Sed quam gloriam in se habebit, nisi eum cui dicitur, Gloria mea, et exaltans caput meum (Psal. III, 4); ut quod saepe dicendum est, qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. I, 31)?

80. Proinde sapientia quae in sapientibus virginibus habitat, secundum illud quod ante praedixit, cum ait contemptoribus, et sanam doctrinam accipere recusantibus, Et ego vestrae perditioni superridebo (Prov. I, 26); dicit stultis virginibus, Ite potius ad vendentes, et emite vobis: tanquam diceret, Ubi sunt qui vos fallebant mendosissimis laudibus, quando et a vobis fallebamini, quia in vobis non in Domino gloriabamini? Quod autem dicit, Et dum eunt emere, venit sponsus; et quae paratae erant, intraverunt cum eo, hoc mihi videtur intelligendum, quod vitioso cordis affectu inhiabunt inani gloriae, quam vanae mentis elatione sectatae sunt. Et ipse appetitus significatus est in eo quod dictum est, Dum eunt emere, venit sponsus; et introierunt cum eo ad nuptias, quae paratae erant: hoc est, quae veram fidem veramque pietatem corde gestabant, qua possent contemperari numero societatique sanctorum, non in seipsis, sed in Domino gloriantium, ut intrarent cum eis in illud gaudium, de quo dicitur, Intra in gaudium Domini tui (Matth. XXV, 23); ubi erit perfecta participatio incommutabilis boni, cujus modo velut arrha quaedam per fidem tenetur, ut secundum hanc gratiam vivamus, in quantum Deo, non nobis vivimus.

CAPUT XXXV.

81. Proinde quod sequitur, Novissime veniunt et reliquae virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis; non dictum est eas emisse oleum, et sic venisse, neque enim jam erat unde; sed misericordiam sero quaesiisse, cum jam tempus judicandi esset, et probos a reprobis separandi. Recte autem illis respondetur: Amen dico vobis, Nescio vos. Ille quippe hoc dicit, quem non latet aliquid: sed, Nescio vos, nihil aliud est quam, Nescitis me, quando de vobis potius eligitis confidere quam de me.

la cual estará sobre aquellos que hicieron las obras de misericordia con aquella intención de que se compadeciera de ellos aquel de quien sabían que habían recibido lo que tenían; y no se gloriaban como si no lo hubieran recibido, sino que tuvieran por sí mismos aquello con lo que pluguieran, como los necios que tanto se complacen a sí mismos como por un bien preparado por ellos para sí, y son alabados por los aduladores o errados como si ellos mismos fueran algo. "Pero el que piensa que es algo, no siendo nada", como dice el Apóstol, "se seduce a sí mismo. Pero pruebe cada uno su obra; y entonces tendrá gloria solo en sí mismo y no en otro" (Gál 6, 3. 4): esto es llevar el aceite consigo, no depender de la alabanza ajena. Pero ¿qué gloria tendrá en sí mismo, sino a aquel a quien se dice: "Gloria mía y el que exalta mi cabeza" (Sal 3, 4); para que, lo que ha de decirse a menudo, el que se gloría, se gloríe en el Señor (1 Cor 1, 31)?

80. Por tanto, la sabiduría que habita en las vírgenes sabias, según aquello que predijo antes, cuando dijo a los despreciadores y a los que rehusaban recibir la sana doctrina: "Y yo me reiré de vuestra perdición" (Prov 1, 26); dice a las vírgenes necias: "Id más bien a los que lo venden y comprad para vosotras": como si dijera: ¿Dónde están los que os engañaban con alabanzas mentirosísimas, cuando también erais engañadas por vosotras mismas porque os gloriabais en vosotras y no en el Señor? Pero lo que dice: "Y mientras iban a comprar, vino el esposo; y las que estaban preparadas entraron con él", esto me parece que ha de entenderse como que con vicioso afecto del corazón suspirarán por la gloria vana, la cual buscaron con vana elación de la mente. Y ese mismo apetito se significó en lo que se dijo: "Mientras iban a comprar, vino el esposo; y las que estaban preparadas entraron con él a las bodas": esto es, las que llevaban en el corazón la verdadera fe y la verdadera piedad, por la cual pudieran atemperarse al número y sociedad de los santos, que se glorían no en sí mismos sino en el Señor, para entrar con ellos en aquel gozo del que se dice: "Entra en el gozo de tu señor" (Mt 25, 23); donde habrá la perfecta participación del bien inconmutable, del cual ahora se tiene como una prenda por la fe, para que vivamos según esta gracia, en cuanto vivimos para Dios y no para nosotros.

CAPÍTULO XXXV.

81. Por tanto, sobre lo que sigue: "Últimamente vienen también las demás vírgenes, diciendo: Señor, Señor, ábrenos"; no se dice que hubieran comprado aceite y así hubieran venido, pues ya no había de dónde; sino que buscaron misericordia tarde, cuando ya era el tiempo de juzgar y de separar a los buenos de los reprobados. Pero rectamente se les responde: "Amén os digo, no os conozco." Aquel dice esto ciertamente a quien nada se le oculta: pero "no os conozco" no es otra cosa que "no me conocéis", puesto que elegís confiar en vosotras antes que en mí.

Cum enim dicitur quod nos cognoscit Deus, cognitionem sui nobis praestat, ut per hoc intelligamus ne hoc quidem nobis esse tribuendum quod nos scimus Deum, sed eam quoque scientiam illius misericordiae tribuamus. Unde cum quodam loco Apostolus diceret, Nunc autem cognoscentes Deum, correxit et ait, Imo cogniti a Deo (Galat. IV, 9): quid aliud volens intelligi, nisi quod eos ipse fecerit cognitores suos? Nemo autem cognoscit Deum, nisi qui intelligit illum esse summum atque incommutabile bonum, cujus participatione fit bonus: quod in hujus psalmi conclusione positum est, Annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus. Inde est et illud quod in alio psalmo: Ipse fecit nos, et non ipsi nos (Psal. XCIX, 3). Hoc enim non ad eam naturam qua homines sumus, cujus naturae idem ipse creator est, qui coeli et terrae, siderum, omniumque animantium; sed ad illud potius referendum est quod Apostolus ait: Ipsius enim sumus figmentum creati in Jesu Christo in operibus bonis, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus (Eph. II, 10).

CAPUT XXXVI.

82. Arbitror tibi satis esse solutas tuas quinque quaestiones, dum in ista mea veluti sexta immorarer, quam mihi proposui de Gratia Novi Testamenti, propter quam Verbum caro factum est, id est, qui Filius Dei erat, homo factus est, naturam suscipiendo nostram, non amittendo suam: per quod et nobis recipientibus eum potestas daretur, ut qui eramus homines, filii Dei fieremus (Joan. I, 14, 12) participatione incommutabilis boni in melius commutati, non ad temporalem felicitatem, sed ad vitae aeternae, quae sola beata est, adoptionem. Unde placuit etiam propheticum Psalmum percurrere, cujus primum versum in passione commemoravit, ostendens quomodo nos Deus derelinquat, et quo alio modo non recedat a nobis; ad bona aeterna nos colligens, temporalia vero aliquando utiliter tribuens, et aliquando utiliter subtrahens; ut eis non haerere discamus, ne contempta luce interiore, quae ad novam pertinet vitam (unde etiam psalmus iste ipse pro susceptione matutina, tanquam pro luce nova, nomen accepit), in exteris tenebris libenter habitemus, unde in exteriores mittuntur qui ex istis exteris non se ad interiora convertunt; ne diabolo et angelis ejus sociati, extrema damnatione puniamur.

Pues cuando se dice que Dios nos conoce, nos otorga el conocimiento de sí mismo, para que por esto entendamos que ni siquiera esto ha de sernos atribuido, el que nosotros conozcamos a Dios, sino que atribuyamos también ese conocimiento a su misericordia. Por lo cual, habiendo dicho el Apóstol en un cierto lugar: "Pero ahora conociendo a Dios", corrigió y dijo: "Más bien, siendo conocidos por Dios" (Gál 4, 9): no queriendo que se entendiera otra cosa sino que Él mismo los había hecho conocedores de sí. Pero nadie conoce a Dios sino aquel que entiende que Él es el sumo e inconmutable bien, por cuya participación se hace bueno: lo cual se puso en la conclusión de este salmo: "Anunciarán su justicia al pueblo que nacerá, al cual hizo el Señor". De ahí es también aquello que está en otro salmo: "Él nos hizo y no nosotros mismos" (Sal 99, 3). Pues esto ha de referirse no a aquella naturaleza por la que somos hombres, de cuya naturaleza Él mismo es el creador, como lo es del cielo y de la tierra, de los astros y de todos los seres vivos; sino más bien ha de referirse a aquello que dice el Apóstol: "Pues somos hechura suya, creados en Jesucristo para las obras buenas que Dios preparó para que camináramos en ellas" (Ef 2, 10).

CAPÍTULO XXXVI.

82. Considero que te han sido suficientemente resueltas tus cinco preguntas, mientras me demoraba en esta mi como sexta pregunta, que me propuse sobre la Gracia del Nuevo Testamento, por la cual el Verbo se hizo carne, esto es, Él que era el Hijo de Dios se hizo hombre, asumiendo nuestra naturaleza, no perdiendo la suya: por lo cual también se nos diera potestad a los que lo recibimos para que, siendo hombres, nos hiciéramos hijos de Dios (Jn 1, 14. 12) por la participación del bien inconmutable, cambiados a mejor, no para una felicidad temporal, sino para la adopción de la vida eterna, la cual sola es bienaventurada. Por lo cual plugo también recorrer el Salmo profético, cuyo primer verso conmemoró en su pasión, mostrando de qué modo nos desampara Dios y de qué otro modo no se aparta de nosotros; recogiéndonos para los bienes eternos, pero concediendo a veces útilmente los temporales y retirándolos otras veces útilmente; para que aprendamos a no adherirnos a ellos, no sea que despreciada la luz interior, la cual pertenece a la nueva vida (de donde también este mismo salmo recibió el nombre "por la asunción matutina", como por la luz nueva), habitemos gustosamente en las tinieblas exteriores, de donde son arrojados a las tinieblas exteriores los que de estas cosas exteriores no se convierten a las interiores; no sea que, asociados al diablo y a sus ángeles, seamos castigados con la extrema condenación.

Intelligentes igitur peregrinationem nostram in hac vita, mundo crucifigamur, extendentes manus in latitudinem bonorum operum, et longanimitate usque in finem perseverantes, atque habentes cor sursum, ubi Christus est in dextera Dei sedens (Coloss. III, 1, 2), totumque hoc non nobis, sed illius misericordiae tribuentes, cujus profunda judicia omnem scrutatorem fatigant. Haec est enim non inaniter fabulosa, sed utiliter verax latitudo, longitudo, altitudo, profundum, unde perveniamus etiam ad supereminentem scientiam charitatis Christi, et impleamur in omnem plenitudinem Dei (Eph. III, 19).

CAPUT XXXVII.

83. Scio autem quam non supervacanea sollicitudine, per hanc occasionem quaestionum mihi abs te propositarum, Novi Testamenti gratiam tibi voluerim copiosius commendare. Habet enim adversarios, qui ejus profunditate turbati, non Deo tribuere, sed potius sibi volunt arrogare quod boni sunt. Nec tales sunt, quos facile contemnas; sed continenter viventes, atque in bonis operibus laudabiles: nec falsum Christum sicut Manichaei aliique plurimi haeretici, sed eumdem verum aequalemque Patri et coaeternum, veraciterque hominem factum, et venisse credentes, et venturum exspectantes; sed tamen ignorantes Dei justitiam, et suam constituere volentes. Neque enim frustra Dominus, cum et illas commemoraret quae secum intraverunt ad nuptias, et illas contra quas januas clausit, et quibus respondit, Nescio vos, utrasque virgines dixit, propter continentiam; et quinque propter concupiscentiam carnis edomitam, quinario praeditam sensu; ornatas utrasque lampadibus, propter bonorum operum bonaeque conversationis in conspectu hominum luculentissimam laudem; utrasque obviam sponso euntes, propter exspectationem qua Christi speratur adventus: sed tamen alias sapientes, alias stultas, quod sapientes oleum acceperunt in vasis suis, stultae autem hoc non ferebant secum; in tam multis pares, hoc solo eas dispares demonstrat, hoc solo diversa eis et contraria nomina imponit.

84. Quid enim tam conjunctum quam virgines et virgines, quinque et quinque lampadibus ornatae, obviam sponso euntes et istae et illae? Et quid tam contrarium quam sapientes, et stultae? videlicet quod istae oleum in vasis, hoc est, intelligentiam gratiae Dei portant in cordibus suis, scientes quod nemo possit esse continens nisi Deus det, et hoc ipsum sapientiae deputantes, scire cujus hoc donum sit (Sap. VIII, 21): illae autem largitori omnium bonorum gratias non agentes, evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor earum, dicentes se esse sapientes, stultae factae sunt (Rom. I, 21, 22).

3. His atque hujusmodi testimoniis tantae hujus domus, quae in tota Scriptura tam multa reperiuntur, ita cesserunt inimici ejus, ut faterentur contra Ecclesiam transmarinam, quam tamen catholicam esse confessi sunt, se causam non habere. Huic nos communicamus ut conjungi mereamur membris Christi, et compaginem corporis ejus fidelissimae charitatis amplectamur affectu. Quoniam in Ecclesiae hujus unitate quicumque male vixerit, sibi judicium manducat et bibit, sicut Apostolus dicit (I Cor XI, 29). Quicumque autem bene vivit, non ei praejudicat aliena causa, et aliena persona. Sic etiam illi cum de causa Maximiani urgerentur, ore suo coacti sunt confiteri, quia nec causa causae, nec persona personae praejudicat. Solliciti tamen invicem sumus pro nobis, tanquam unius corporis membra; ut quicumque adjuvante Domino, ad horreum futurum pertinemus, interim in area simul paleam toleremus, ne propter illam futuro igni destinatam, nos aream dominicam deseramus.

Por lo cual, aunque mi ausencia fuera larga en tierras remotísimas, en Él estaríamos juntos, de la unidad de cuyo cuerpo no debemos apartarnos. Pues si una sola casa nos tuviera, por cierto se diría que estamos juntos; ¡cuánto más estamos juntos cuando estamos juntos en un solo cuerpo! Aunque también en una sola casa testifica la misma Verdad que estamos, puesto que la sagrada Escritura, que dice que la Iglesia es el cuerpo de Cristo, dice asimismo que la misma Iglesia es la casa de Dios.

2. Pero esta casa no se edifica en un solo rincón del orbe de la tierra, sino por toda la tierra. Por lo cual aquel salmo en cuyo título se lee «Cuando se edificaba la casa después de la cautividad», así comienza: «Cantad al Señor un cántico nuevo, cantad al Señor, toda la tierra» (Sal 95, 1). En la antigüedad del hombre viejo, el diablo había cautivado al orbe de la tierra; después de esta cautividad, cuando se edifica la casa, se significa la renovación de los fieles en el hombre nuevo. Por lo cual dice el Apóstol: «Despojaos del hombre viejo y vestíos del que ha sido creado según Dios» (Ef 4, 22. 24); y porque esto se hace por toda la tierra en la unidad católica, como se dijo en otro salmo «Y sobre toda la tierra tu gloria», así en este, habiéndose dicho «Cantad al Señor un cántico nuevo», para que se demostrara cuándo se edifica la casa en este cántico nuevo, inmediatamente se añadió: «Cantad al Señor, toda la tierra». A los obreros, por los cuales se edifica esta tan grande casa, el mismo salmo los exhorta cuando dice consecuentemente: «Anunciad de día en día su salud; anunciad entre las gentes su gloria, en todos los pueblos sus maravillas»; y poco después dice: «Traed al Señor, patrias de las gentes, traed al Señor gloria y honor». Cuál sea esta casa, esto es, la Iglesia católica, en otro lugar lo dije.

3. Ante estos y semejantes testimonios de esta tan gran casa, que se hallan tan numerosos en toda la Escritura, cedieron sus enemigos de tal modo que confesaron no tener causa contra la Iglesia de ultramar, la cual sin embargo confesaron ser católica. A esta nosotros comunicamos para que merezcamos ser unidos a los miembros de Cristo y abracemos la trabazón de su cuerpo con el afecto de una fidelísima caridad. Puesto que en la unidad de esta Iglesia, quienquiera que viviere mal, «para sí come y bebe el juicio», como dice el Apóstol (1 Cor 11, 29). Pero quienquiera que vive bien, no le perjudica la causa ajena ni la persona ajena. Así también ellos, cuando eran urgidos por la causa de Maximiano, fueron obligados a confesar por su propia boca que «ni la causa perjudica a la causa, ni la persona a la persona». Sin embargo, somos mutuamente solícitos unos por otros, como miembros de un solo cuerpo; para que quienesquiera de nosotros, con la ayuda del Señor, pertenecemos al granero futuro, entretanto toleremos juntos la paja en la era (area), no sea que por causa de aquella destinada al fuego futuro, nosotros desertemos de la era del Señor.

4. Agite fideliter, et hilariter Ecclesiastica officia quae ad vos pertinent, pro gradibus vestris, et ministerium vestrum sinceriter adimplete propter illum Deum, sub quo conservi sumus, et cui rationem de nostris actibus reddituros nos esse cogitamus. Unde abundare debent in vobis misericordiae viscera, quia judicium sine misericordia erit illi qui non fecerit misericordiam (Jacobi II, 13). Ac per hoc, et pro illis orate nobiscum qui adhuc contristantur, ut sanetur carnalis animi infirmitas, ex diuturna consuetudine collecta atque contracta. Nam quis non intelligat quam bonum sit et jucundum fratres habitare in unum (Psal. CXXXII, 1), si sanas fauces ista jucunditas tangat, unde respuat amaritudinem divisionis mens quae diligit dulcedinem charitatis? Potens est autem et misericors Deus, quem pro illis oramus, ut quibuslibet occasionibus etiam ipsos attrahat ad salutem. Dominus vos in pace conservet.

EPISTOLA CXLIII.

Paucis respondet ad quaestionem ex divinis Libris propositam a Marcellino. Tum explicat locum taxatum ex libris suis de Libero Arbitrio; declarans in primis quantum suis scriptis tribui velit: eademque occasione varias de animarum origine quaestiones perstringens. Postremo rejicit cujusdam (puta Volusiani) dubitationem, qui ideo non credebat Mariam virginem peperisse, quod id nunquam alias factum sit.

Domino eximio, et merito insigni, multumque charissimo filio MARCELLINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Epistolam tuam, quam per sanctum fratrem et coepiscopum meum Bonifacium accepi, quaesivi, cum rescriberem, nec inveni. Recolui tamen te in ea quaesisse quomodo invenerint magi Pharaonis, conversa in sanguinem tota aqua Aegypti, unde simile aliquid facerent. Quae duobus modis solvi quaestio solet: sive quod marina aqua potuerit offerri; sive, quod est credibilius, quia in ea regione, in qua erant filii Israel, istae plagae non fiebant. Hoc enim quibusdam Scripturae illius locis apertissime expressum admonet, etiam ubi non dictum est, quid intelligi debeat.

2. Illae autem litterae tuae, quas presbyter Urbanus attulit, habent quaestionem mihi propositam ex libris non divinis, sed meis, quos scripsi de Libero Arbitrio. In talibus autem quaestionibus non multum laboro: quia etsi defendi sententia mea liquida ratione non potest, mea est; non ejus auctoris cujus sensum improbare fas non est, etiam cum, eo non intellecto, hoc inde sentitur quod improbandum est. Ego proinde fateor me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, et scribendo proficiunt.

4. Desempeñad fielmente y con alegría los oficios eclesiásticos que os pertenecen según vuestros grados, y cumplid vuestro ministerio sinceramente por aquel Dios bajo el cual somos consiervos y al cual pensamos que hemos de dar cuenta de nuestros actos. Por lo cual deben abundar en vosotros las entrañas de misericordia, porque «el juicio será sin misericordia para aquel que no hiciere misericordia» (Sant 2, 13). Y por esto, orad con nosotros también por aquellos que aún se entristecen, para que se sane la enfermedad del ánimo carnal, recogida y contraída por la larga costumbre. Pues ¿quién no entenderá cuán bueno y cuán agradable es que los hermanos habiten en uno (Sal 132, 1), si esa suavidad tocara las fauces sanas, de donde rechace la amargura de la división el ánimo que ama la dulzura de la caridad? Pero poderoso y misericordioso es Dios, a quien rogamos por ellos, para que por cualesquiera ocasiones los atraiga también a ellos a la salud. El Señor os conserve en paz.

EPÍSTOLA CXLIII.

Responde en pocas palabras a una cuestión propuesta de los Libros divinos por Marcelino. Luego explica un pasaje censurado de sus libros sobre el Libre Albedrío; declarando en primer lugar cuánto quiere que se atribuya a sus escritos; y con la misma ocasión tratando someramente varias cuestiones sobre el origen de las almas. Finalmente rechaza la duda de alguien (quizás Volusiano), que por eso no creía que la virgen María hubiera parido, porque eso nunca se hizo en otra parte.

Al señor eximio y por mérito insigne, y muy queridísimo hijo MARCELINO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Tu carta, que recibí por medio del santo hermano y coobispo mío Bonifacio, la busqué cuando te respondía y no la hallé. Recordé sin embargo que en ella habías preguntado cómo hallaron los magos de Faraón, convertida en sangre toda el agua de Egipto, de donde hicieran algo semejante. La cual cuestión suele resolverse de dos modos: o que pudo ofrecerse agua marina, o, lo que es más creíble, porque en aquella región en la que estaban los hijos de Israel no sucedían aquellas plagas. Pues esto mismo, expresado clarísimamente en ciertos lugares de aquella Escritura, amonesta qué deba entenderse incluso donde no se ha dicho.

2. Aquella carta tuya, en cambio, que trajo el presbítero Urbano, contiene una cuestión que se me propone de libros no divinos, sino míos, los cuales escribí sobre el Libre Albedrío. En tales cuestiones, sin embargo, no trabajo mucho: porque aunque mi sentencia no pueda defenderse con razón líquida, es mía; no de aquel autor cuyo sentido no es lícito reprobar, incluso cuando, no entendiéndolo, se siente de él lo que debe ser reprobado. Yo, por tanto, confieso ser del número de aquellos que intentan escribir aprovechando y aprovechar escribiendo.

Unde si aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est, quod non solum ab aliis qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam a meipso, quia et ego saltem postea videre debeo, si proficio; nec mirandum est, nec dolendum: sed potius ignoscendum atque gratulandum; non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis perverse seipsum amat qui et alios vult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius et utilius, ut ubi ipse erravit, alii non errent, quorum admonitu errore careat! quod si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi Deus quod volo praestiterit, ut omnium librorum meorum quaecumque mihi rectissime displicent, opere aliquo ad hoc ipsum instituto, colligam atque demonstrem; tunc videbunt homines quam non sim acceptor personae meae.

3. Vos autem qui me multum diligitis, si talem asseritis adversus eos quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, ut me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis; frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea me ipso judice superamini. Quoniam non mihi placet, cum a charissimis meis talis esse existimor, qualis non sum. Profecto enim non me, sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Nam in quantum me noverunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor: in quantum autem mihi tribuunt quod in me non cognoscunt, alium talem qualem me putant, pro me diligunt . Romani maximus auctor Tullius eloquii, Nullum unquam verbum, inquit de quodam, quod revocare vellet, emisit. Quae quidem laus, quamvis praeclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. Nam et illi quos vulgo moriones vocant, quanto magis a sensu communi dissonant, magisque absurdi et insulsi sunt, tanto magis nullum verbum emittunt quod revocare velint; quia dicti mali, vel stulti, vel incommodi poenitere, utique cordatorum est. Sed si in bonam partem accipiatur, ut quempiam talem fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum unquam verbum quod revocare vellet, emisit; hoc potius de hominibus Dei, qui Spiritu sancto acri locuti sunt, quam de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab hac ego excellentia tam longe absum, ut si nullum verbum quod revocare vellem protulero, fatuo sim quam sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima, qui nullum verbum, non quod revocare vellet, sed quod revocare deberet, emisit. Hoc quisquis nondum est assecutus, secundas habeat partes modestiae, quia primas non potuit habere sapientiae: quia non valuit omnia non poenitenda diligenter dixisse, poeniteat quae cognoverit dicenda non fuisse.

Por lo cual, si algo ha sido puesto por mí ya sea más incautamente, ya sea más indoctamente, que merecidamente sea reprendido no solo por otros que pueden verlo, sino también por mí mismo, porque yo al menos debo verlo después si aprovecho; ni es de admirar ni de dolerse, sino más bien de perdonar y de congratularse; no porque se haya errado, sino porque se ha reprobado. Pues demasiado perversamente se ama a sí mismo quien quiere que también otros yerren para que su error quede oculto. ¡Cuánto mejor y más útil es que donde él mismo erró, otros no yerren, por cuya advertencia carezca de error! Lo cual, si no lo quisiere, al menos no tenga compañeros de error. Pues si Dios me concediere lo que quiero, de que recoja y demuestre en alguna obra instituida para esto mismo (Retractaciones) todas las cosas de todos mis libros que con toda rectitud me desplacen, entonces verán los hombres cómo no soy aceptador de mi propia persona.

3. Vosotros, en cambio, que mucho me amáis, si afirmáis tal cosa contra aquellos por cuya malicia, o impericia, o inteligencia soy reprendido, como para decir que en ninguna parte de mis escritos he errado, en vano trabajáis, no habéis emprendido una buena causa, fácilmente sois superados en ella conmigo mismo como juez. Puesto que no me agrada que mis queridísimos me consideren tal cual no soy. En efecto, no me aman a mí, sino que en mi lugar aman a otro bajo mi nombre, si no aman lo que soy, sino lo que no soy. Pues en cuanto me conocieron o creen de mí cosas verdaderas, soy amado por ellos; pero en cuanto me atribuyen lo que en mí no conocen, en mi lugar aman a otro tal cual me piensan. Tulio, máximo autor de la elocuencia romana, dijo de alguien: «Nunca emitió palabra alguna que quisiera retirar». La cual alabanza ciertamente, aunque parezca preclarísima, es sin embargo más creíble de un necio extremo que de un sabio perfecto. Pues también aquellos a quienes el vulgo llama moriones, cuanto más disuenan del sentido común y más absurdos e insulsos son, tanto más no emiten palabra alguna que quieran retirar; porque el arrepentirse de lo dicho malo, o estúpido, o incómodo, es ciertamente de hombres con corazón. Pero si se toma en buena parte, para que creamos que alguien fue tal que, hablando todo sabiamente, nunca emitió palabra alguna que quieran retirar, esto debe creerse con saludabilísima piedad más bien de los hombres de Dios que hablaron inspirados por el Espíritu Santo, que de aquel a quien Cicerón así alaba. Yo estoy tan lejos de esta excelencia, que si no hubiere proferido palabra alguna que quiera retirar, soy más parecido al necio que al sabio. Pues aquellos escritos son ciertamente dignísimos de la suma autoridad que no emitieron palabra alguna, no que él quisiera retirar, sino que debiera retirar. Quienquiera que aún no haya alcanzado esto, tenga las segundas partes de la modestia, ya que no pudo tener las primeras de la sabiduría: porque no pudo decir diligentemente todas las cosas de las que no hay que arrepentirse, arrepiéntase de las que conociere que no debieron decirse.

4. Cum ergo, non sicut quidam charissimi mei putant, nulla vel pauca, sed potius plura fortasse quam etiam maledici opinantur verba dixerim, quae mallem revocare, si possem; non mihi Tulliana illa blanditur sententia, qua dictum est, Nullum unquam verbum quod revocare vellet, emisit: sed angit me plane Horatiana sententia, Nescit vox missa reverti. Hinc est quod periculosissimarum quaestionum libri, de Genesi scilicet, et de Trinitate, diutius teneo quam vultis et fertis; ut si non potuerint nisi habere aliqua quae merito reprehendantur, saltem pauciora sint quam esse possent, si praecipiti festinatione inconsultius ederentur. Vos enim, ut vestrae indicant litterae (nam hoc mihi etiam sanctus frater et coepiscopus meus scripsit Florentius), ideo ut edantur urgetis, quo possint a me, dum in hac carne vivo, defendi, cum vel ab inimicis mordentibus, vel etiam ab amicis parum intelligentibus, fortasse in quibusdam coeperint accusari. Quod utique propterea dicitis, quia non putatis esse in eis aliquid, quod vera possit ratione culpari: alioquin non me ad eorum editionem, sed ad diligentiorem emendationem potius hortaremini. Ego autem judices veros, et veritate severos magis intueor, inter quos et meipsum primitus constituere volo; ut ad illos ea tantum reprehendenda perveniant, quae a me, quamvis sedulo perscrutante, minime videri potuerunt.

5. Quae cum ita sint, hoc tamen quod in tertio libro de Libero Arbitrio, cum de substantia rationali agerem, sic a me positum est ut dicerem, In corporibus autem inferioribus anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omni modo pro arbitrio, sed sicut leges universitatis sinunt: diligenter advertant qui putant me aliquid de anima humana velut certum statuisse atque fixisse, quod vel ex parentibus per propaginem veniat, vel in actibus vitae superioris atque coelestis peccaverit, ut corruptibili carne mereretur includi; et videant sic a me verba fuisse perpensa, ut retento eo quod certum habeo; post peccatum primi hominis natos esse atque nasci caeteros homines in carne peccati, cui sanandae venit in Domino similitudo carnis peccati, ita omnia sonarent, ut nulli praejudicarent opinioni quatuor illarum, quas postea digessi atque distinxi, non confirmans aliquam, sed interim quod agebam sequestrata illarum discussione determinans, ut quaecumque illarum vera esset, Deus sine dubio laudaretur.

4. Por tanto, como no son ninguna o pocas, según piensan algunos de mis queridísimos amigos, sino más bien muchas quizás más de lo que aun los maldicientes opinan, las palabras que he dicho y que preferiría retirar si pudiera; no me halaga aquella sentencia de Tulio en la que se dijo: "Nunca emitió palabra alguna que quisiera retirar", sino que me angustia claramente la sentencia de Horacio: "La palabra enviada no sabe volver". De aquí es que retengo los libros de cuestiones peligrosísimas, a saber, sobre el Génesis y sobre la Trinidad, más tiempo del que queréis y soportáis; para que, si no pudieren sino tener algunas cosas que merecidamente sean reprendidas, sean al menos menos de las que podrían ser si se publicaran más incautamente con precipitada festinación. Pues vosotros, según indican vuestras cartas (pues esto me escribió también mi santo hermano y colega en el episcopado Florencio), instáis a que se publiquen para que puedan ser defendidos por mí mientras vivo en esta carne, cuando quizás comiencen a ser acusados en algunas cosas ya sea por enemigos mordaces, ya sea por amigos que entienden poco. Lo cual ciertamente decís por esto: porque no pensáis que haya en ellos algo que pueda ser culpado con verdadera razón; de lo contrario, no me exhortaríais a su edición, sino más bien a una más diligente enmienda. Pero yo miro más a los jueces verdaderos y severos con la verdad, entre los cuales quiero constituirme yo mismo primero; para que solo lleguen a ellos para ser reprendidas aquellas cosas que por mí, aunque escrutando con diligencia, de ningún modo pudieron ser vistas.

5. Siendo esto así, sin embargo, en cuanto a esto que en el tercer libro sobre el Libre Albedrío, cuando trataba de la sustancia racional, fue puesto por mí de tal modo que dije: "En los cuerpos inferiores, empero, el alma, ordenada después del pecado, rige su propio cuerpo, no de todo punto por su arbitrio, sino según permiten las leyes del universo": adviertan diligentemente quienes piensan que yo he establecido y fijado algo como cierto sobre el alma humana, ya sea que venga de los padres por propagación, ya sea que haya pecado en los actos de una vida superior y celestial para merecer ser encerrada en carne corruptible; y vean que las palabras fueron por mí tan sopesadas que, reteniendo lo que tengo por cierto, que después del pecado del primer hombre nacieron y nacen los demás hombres en carne de pecado, para cuya sanación vino en el Señor la semejanza de la carne de pecado, todo sonase de tal modo que no prejuzgase ninguna opinión de aquellas cuatro que después digerí y distinguí, no confirmando ninguna, sino determinando provisionalmente lo que trataba, pospuesta la discusión de aquellas, para que, cualquiera de ellas que fuera verdadera, Dios fuera sin duda alabado.

6. Sive enim ex illa una omnes animae propagentur, sive singillatim in singulis fiant, sive extra creatae mittantur, sive in corpora sponte mergantur; procul dubio creatura ista rationalis, id est humanae animae natura, in corporibus inferioribus, hoc est terrenis, post peccatum ordinata regit corpus suum, non omni modo pro arbitrio, interim quod constat peccatum primi hominis. Non enim dictum est, Post peccatum suum, aut, Posteaquam peccavit; sed dictum est, Post peccatum: ut quodlibet postea, si fieri posset, discussa ratio declararet, sive peccatum ejus, sive peccatum parentis carnis ejus, recte dictum intelligeretur quod dictum est, Post peccatum in inferioribus corporibus ordinata regit corpus suum, non omni modo pro arbitrio, quia et caro concupiscit adversus spiritum (Galat. V, 17), et ingemiscimus gravati (II Cor. V, 4), et corpus quod corrumpitur, aggravat animam (Sap. IX, 15): et quis omnia enarret carnalis infirmitatis incommoda? quae utique non erunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem (I Cor. XV, 53), ut absorbeatur mortale a vita. Tunc itaque spirituale corpus reget omni modo pro arbitrio; nunc vero non omni modo, sed sicut leges universitatis sinunt, per quas constitutum est ut corpora orta occidant, et aucta senescant. Nam illius primi hominis anima, ante peccatum etiamsi nondum spirituale corpus, sed animale, tamen pro arbitrio regebat. Post peccatum autem, id est posteaquam peccatum in illa carne commissum esset, ex qua deinceps propagaretur caro peccati, anima rationalis sic est in inferioribus corporibus ordinata, ut non omni modo pro arbitrio regat corpus suum. Quod si nondum acquiescunt in parvulis, qui nulla adhuc peccata propria commiserunt, jam tamen esse carnem peccati, quia et huic sanandae, cum baptizantur, necessaria est medicina, similitudo illa carnis peccati; nec sic istis verbis nostris habent quod succenseant. Constat quippe, nisi fallor, eamdem carnem, etiamsi non vitio, sed natura infirma est, tamen post peccatum coepisse nasci: quia neque ita creatus est Adam, neque aliquem genuit ante peccatum.

7. Quaerant ergo alia quae recte reprehendant, non solum in aliis festinantius editis, verum etiam in his ipsis libris meis de Libero Arbitrio. Neque enim eos inventuros nego unde mihi beneficium conferant; quoniam si illi, quod jam in multorum manus exierunt, corrigi non possunt, ego certe quoniam vivo adhuc, possum.

6. Pues ya sea que todas las almas se propaguen de aquella única, o se hagan individualmente en cada uno, o creadas fuera sean enviadas, o por su voluntad se sumerjan en los cuerpos; sin duda alguna esa criatura racional, esto es, la naturaleza del alma humana, en los cuerpos inferiores, esto es terrenales, ordenada después del pecado rige su propio cuerpo, no de todo punto por su arbitrio, entre tanto que consta el pecado del primer hombre. Pues no se dijo: "Después de su pecado", o "Después que pecó"; sino que se dijo: "Después del pecado": para que cualquier cosa que después, si fuera posible, declarase la razón discutida, ya fuese el pecado de ella, ya el pecado del progenitor de su carne, se entendiese rectamente dicho lo que se dijo: "Después del pecado, ordenada en los cuerpos inferiores, rige su propio cuerpo, no de todo punto por su arbitrio", porque también la carne codicia contra el espíritu (Gál 5, 17), y gemimos cargados (2 Cor 5, 4), y el cuerpo que se corrompe agrava al alma (Sab 9, 15): ¿y quién narrará todos los inconvenientes de la flaqueza carnal? Los cuales ciertamente no existirán cuando esto corruptible se haya vestido de incorrupción (1 Cor 15, 53), para que lo mortal sea absorbido por la vida. Entonces, pues, el cuerpo espiritual regirá de todo punto por su arbitrio; pero ahora no de todo punto, sino según permiten las leyes del universo, por las cuales está constituido que los cuerpos nacidos mueran y los aumentados envejezcan. Pues el alma de aquel primer hombre, antes del pecado, aunque no todavía con cuerpo espiritual sino animal, sin embargo regía por su arbitrio. Pero después del pecado, esto es, después que el pecado fue cometido en aquella carne de la cual en adelante se propagaría la carne de pecado, el alma racional fue de tal modo ordenada en los cuerpos inferiores que no rige su propio cuerpo de todo punto por su arbitrio. Pero si en los párvulos, que aún no cometieron ningún pecado propio, no asienten todavía aquellos en que ya hay carne de pecado, porque también para sanar esta, cuando son bautizados, es necesaria la medicina, aquella semejanza de la carne de pecado; ni aun así tienen por qué indignarse con estas palabras nuestras. Pues consta, si no me engaño, que la misma carne, aunque no por vicio sino por naturaleza sea enferma, comenzó sin embargo a nacer después del pecado: porque ni Adán fue así creado, ni engendró a nadie antes del pecado.

7. Busquen, pues, otras cosas que rectamente reprendan, no solo en otras publicadas más apresuradamente, sino incluso en estos mismos libros míos sobre el Libre Albedrío. Pues no niego que han de encontrar de dónde me confieran un beneficio; ya que, si aquellos, por cuanto ya salieron a manos de muchos, no pueden corregirse, yo ciertamente, puesto que vivo todavía, puedo.

Haec autem verba tam caute a me posita, ut nulli de animae exortu quatuor illarum opinioni rationive praescriberem, hi tantum reprehendant, qui reprehendendam putant eamdem ipsam de re tam obscura cunctationem meam: contra quos me non defendo, quod recte faciam in hac quaestione cunctari, cum omnino non dubitem et immortalem esse animam, non ita ut Deus, qui solus habet immortalitatem (I Tim. VI, 16), sed modo quodam sui generis; et eam esse creaturam, non substantiam Creatoris, et si quid aliud de natura ejus certissimum teneo. Sed quia hoc me facere compellit de animae exortu caliginosissimae quaestionis obscuritas, manum potius porrigant confitenti, et quidquid illud est nosse cupienti; et doceant, si possunt, vel ostendant, si quid de hac re vel certa ratione didicerunt, vel apertissimo divino eloquio crediderunt. Si enim ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit veri similitudine; nam vera esse non potest. Rursus si manifestissimae certaeque rationi velut Scripturarum sanctarum objicitur auctoritas; non intelligit qui hoc facit, et non Scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum potius objicit veritati, nec quod in eis, sed quod in seipso velut pro eis invenit, opponit.

8. Exempli gratia: diligenter attende quod dicam. Scriptum est prope finem libri qui vocatur Ecclesiastes, cum de solutione hominis, quae fit per mortem istam qua dirimitur anima a corpore, Scriptura loqueretur: Et convertatur pulvis in terram, sicut fuit; et spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum (Eccle. XII, 7). Sententia hujus auctoritatis procul dubio certa est, nec quemquam decipit falsitate: sed si quispiam voluerit eam sic interpretari, ut inde animarum propaginem, quod ex illa una quam Deus primo homini dedit, omnes caeterae veniant, conetur adstruere; videtur illi suffragari quod ibi de carne dictum est pulveris nomine (nam utique pulvis et spiritus nihil aliud hoc loco quam anima et caro intelligitur), ut eo modo affirmet animam reverti ad Deum, quod sit de traduce illius animae quam primo homini dedit Deus, quemadmodum convertitur caro in terram, cum sit etiam ipsa de traduce illius carnis quae in primo homine de terra facta est: ac sic contendat ex hoc quod de carne notissimum est, debere nos credere illud quod de anima occultum est. De traduce quippe carnis non ambigitur, sed de animae ambigitur. Utrumque autem ita positum est in hoc testimonio, velut singula singulis parili ratione reddantur: caro scilicet convertatur in terram, sicut fuit; inde enim sumpta est, quando factus est primus homo: et spiritus revertatur ad Deum, qui dedit eum quando insufflavit in faciem hominis quem finxerat, flatum vitae, et factus est homo in animam vivam (Gen. II, 7), ut deinceps ex utraque re utriusque rei propago decurreret.

Pero estas palabras fueron por mí puestas tan cautamente que no prescribiera a ninguna opinión o razón de aquellas cuatro sobre el origen del alma, solo reprendan estas quienes piensan que debe ser reprendida esta misma duda mía sobre cosa tan oscura: contra los cuales no me defiendo, pues hago rectamente en dudar en esta cuestión, ya que de ningún modo dudo tanto que el alma es inmortal, no como Dios, que solo tiene inmortalidad (1 Tim 6, 16), sino de un cierto modo de su género; y que es criatura, no sustancia del Creador, y cualquier otra cosa que sobre su naturaleza tengo por certísima. Pero porque a hacer esto me impele la oscuridad de la oscurísima cuestión sobre el origen del alma, alarguen más bien la mano al que confiesa y desea conocer sea lo que fuere aquello; y enseñen, si pueden, o muestren si han aprendido algo sobre esta materia ya sea por razón cierta, o lo han creído por elocuencia divina evidentísima. Pues si se da una razón contra la autoridad de las divinas Escrituras, por muy aguda que sea, engaña por la semejanza de la verdad; pues no puede ser verdadera. Por otra parte, si se objeta a la razón más manifiesta y cierta la autoridad de las sagradas Escrituras como tal; no entiende quien esto hace, y no objeta el sentido de aquellas Escrituras al que no pudo penetrar, sino más bien el suyo a la verdad, y no opone lo que en ellas, sino lo que en sí mismo como en lugar de ellas encontró.

8. Por ejemplo: atiende diligentemente a lo que voy a decir. Está escrito cerca del final del libro que se llama Eclesiastés, cuando la Escritura hablaba de la disolución del hombre, la cual se hace por esta muerte por la que se separa el alma del cuerpo: "Y el polvo se convierta en la tierra como fue; y el espíritu vuelva a Dios que lo dio" (Ecl 12, 7). La sentencia de esta autoridad es sin duda alguna cierta, ni engaña a nadie con falsedad; pero si alguien quisiere interpretarla de tal modo que de allí intente aducir la propagación de las almas, de que de aquella única que Dios dio al primer hombre vengan todas las demás; le parece que le favorece lo que allí se dijo de la carne bajo el nombre de polvo; (pues ciertamente por polvo y espíritu nada más se entiende en este lugar que alma y carne), para afirmar de ese modo que el alma vuelve a Dios porque es del linaje (traduce) de aquella alma que Dios dio al primer hombre, del mismo modo que se convierte la carne en tierra, siendo ella misma también del linaje de aquella carne que en el primer hombre fue hecha de la tierra; y así sostenga que por esto que es conocidísimo de la carne debemos creer aquello que es oculto del alma. Pues del linaje de la carne no se duda, pero del alma se duda. Pero ambas cosas están así puestas en este testimonio, como si cada una se restituyera a cada una por igual razón: a saber, que la carne se convierta en la tierra como fue, pues de allí fue tomada cuando fue hecho el primer hombre; y el espíritu vuelva a Dios, que lo dio cuando sopló en la faz del hombre que había formado el hálito de vida, y fue hecho el hombre en alma viviente (Gén 2, 7), para que en adelante de ambas cosas corriera el linaje de ambas cosas.

9. Verumtamen si illud est verum, quod animas non ex illa una propagatas, sed alibi creatas singulis singulas Deus dat, etiam huic sententiae congruit quod dictum est, Spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum. Solae ergo reliquae duae opiniones videntur excludi; quia si fierent in singulis hominibus animae propriae, cum creantur, non putatur dici debuisse, Spiritus revertatur ad Deum qui dedit eum, sed ad Deum qui fecit eum: Dedit enim veluti sic sonat, quasi jam extra fuerit quod dari posset. Deinde quod dictum est, revertatur ad Deum, urgent verbo et premunt, dicentes: Quomodo revertetur, ubi nunquam antea fuerit? Potius enim dici debuisse asserunt, Et ad Deum vel pergat, vel vadat ad Deum, quam, Revertatur ad Deum, si nunquam illic antea spiritus iste fuisse credendus est. Item quomodo animae sponte labantur in corpus, cum scriptum sit, dedit eum, non tam in promptu est explicare. Ac per hoc, ut dixi, duae istae opiniones sub verbis hujus testimonii laborant: una, qua putantur singulae quaeque animae in singulis suis corporibus fieri; alia, qua putantur in corpora sponte demergi. Duabus autem illis, sive de traduce illius unius veniant, sive antea jam creatae et apud Deum constitutae, singulis corporibus dentur, sine labore verba ista coaptantur.

10. Et tamen si assertores ejus sententiae qua creduntur animae in suis singulis corporibus fieri, affirment ita esse dictum de spiritu, qui pro anima positus est, Deus dedit eum, quemadmodum recte dicitur dedisse nobis oculos, vel aures, vel manus, vel quodlibet aliud; quae membra utique non extra jam fecerat, et alicubi reposita habebat, quae cum opus esset, daret, hoc est, adderet et adjungeret; sed illic ea fecit in corpore, cui dedisse illa dicitur: quid ei respondeatur non video; nisi forte alia vel testimonia proferantur, vel certa ratio unde ista opinio refellatur. Itemque illi qui putant animas in corpora sponte defluere, sic accipiunt dictum, Deus dedit eum, quomodo dictum est, Tradidit illos Deus in concupiscentiam cordis eorum (Rom. I, 24). Proinde unum verbum relinquitur, quod dictum est, revertatur ad Deum, quo pacto accipi possit reverti, ubi ante non fuit, si animae in suis quaeque corporibus fiunt; quo solo verbo una illarum quatuor angustatur opinio. Sed neque propter hoc unum verbum temere existimo illam sententiam esse refutandam, ne forte possit ostendi aliquo genere locutionis, quo sancta Scriptura uti solet, hoc quoque recte dici potuisse, ut reverti intelligatur ad Deum spiritus creatus, tanquam ad auctorem a quo creatus est, non tanquam ad eum apud quem primitus fuit.

9. Sin embargo, si es verdad aquello de que Dios da a cada uno almas no propagadas de aquella única, sino creadas en otra parte, también con esta sentencia concuerda lo que se dijo: "El espíritu vuelva a Dios que lo dio". Parecen, pues, quedar excluidas solo las otras dos opiniones; porque si en cada uno de los hombres se hicieran almas propias cuando son creadas, no se piensa que debiera haberse dicho: "El espíritu vuelva a Dios que lo dio", sino "a Dios que lo hizo": pues "Dio" suena como si ya hubiera estado fuera lo que podía darse. Luego, en cuanto a lo que se dijo "vuelva a Dios", instan y aprietan con la palabra, diciendo: ¿Cómo volverá a donde nunca estuvo antes? Pues afirman que más bien debió decirse: "Y o bien se dirija a Dios, o vaya a Dios", que "Vuelva a Dios", si ha de creerse que este espíritu nunca estuvo allí antes. Asimismo, cómo las almas caen espontáneamente en el cuerpo, estando escrito "lo dio", no es tan fácil de explicar. Y por esto, como dije, esas dos opiniones trabajan bajo las palabras de este testimonio: una, por la que se piensa que cada una de las almas se hace en sus propios cuerpos; otra, por la que se piensa que se sumergen en los cuerpos espontáneamente. Pero a aquellas dos, ya sea que vengan del linaje de aquella única, ya sea que ya creadas antes y constituidas junto a Dios sean dadas a cada uno de los cuerpos, estas palabras se adaptan sin trabajo.

10. Y sin embargo, si los defensores de aquella opinión por la que se cree que las almas se hacen en cada uno de sus cuerpos, afirmaran que se dijo así del espíritu, que está puesto por el alma, "Dios lo dio", del mismo modo que rectamente se dice que nos dio los ojos, o los oídos, o las manos, o cualquier otra cosa; los cuales miembros ciertamente no había hecho ya fuera, ni tenía en algún lugar guardados para darlos cuando fuera necesario, esto es, añadirlos y adjuntarlos; sino que allí mismo los hizo en el cuerpo al cual se dice que se los dio: no veo qué se le responda, a no ser que tal vez se aduzcan otros testimonios, o una razón cierta por la que esa opinión sea refutada. Y del mismo modo aquellos que piensan que las almas fluyen espontáneamente hacia los cuerpos, toman así lo dicho: "Dios lo dio", como se dijo: "Dios los entregó a la concupiscencia de sus corazones" (Rom 1, 24). Por tanto, queda una sola palabra, que se dijo: "vuelva a Dios", de qué modo pueda aceptarse que vuelva a donde antes no estuvo si las almas se hacen cada una en sus cuerpos; por cuya única palabra se estrecha una de aquellas cuatro opiniones. Pero ni por esta sola palabra estimo que aquella sentencia deba ser temerariamente refutada, no sea que tal vez pueda mostrarse por algún género de elocución, de los que suele usar la sagrada Escritura, que también esto pudo decirse rectamente, para que se entienda que el espíritu creado vuelve a Dios como al autor por quien fue creado, no como a aquel junto a quien estuvo primeramente.

11. Haec ideo scripsi, ut quisquis illarum quatuor de anima sententiarum aliquam voluerit adstruere atque defendere, talia proferat, vel de Scripturis in auctoritatem ecclesiasticam receptis, quae non possint aliter accipi; sicuti est, quod Deus hominem fecit: vel rationem tam certam, ut contradictio aut nulla existat, aut insaniae similis merito judecetur; velut si quisquam dicat, nec veritatem cognoscere, nec falli quemquam posse nisi viventem. Neque enim ut videamus quam hoc sit verum, Scripturarum auctoritas necessaria est, ac non sensus ipse communis ita verum esse perspicua ratione proclamat, ut quisquis contradixerit, dementissimus habeatur. Hoc si in ista obscurissima quaestione quae de anima est, praestare aliquis potest, adjuvet imperitiam meam: quod si non potest, non culpet cunctationem meam.

12. De virginitate autem sanctae Mariae, si hoc quod scripsi non persuadet fieri potuisse, neganda sunt omnia quae mirabiliter in corporibus acciderunt. Quod si propterea non creditur, quia semel factum est, quaere ab amico quem hoc adhuc movet, utrum nihil inveniatur in litteris saecularibus quod et semel factum sit, et tamen creditum non fabulosa vanitate, sed, sicut existimant, historica fide; quaere, obsecro te. Si enim tale aliquid in illis litteris inveniri negaverit, admonendus est; si autem fassus fuerit, soluta quaestio est.

EPISTOLA CXLIV . Augustinus Cirtensibus a factione Donatistarum conversis ad Ecclesiae catholicae societatem gratulatur; admonens ut hoc divino tribuant muneri. Dominis honorabilibus et merito suscipiendis, charissimis ac desideratissimis fratribus in omni honorum gradu, CIRTENSIBUS , AUGUSTINUS episcopus.

1. Si id quod in vestra civitate nos graviter contristabat, absumptum est, si duritia cordis humani, resistens manifestissimae et quodammodo publicae veritati, ejusdem veritatis vi evicta est, si sapit dulcedo pacis, unitatisque charitas non jam reverberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac vegetat; non sunt haec opera nostra, sed Dei: non haec humanis operibus omnino tribuerem, nec si cum apud vos essemus, tanta conversio multitudinis nobis loquentibus et hortantibus proveniret. Hoc agit ille et efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moveri nos oportet ad visendos vos, quoniam quidquid in vobis laudabile est factum, non a nobis, sed ab illo factum est qui facit mirabilia solus (Psal. LXXI, 18). Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera divina quam nostra; quia et nos, si quid boni sumus opus, illius, non hominum sumus: unde Apostolus dixit, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III, 7).

11. Esto he escrito para esto: para que quienquiera que de aquellas cuatro sentencias sobre el alma quisiere aducir y defender alguna, presente tales cosas, ya sea de las Escrituras recibidas en la autoridad eclesiástica, que no puedan tomarse de otro modo; como es esto de que Dios hizo al hombre: o una razón tan cierta que o no exista contradicción alguna, o sea merecidamente juzgada parecida a la locura; como si alguien dijera que nadie puede conocer la verdad ni ser engañado si no es viviendo. Pues para que veamos cuán verdadero es esto, no es necesaria la autoridad de las Escrituras, sino que el mismo sentido común proclama que es verdadero con tan clara razón que quienquiera que lo contradijere sería tenido por dementísimo. Si alguien puede prestar esto en esa oscurísima cuestión que es sobre el alma, ayude mi impericia; pero si no puede, no culpe mi duda.

12. Sobre la virginidad de santa María, empero, si esto que escribí no persuade de que pudo hacerse, han de negarse todas las cosas que maravillosamente sucedieron en los cuerpos. Pero si por esto no se cree, porque se hizo una sola vez, pregunta al amigo a quien esto todavía mueve si nada se encuentra en las letras seculares que se haya hecho una sola vez y, sin embargo, se haya creído no por fabulosa vanidad sino, como piensan ellos, por fe histórica; pregunta, te ruego. Pues si negare que algo tal se encuentra en aquellas letras, ha de ser amonestado; pero si lo confesare, resuelta está la cuestión.

EPISTOLA CXLIV. Agustín felicita a los Cirtenses convertidos de la facción de los donatistas a la sociedad de la Iglesia católica; amonestando que atribuyan esto a un don divino. A los señores honorables y merecidamente de ser recibidos, queridísimos y deseadísimos hermanos en todo grado de honores, los CIRTENSES, el obispo AGUSTÍN.

1. Si aquello que en vuestra ciudad nos entristecía gravemente ha sido quitado, si la dureza del corazón humano, que resistía a la verdad manifiestísima y en cierto modo pública, ha sido vencida por la fuerza de la misma verdad, si se saborea la dulzura de la paz y la caridad de la unidad ya no hiere los ojos llagados, sino que ilumina y vivifica a los sanos; no son estas obras nuestras, sino de Dios: no atribuiría yo esto a obras humanas de ningún modo, ni siquiera si, estando nosotros con vosotros, tanta conversión de la multitud hubiera provenido de nuestras palabras y exhortaciones. Esto lo hace y lo efectúa aquel que, por medio de sus ministros, amonesta exteriormente por signos de las cosas, pero por sí mismo enseña interiormente las cosas mismas. No por eso debemos movernos más perezosamente para visitaros, ya que lo que hay de laudable hecho en vosotros, no ha sido hecho por nosotros, sino por aquel que solo hace maravillas (Sal 71, 18). Pues mucho más alegremente debemos acudir a contemplar las obras divinas que las nuestras; porque también nosotros, si somos alguna buena obra, somos de él, no de los hombres: por lo cual dijo el Apóstol: "Ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios que da el incremento" (1 Cor 3, 7).

2. Xenocrates Polemonem, ut scribitis, et nos ex illis litteris recordamur, de fruge temperantiae disputando, non solum ebriosum, verum etiam tunc ebrium, ad mores alios repente convertit. Quanquam ergo ille, sicut prudenter et veraciter intellexistis, non Deo fuerit acquisitus, sed tantum a dominatu luxuriae liberatus, tamen ne idipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divino. Ipsius namque corporis, quod est infimum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma et vires et salus, et si quid ejusmodi est, non sunt nisi ex Deo creatore ac perfectore naturae; quanto magis animi bona donare nullus alius potest! Quid enim superbius, vel ingratius cogitare potest humana vecordia, si putaverit cum carne pulchrum faciat Deus hominem, animo castum ab homine fieri? Hoc in libro christianae Sapientiae sic scriptum est: Cum scirem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi Deus det; et hoc ipsum erat sapientiae scire cujus esset hoc donum (Sap. VIII, 21). Polemo ergo, si ex luxurioso continens factus ita sciret cujus esset hoc donum, ut eum abjectis superstitionibus Gentium pie coleret; non solum continens, sed etiam veraciter sapiens et salubriter religiosus existeret: quod ei non tantum ad praesentis vitae honestatem, verum et ad futurae immortalitatem valeret. Quanto minus igitur mihi arrogare debeo conversionem istam vestram, vel populi vestri, quam modo nobis nuntiastis, quae me nec loquente, nec saltem praesente, procul dubio divinitus facta est, in quibus veraciter facta est! Hoc itaque praecipue cognoscite, hoc pie humiliterque cogitate. Deo, fratres, Deo gratias agite; Deum timete, ne deficiatis; amate, ut proficiatis.

3. Si autem adhuc quosdam amor hominis occulte segregat, et timor hominis fallaciter congregat; observent qui tales sunt, quoniam Deum cui nuda est humana conscientia, nec testem fallunt, nec judicem fugiunt. Si quid autem illos de quaestione ipsius unitatis, pro suae salutis sollicitudine permovet, hoc sibi quantum existimo justissimum extorqueant, ut de catholica Ecclesia, id est toto orbe diffusa, potius id credant quod divinae Scripturae dicunt, non quod linguae humanae maledicunt. De ipsa vero dissensione quae inter homines orta est (qui qualeslibet fuerint, non utique praejudicant promissis Dei, qui dixit ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes [Gen. XXVI, 4]; quod creditum est cum audiretur praedictum, et negatur cum videtur impletum), hoc tantum interim brevissimum, et, nisi fallor, invictissimum cogitent; aut actam esse istam causam in ecclesiastico transmarino judicio, aut non esse actam.

2. Jenócrates, según escribís y nosotros recordamos de aquellas letras, disputando sobre el fruto de la templanza, convirtió de repente a Polemón a otras costumbres, no solo borracho, sino incluso entonces ebrio. Por tanto, aunque aquel, como sabia y verazmente habéis entendido, no haya sido adquirido para Dios, sino solo liberado del dominio de la lujuria, sin embargo ni siquiera aquello que mejor se hizo en él lo atribuiría yo a obra humana, sino a divina. Pues si del mismo cuerpo, que es lo ínfimo nuestro, existen algunos bienes, como la forma, las fuerzas y la salud, y si hay algo de este género, no son sino de Dios, creador y perfeccionador de la naturaleza; ¡cuánto más los bienes del ánimo ningún otro puede darlos! Pues ¿qué cosa más soberbia o más ingrata puede pensar la locura humana, si creyere que mientras Dios hace al hombre hermoso en la carne, el hombre se hace casto en el ánimo por el hombre? Así está escrito en el libro de la cristiana Sabiduría: "Como supiese —dice— que nadie puede ser continente si Dios no lo da; y esto mismo era de sabiduría: saber de quién era este don" (Sab 8, 21). Polemón, pues, si de lujurioso hecho continente supiera de tal modo de quién era este don que, arrojadas las supersticiones de los gentiles, lo cultivase piadosamente, no solo existiría continente, sino también verazmente sabio y saludablemente religioso: lo cual le valdría no solo para la honestidad de la vida presente, sino también para la inmortalidad de la futura. ¡Cuánto menos, por tanto, debo arrogarme yo esta conversión vuestra, o de vuestro pueblo, que ahora nos habéis anunciado, la cual, sin hablar yo ni siquiera estando presente, sin duda alguna se ha hecho divinamente en aquellos en quienes verazmente se ha hecho! Conoced esto, pues, principalmente, pensadlo piadosa y humildemente. A Dios, hermanos, a Dios dad gracias; a Dios temed para que no desfallezcáis; amad para que aprovechéis.

3. Pero si todavía el amor del hombre segrega a algunos ocultamente, y el temor del hombre los congrega falazmente; observen quienes son tales que ante Dios, a quien está desnuda la conciencia humana, ni engañan a un testigo, ni huyen de un juez. Si algo, empero, los conmueve sobre la cuestión de la misma unidad, por la solicitud de su propia salvación, esto mismo, cuanto estimo es justísimo, exíjanse a sí mismos: que sobre la Iglesia católica, esto es, difundida por todo el orbe, crean más bien lo que dicen las divinas Escrituras, no lo que maldicen las lenguas humanas. Pero sobre la misma disensión que se originó entre los hombres (quienesquiera que hayan sido, no prejuzgan ciertamente las promesas de Dios, que dijo a Abrahán: "En tu descendencia serán bendecidas todas las naciones" [Gén 26, 4]; lo cual fue creído cuando se oía predecir, y se niega cuando se ve cumplido), piensen solo esto brevísimo y, si no me engaño, invictísimo por el momento: o que esa causa fue tratada en un juicio eclesiástico de ultramar, o que no fue tratada.

Si acta ibi non est, innocens est Christi societas per omnes transmarinas gentes, cujus societatis nos communione gaudemus, et ideo ab eis innocentibus utique sacrilega diremptione separantur: si vero acta est ibi ista causa, quis non intelligat, quis non sentiat, quis non videat, eos in ea victos, quorum inde communio separata est? Eligant ergo utrum malint credere, quod pronuntiaverunt ecclesiastici cognitores, an quod murmurant victi litigatores. Adversus istam complexionem dictu brevissimam, intellectu facillimam, attendite pro vestra prudentia diligenter, quam nihil sobrium responderi possit; et tamen malus Polemo magis ebrietate inveterati erroris evertitur . Date veniam prolixiori fortassis epistolae quam jucundiori; verumtamen, ut arbitror, utiliori quam blandiori, domini honorabiles et merito suscipiendi, charissimi ac desideratissimis fratres. De adventu autem nostro ad vos, utrorumque desiderium Deus impleat. Quanto enim charitatis ardore accendamur ad visendos vos, verbis explicare non possumus; sed vos benigne credere minime dubitamus.

EPISTOLA CXLV . Anastasio rescribens Augustinus, docet non per legem sed per gratiam, neque timore sed charitate impleri justitiam. Domino fratri sancto et desiderabili ANASTASIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

1. Salutandi Sinceritatem tuam fidissima occurrit occasio honorabilium servorum Dei, fratrum nostrorum Lupicini et Concordialis, per quos etiamsi non scriberem, posset Charitas tua omnia quae apud nos aguntur, addiscere. Scio enim quantum nos in Christo diligas, quia et tu scis quantum in illo vicissim diligaris a nobis: et ideo non dubitavi te contristari potuisse, si eos vidisses sine litteris meis, quos a nobis profectos, et tanta nobis familiaritate conjunctos ignorare non posses; simul etiam quia rescriptorum debitor fui. Nam ex quo sumpsi epistolam tuam, nisi nunc primum rescripsisse me nescio: tantis enim curis obstricti et distenti sumus, ut etiam hoc nesciam.

2. Vobis autem quemadmodum sit et utrum vobis aliquam requiem, quantum in hac terra potest, Dominus praestiterit, valde nosse cupimus: quoniam si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra (I Cor. XII, 26); atque ita plerumque contingit, ut dum aliquos fratres nostros in quantulacumque requie constitutos, in mediis nostris anxietatibus cogitamus, non parva ex parte recreemur, tanquam et nos in ipsis quietius tranquilliusque vivamus. Quamvis etiam cum molestiae in hujus vitae fragilitate crebrescunt, aeternam requiem nos desiderare compellunt.

Si no fue tratada allí, inocente es la sociedad de Cristo por todas las naciones de ultramar, de cuya sociedad nosotros gozamos de la comunión, y por tanto se separan de aquellos inocentes ciertamente por una sacrílega ruptura; pero si de hecho fue tratada allí esa causa, ¿quién no entenderá, quién no sentirá, quién no verá que en ella fueron vencidos aquellos cuya comunión está de allí separada? Elijan, pues, si prefieren creer lo que pronunciaron los jueces (cognitores) eclesiásticos, o lo que murmuran los litigantes vencidos. Contra esta conclusión, brevísima de decir, facilísima de entender, atended diligentemente según vuestra prudencia cuán nada sobrio puede responderse; y sin embargo el mal Polemón más es derribado por la embriaguez de un error inveterado. Perdonad una epístola tal vez más prolífica que agradable; sin embargo, según creo, más útil que halagadora, señores honorables y merecidamente de ser recibidos, hermanos queridísimos y deseadísimos. Sobre nuestra llegada a vosotros, cumpla Dios el deseo de ambos. Pues con cuánto ardor de caridad nos inflamamos por visitaros, no podemos explicarlo con palabras; pero no dudamos de ningún modo que vosotros lo creéis benignamente.

EPISTOLA CXLV. Agustín, respondiendo a Anastasio, enseña que la justicia se cumple no por la ley sino por la gracia, ni por temor sino por caridad. Al señor hermano santo y deseable ANASTASIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

1. Se presenta una ocasión fidelísima de saludar a tu Sinceridad en los honorables siervos de Dios, nuestros hermanos Lupicino y Concordial, por quienes, aunque yo no escribiera, podría tu Caridad aprender todas las cosas que entre nosotros se hacen. Pues sé cuánto nos amas en Cristo, porque también tú sabes cuánto eres amado por nosotros en él a tu vez; y por eso no dudé que hubieras podido entristecerte si los hubieras visto sin mis letras, a quienes no podrías ignorar que habían partido de nosotros y que están unidos a nosotros por tan gran familiaridad; a la vez también porque fui deudor de una respuesta. Pues desde que recibí tu carta, no sé si he respondido sino ahora por primera vez; pues estamos tan ligados y distraídos por tan grandes cuidados, que ni siquiera sé esto.

2. Sobre vosotros, empero, deseamos mucho saber cómo estáis y si el Señor os ha concedido algún descanso, cuanto en esta tierra se puede; ya que "si un miembro es glorificado, todos los miembros se congratulan con él" (1 Cor 12, 26); y así sucede muchísimas veces que, mientras pensamos en algunos de nuestros hermanos constituidos en cualquier pequeño descanso, en medio de nuestras ansiedades nos recreamos en no pequeña parte, como si nosotros también viviéramos más quieta y tranquilamente en ellos. Aunque también cuando las molestias arrecian en la fragilidad de esta vida, nos compelen a desear el descanso eterno.

Mundus quippe iste periculosior est blandus quam molestus, et magis cavendus cum se illicit diligi, quam cum admonet cogitque contemni. Nam cum omnia quae in illo sunt, concupiscentia sint carnis, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi (I Joan. II, 16); saepe etiam iis qui talibus spiritualia, invisibilia, aeterna praeponunt, inserit se terrenae suavitatis affectus, et delectationibus suis nostra comitatur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, tanto sunt infirmitati violentiora praesentia. Et utinam ii qui ea videre et gemere noverunt, vincere et evadere mereantur! quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana; quae nec libera dicenda est, quamdiu est vincentibus et vincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est (II Petr. II, 19): et, Si vos Filius liberaverit, ait ipse Dei Filius, tunc vere liberi eritis (Joan. VIII, 36).

3. Lex itaque docendo et jubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut quaerat demonstrata infirmitas Salvatorem, a quo sanata voluntas possit quod infirma non posset. Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat Spiritum largiorem, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem. Ideo lex paedagogus vocatur (Galat. III, 24), sub cujus minacissima severitate qui invocaverit nomen Domini salvus erit (Joel. II, 32). Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt (Rom. X, 14)? Proinde ne littera sine spiritu occidat, Spiritus vivificans (II Cor. III, 6) credentibus et invocantibus datur; charitas vero Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5), ut fiat quod idem apostolus dicit, Plenitudo legis charitas (Id. XIII, 10). Ita bona est lex illi qui ea legitime utitur (I Tim. I, 8): utitur autem legitime qui intelligens quare sit data, per ejus comminationem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratiae qua justificatur impius, quisquis ingratus velut ad legem implendam de suis viribus fidit, ignorans Dei justitiam, et suam volens constituere, justitiae Dei non est subditus (Rom. X, 3): ac per hoc fit ei lex non absolutionis adjutorium, sed vinculum criminis. Non quia lex malum est, sed quia peccatum, sicut scriptum est, per bonum talibus operatur mortem (Id. VII, 13). Per mandatum enim gravius delinquit, qui per mandatum scit quam malum sit quod admittit.

Pues este mundo es más peligroso halagador que molesto, y más de temer cuando se incita a ser amado que cuando amonesta y obliga a ser despreciado. Pues como todas las cosas que hay en él son "concupiscencia de la carne, y concupiscencia de los ojos, y la ambición del mundo" (1 Jn 2, 16); a menudo, incluso a aquellos que anteponen las cosas espirituales, invisibles y eternas a tales cosas, se les inserta el afecto de la suavidad terrenal, y con sus deleites acompaña nuestros oficios. Pues cuanto mejores son las cosas futuras para la caridad, tanto más violentas son las presentes para la flaqueza. ¡Y ojalá quienes supieron verlas y gemirlas, merezcan vencerlas y escapar! Lo cual de ningún modo cumple la voluntad humana sin la gracia de Dios; la cual ni debe decirse libre mientras esté sujeta a las concupiscencias que vencen y encadenan. "Pues por quien uno es vencido, a este también es adicto como siervo" (2 Pe 2, 19): y "Si el Hijo os liberare —dice el mismo Hijo de Dios—, entonces seréis verdaderamente libres" (Jn 8, 36).

3. La ley, por tanto, enseñando y mandando lo que sin la gracia no puede cumplirse, demuestra al hombre su flaqueza, para que la flaqueza demostrada busque al Salvador, por quien la voluntad sanada pueda lo que enferma no podía. La ley, pues, conduce a la fe, la fe impetra un Espíritu más generoso, el Espíritu difunde la caridad, la caridad cumple la ley. Por eso la ley es llamada pedagogo (Gál 3, 24), bajo cuya severidad amenazadora "quienquiera que invocare el nombre del Señor será salvo" (Jl 2, 32). Pero "¿cómo invocarán a aquel en quien no creyeron" (Rom 10, 14)? Por tanto, para que la letra sin el espíritu no mate, el Espíritu vivificante (2 Cor 3, 6) se da a los que creen e invocan; la caridad de Dios, en cambio, se difunde en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom 5, 5), para que se haga lo que el mismo apóstol dice: "La plenitud de la ley es la caridad" (Rom 13, 10). Así, la ley es buena para aquel que usa de ella legítimamente (1 Tim 1, 8): y usa legítimamente quien, entendiendo por qué fue dada, por su conminación se refugia en la gracia liberadora. A esta gracia por la que se justifica el impío, quienquiera que ingrato confía como en sus propias fuerzas para cumplir la ley, "ignorando la justicia de Dios y queriendo establecer la suya, no está sujeto a la justicia de Dios" (Rom 10, 3): y por esto se le convierte la ley no en ayuda de absolución, sino en vínculo de crimen. No porque la ley sea un mal, sino porque "el pecado", como está escrito, "por medio de lo bueno obra la muerte" en tales hombres (Rom 7, 13). Pues por el mandamiento delinque más gravemente quien por el mandamiento sabe cuán malo es lo que admite.

4. Inaniter autem putat victorem se esse peccati, qui poenae timore non peccat; quia etsi non impletur foris negotium malae cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse justitiam peccata prohibentem atque punientem. Et utique si mallet non esse justitiam, quis dubitaverit quod eam, si posset, auferret? Ac per hoc quomodo justus est, justitiae talis inimicus, ut eam, si potestas detur, praecipientem auferat, ne comminantem vel judicantem ferat? Inimicus ergo justitiae est, qui poenae timore non peccat: amicus autem erit, si ejus amore non peccet; tunc enim vere timebit peccare. Nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere. Ille autem peccare metuit, qui peccatum ipsum, sicut gehennas odit. Ipse est timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi (Psal. XVIII, 10). Nam ille timor poenae, tormentum habet, et non est in charitate, eumque perfecta charitas foras mittit (I Joan. IV, 18).

5. Tantum porro quisque peccatum odit, quantum justitiam diligit; quod non poterit lege terrente per litteram, sed Spiritu sanante per gratiam. Tunc fit quod Apostolus admonet: Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae: sicut enim exhibuistis membra vestra deservire immunditiae et iniquitati ad iniquitatem; sic nunc exhibete membra vestra deservire justitiae in sanctificationem (Rom. VI, 19). Quid enim est. Sicut illud, ita et hoc: nisi, Quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido voluptasque peccati; sic ad juste vivendum non vos supplicii metus urgeat, sed ducat delectatio charitasque justitiae? Et hac quidem, quantum mihi videtur, nondum est perfecta, sed quodammodo adulta justitia. Neque enim frustra praemitteret, Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestrae, nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si jam illi ferre potuissent. Plus quippe servitutis debetur justitiae, quam peccato solent homines exhibere. Nam poena corporis etsi non a voluntate, tamen revocat ab opere peccati. Nec facile quisquam est qui palam committat, quo illicitam et immundam percipiat voluptatem, si cruciatus vindictae certum est continuo secuturos. Justitia vero sic amanda est, ut ab ejus operibus etiam poenae corporis nos cohibere non debeant, atque inter manus etiam crudelium inimicorum luceant opera nostra coram hominibus, ut quibus placere possunt, glorificent Patrem nostrum qui in coelis est (Matth. V, 16).

4. En vano, empero, piensa que es vencedor del pecado quien no peca por temor a la pena; porque aunque no se cumpla exteriormente el negocio de la mala concupiscencia, sin embargo la misma mala concupiscencia es un enemigo interior. ¿Y quién es hallado inocente ante Dios, que quiere que se haga lo que se prohíbe, si retiraras lo que se teme? Y por esto es reo en la voluntad misma quien quiere hacer lo que no es lícito que se haga, pero no lo hace por esto: porque no puede hacerse impunemente. Pues cuanto está en él, preferiría que no existiera la justicia que prohíbe y castiga los pecados. Y ciertamente, si prefiriera que no existiera la justicia, ¿quién dudaría de que la quitaría si pudiera? Y por esto, ¿cómo es justo quien es tal enemigo de la justicia que, si se le diera potestad, la quitaría como preceptora para no soportarla como conminadora o juez? Enemigo, pues, de la justicia es quien no peca por temor a la pena; pero será amigo si no pecare por amor a ella; pues entonces temerá verdaderamente pecar. Pues quien teme a la gehenna, no teme pecar, sino arder. Aquel, en cambio, teme pecar que odia al pecado mismo como a la gehenna. Ese es el "temor casto del Señor, que permanece por los siglos de los siglos" (Sal 18, 10). Pues aquel temor a la pena tiene tormento y no está en la caridad, y la caridad perfecta lo echa fuera (1 Jn 4, 18).

5. Además, cada uno odia tanto el pecado cuanto ama la justicia; lo cual no podrá hacer por la ley que aterroriza por la letra, sino por el Espíritu que sana por la gracia. Entonces se hace lo que el Apóstol amonesta: "Hablo humanamente por la flaqueza de vuestra carne: pues así como presentasteis vuestros miembros para servir a la inmundicia y a la iniquidad para la iniquidad, así ahora presentad vuestros miembros para servir a la justicia para la santificación" (Rom 6, 19). ¿Qué es, pues, "así aquello, de la misma manera esto", sino: del mismo modo que para pecar ningún temor os obligaba, sino la misma libido y placer del pecado; así para vivir justamente no os urja el miedo al suplicio, sino que os guíe el deleite y la caridad de la justicia? Y esta ciertamente, según me parece, no es todavía la justicia perfecta, sino en cierto modo adulta. Pues no en vano antepondría: "Hablo humanamente por la flaqueza de vuestra carne", sino porque algo más había de decirse si ellos hubieran podido ya soportarlo. Pues más de servidumbre se debe ciertamente a la justicia de lo que suelen los hombres exhibir al pecado. Pues la pena del cuerpo, aunque no de la voluntad, sin embargo retrae de la obra del pecado. Ni es fácil que alguien cometa públicamente aquello por lo que percibe un placer ilícito e inmundo, si es cierto que los tormentos de la venganza han de seguirse continuamente. La justicia, en cambio, ha de ser amada de tal modo que ni siquiera las penas del cuerpo deban cohibirnos de sus obras, y entre las manos incluso de crueles enemigos luzcan nuestras obras ante los hombres, para que aquellos a quienes pueden agradar glorifiquen a nuestro Padre que está en los cielos (Mt 5, 16).

6. Hinc est quod ille fortissimus justitiae dilector exclamat: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die; deputati sumus ut oves occisionis (Psal. XLIII, 22). Sed in his omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque praesentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei quae est in Christo Jesu Domino nostro (Rom. VIII, 35-39). Vide quemadmodum non utcumque ait, Quis nos separabit a Christo; sed ostendens unde cohaereamus Christo, Quis nos, inquit, separabit a charitate Christi? Charitate igitur Christo, non poenae timore cohaeremus. Deinde, commemoratis eis quae videntur habere violentiam, nec tamen habent valentiam separandi, ita conclusit, ut eamdem diceret charitatem Dei quam dixerat Christi. Et quid est, a charitate Christi, nisi a charitate justitiae? de illo quippe dictum est: Qui factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio; ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur (I Cor. I, 30, 31, et Jer. IX, 24). Sicut ergo ille est iniquissimus, quem nec poenae corporales deterrent ab immundis operibus sordidae voluptatis; ita ille justissimus, qui nec poenarum corporalium terrore revocatur a sanctis operibus luminosissimae charitatis.

7. Quae charitas Dei, quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom. V, 5), ut qui gloriatur, in Domino glorietur. Cum ergo nos hujus charitatis qua lex verissime impletur, pauperes egentesque sentimus, non de inopia nostra divitias ejus exigere, sed orando petere, quaerere, pulsare debemus; ut ille, apud quem est fons vitae, det nobis inebriari ab ubertate domus suae, et voluptatis suae potari torrente (Psal. XXXV, 9, 10): quo inundati atque vegetati, non solum tristitia non absorbeamur, verum etiam gloriemur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes vero non confundit (Rom. V, 3-5); non quia per nos ipsos hoc possumus, sed quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

6. De aquí es que aquel fortísimo amador de la justicia exclama: "¿Quién nos separará de la caridad de Cristo? ¿la tribulación?, ¿o la angustia?, ¿o la persecución?, ¿o el hambre?, ¿o la desnudez?, ¿o el peligro?, ¿o la espada?, según está escrito: Porque por ti somos entregados a la muerte todo el día; somos considerados como ovejas de matanza" (Sal 43, 22). "Pero en todas estas cosas superamos por aquel que nos amó. Pues estoy cierto de que ni la muerte, ni la vida, ni ángel, ni principado, ni lo presente, ni lo futuro, ni virtud, ni altura, ni profundidad, ni ninguna otra criatura podrá separarnos de la caridad de Dios que es en Cristo Jesús Señor nuestro" (Rom 8, 35-39). Mira cómo no dijo de cualquier modo: "¿Quién nos separará de Cristo?", sino que mostrando de dónde somos coherentes a Cristo, dijo: "¿Quién nos separará de la caridad de Cristo?". Por la caridad, por tanto, somos coherentes a Cristo, no por el temor a la pena. Luego, habiendo conmemorado aquellas cosas que parecen tener violencia, y sin embargo no tienen la validez de separar, así concluyó que dijo que era la misma caridad de Dios la que había dicho de Cristo. ¿Y qué es "de la caridad de Cristo" sino de la caridad de la justicia? De él ciertamente se dijo: "Quien nos ha sido hecho sabiduría por Dios, y justicia, y sanctificación, y redención; para que, como está escrito: El que se gloría, gloríese en el Señor" (1 Cor 1, 30. 31, y Jer 9, 24). Como, pues, es inicuísimo aquel a quien ni las penas corporales disuaden de las obras inmundas de una sórdida voluptuosidad; así es justísimo aquel que ni por el terror de las penas corporales es retraído de las obras santas de una luminosísima caridad.

7. La cual caridad de Dios, lo cual ha de tenerse en perpetuo pensamiento, se difunde en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado (Rom 5, 5), para que el que se gloría, se gloríe en el Señor. Por tanto, cuando nos sentimos pobres e indigentes de esta caridad por la cual la ley se cumple verísimamente, no debemos exigir sus riquezas de nuestra inopia, sino pedir orando, buscar, llamar; para que aquel en quien está la fuente de la vida nos dé el embriagarnos de la abundancia de su casa, y el beber del torrente de su deleite (Sal 35, 9. 10): por el cual inundados y vivificados, no solo no seamos absorbidos por la tristeza, sino que incluso nos gloriemos en las tribulaciones, sabiendo que "la tribulación obra la paciencia, la paciencia la prueba, la prueba la esperanza, y la esperanza no confunde" (Rom 5, 3-5); no porque podamos esto por nosotros mismos, sino porque la caridad de Dios se ha difundido en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado.

8. Delectavit me ista saltem per litteras loqui tecum, quae cum praesente non potui: et hoc non propter te, qui non alta sapiens consentis humilibus (Id. XII, 16); sed propter quosdam qui nimium arrogant humanae voluntati, quam lege data putant ad eam implendam sibi posse sufficere, nulla super doctrinam legis gratia sanctae inspirationis adjutam: per quorum disputationem infirmitati hominum miserae atque indigae suadetur, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationem. Non quia hoc audent aperte dicere; sed eorum sententiam, velint, nolint, hoc utique sequitur. Nam utquid nobis dicitur, Vigilate et orate ne intretis in tentationem (Matth. XXVI, 41)? utquid etiam secundh hanc exhortationem, cum doceret orare, praecepit ut dicamus, Ne nos inferas in tentationem (Id. VI, 13); si hoc non impletur ex adjutorio gratiae divinae, sed id totum est in arbitrio voluntatis humanae? Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt, et orate pro nobis, ut salvi simus secundum illam salutem de qua dicitur: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non veni vocare justos, sed peccatores (Id. IX, 12, 13). Orate ergo pro nobis, ut justi simus; quod quidem homo non potest nisi norit et velit, et erit continuo qui plene voluerit: sed hoc ipsum in eo non erit, nisi gratia Spiritus sanetur, et adjuvetur ut possit.

Epistola CXLVI.

Pelagium resalutat, et pro litteris ipsius officiosis gratiam habet.

Domino dilectissimo, et desideratissimo fratri PELAGIO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

Gratias ago plurimum quod me litteris tuis exhilarare dignatus es, et certum facere de salute vestra. Retribuat tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, et cum illo aeterno vivas in aeternum, domine dilectissime, et desideratissime frater. Ego autem etsi in me non agnosco praeconia de me tua, quae tuae Benignitatis epistola continet; benevolo tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum: simul admonens ut potius ores pro me, quo talis a Domino fiam, qualem me jam esse arbitraris. Et alia manu: Memor nostri, incolumis Domino placeas, domine dilectissime, et desideratissime frater

DE DUABUS PROXIME SEQUENTIBUS EPISTOLIS. (LIB. II RETRACT. CAPUT XLI.) De Videndo Deo scripsi librum, ubi de spirituali corpore quod erit in resurrectione sanctorum, inquisitionem diligentiorem distuli, utrum vel quomodo Deus qui spiritus est, etiam per corpus tale videatur: sed eam postea quaestionem sane difficillimam in novissimo, id est in vicesimo et secundo libro de Civitate Dei, satis quantum arbitror explicavi.

8. Me deleitó hablar estas cosas al menos por carta contigo, las cuales no pude estando presente; y esto no por ti, que no sintiendo cosas altas consientes a los humildes (Rom 12, 16); sino por algunos que demasiado arrogan a la voluntad humana, la cual piensan que, dada la ley, puede bastarse a sí misma para cumplirla, ayudada por ninguna gracia de santa inspiración por encima de la doctrina de la ley: por cuya disputa se persuade a la flaqueza miserable e indigente de los hombres que ni siquiera debemos orar para no entrar en tentación. No porque se atrevan a decir esto abiertamente; sino que a su sentencia, quieran o no, se sigue ciertamente esto. Pues ¿para qué se nos dice: "Vigilad y orad para que no entréis en tentación" (Mt 26, 41)? ¿Para qué también, según esta exhortación, cuando enseñaba a orar, mandó que dijéramos: "No nos metas en tentación" (Mt 6, 13), si esto no se cumple por el auxilio de la gracia divina, sino que todo ello está en el arbitrio de la voluntad humana? ¿Para qué más? Saluda a los hermanos que están contigo, y orad por nosotros para que seamos salvos según aquella salud de la que se dice: "No necesitan médico los sanos, sino los que están mal; no vine a llamar a los justos, sino a los pecadores" (Mt 9, 12. 13). Orad, pues, por nosotros para que seamos justos; lo cual ciertamente el hombre no puede si no conociere y quisiere, y será inmediatamente quien plenamente quisiere; pero esto mismo no estará en él si no es sanado por la gracia del Espíritu y ayudado para que pueda.

Epistola CXLVI.

Responde al saludo a Pelagio, y le da las gracias por sus oficiosas letras.

Al señor hermano dilectísimo y deseadísimo PELAGIO, AGUSTÍN, salud en el Señor.

Doy muchísimas gracias porque te has dignado alegrarme con tus letras y hacerme cierto de vuestra salud. Te retribuya el Señor con los bienes por los que siempre seas bueno, y con aquel eterno vivas por la eternidad, señor dilectísimo y deseadísimo hermano. Yo, empero, aunque no reconozco en mí tus elogios sobre mí, que la epístola de tu Benignidad contiene, sin embargo, con ánimo benévolo, no puedo ser ingrato para con mi pequeñez; amonestando a la vez que más bien ores por mí para que llegue a ser tal ante el Señor cual ya juzgas que soy. Y de otra mano: Acordándote de nosotros, agrades al Señor incólume, señor dilectísimo y deseadísimo hermano.

SOBRE LAS DOS EPÍSTOLAS SIGUIENTES. (LIB. II RETRACT. CAPÍTULO XLI.) Escribí un libro sobre *El ver a Dios*, donde sobre el cuerpo espiritual que habrá en la resurrección de los santos, diferí una inquisición más diligente: si o de qué modo Dios, que es espíritu, pueda ser visto incluso por tal cuerpo; pero esa cuestión, ciertamente dificilísima, la expliqué después suficientemente, según creo, en el último, esto es, en el vigésimo segundo libro de *La Ciudad de Dios*.

Inveni etiam in quodam nostro codice, in quo et iste libro est, quoddam Commonitorium a me factum de hac re ad episcopum Siccensem Fortunatianum, quod in opusculorum meorum indiculo, nec inter libros, nec inter epistolas est notatum. Hic liber sic incipit: «Memor debiti.» Illud autem: «Sicut praesens rogavi.»

DE VIDENDO DEO LIBER, SEU EPISTOLA CXLVII . Docet Deum corporeis oculis videri non posse. AUGUSTINUS PAULINAE, salutem .

1. Memor debiti quod ex tua petitione et mea promissione factum est, religiosa famula Dei Paulina, persolutionis quoque ejus negligens esse non debui. Cum enim petivisses ut de invisibili Deo, utrum per oculos corporeos possit videri, prolixe aliquid copioseque ad te scriberem, negare non potui, ne sanctum tuum studium offenderem; sed promissum distuli, sive propter alias occupationes meas, sive quod a me id flagitaretur, unde aliquanto diutius cogitari oportebat. Sed cum tanta res esset quae, cogitando non tam quid de ea sentiendum dicendumve esset, quam quonam modo persuadendum iis qui diversa sentirent, fieret difficilior; finem aliquando dilationi adhibendum putavi, sperans divinum adjutorium magis mihi scribenti quam differenti adfuturum. Quamobrem primum mihi videtur plus valere in hac inquisitione vivendi quam loquendi modum. Nam qui didicerunt a Domino Jesu Christo mites esse et humiles corde (Matth. XXI, 29), plus cogitando et orando proficiunt, quam legendo et audiendo. Nec ideo tamen agere partes suas sermo cessaverit, sed cum plantator et rigator officium sui gesserit muneris, caetera illi qui dat incrementum, relinquit: ille quippe etiam ipsum plantatorem rigatoremque formavit.

2. Secundum interiorem igitur hominem percipe verba intellectus. Ipse enim renovatur de die in diem, etiam cum exterior iste corrumpitur (II Cor. IV, 16), sive castigatione abstinentiae, sive aliqua morbida valetudine, sive quolibet casu, vel certe, quod necesse est etiam iis qui sano corpore diu vivunt, ipso aetatis accessu. Erige itaque spiritum mentis tuae, qui renovatur in agnitione Dei secundum imaginem ejus qui creavit eum (Coloss. III, 10); ubi per fidem in te habitat Christus (Eph. III, 17); ubi non est Judaeus et Graecus, servus et liber, masculus et femina (Galat. III, 28); ubi non morieris, cum solvi corpore coeperis, quia nec ibi marcuisti, cum sis annis gravis. Hoc interiore tuo erecta intende, et vide quae loquor. Nolo auctoritatem meam sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere, quoniam a me dicitur: sed aut Scripturis canonicis credas, si quid nondum quam verum sit vides, aut interius demonstranti veritati, ut hoc plane videas.

Encontré también en un cierto códice nuestro, en el cual está también este libro, un cierto *Commonitorium* hecho por mí sobre esta materia al obispo de Sicca, Fortunaciano, el cual en el índice de mis opúsculos no está anotado ni entre los libros ni entre las epístolas. Este libro comienza así: "Acordándome de la deuda". Aquel, empero: "Como presente rogué".

LIBRO SOBRE EL VER A DIOS, O EPÍSTOLA CXLVII. Enseña que Dios no puede ser visto con los ojos corporales. AGUSTÍN A PAULINA, salud.

1. Acordándome de la deuda que se originó por tu petición y mi promesa, religiosa sierva de Dios Paulina, no debí ser negligente en su pago. Pues habiendo pedido que sobre el Dios invisible, si puede ser visto por los ojos corporales, te escribiera algo prolija y copiosamente, no pude negarme para no ofender tu santo estudio; pero diferí lo prometido, ya sea por mis otras ocupaciones, ya sea porque se me exigía aquello sobre lo que convenía pensar algo más de tiempo. Pero siendo una cosa tan grande que, pensando no tanto qué debía sentirse o decirse de ella como de qué modo persuadir a quienes sintieran de modo diverso, se hacía más difícil, juzgué que debía ponerse al fin un término a la dilación, esperando que el auxilio divino me asistiría más al escribir que al diferir. Por lo cual me parece primero que en esta inquisición vale más el modo de vivir que el de hablar. Pues quienes aprendieron del Señor Jesucristo a ser "mansos y humildes de corazón" (Mt 11, 29), aprovechan más pensando y orando que leyendo y oyendo. No por eso, sin embargo, deje el sermón de actuar su parte, sino que, cuando el plantador y el regador hayan cumplido el oficio de su cargo, dejan lo demás a aquel que da el incremento: él ciertamente formó al mismo plantador y regador.

2. Según el hombre interior, por tanto, percibe las palabras del entendimiento. Él mismo, pues, se renueva de día en día, aun cuando este exterior se corrompa (2 Cor 4, 16), ya sea por el castigo de la abstinencia, ya sea por alguna salud morbosa, o por cualquier caso, o ciertamente, lo que es necesario incluso para los que viven mucho tiempo con cuerpo sano, por el mismo acceso de la edad. Erige, pues, el espíritu de tu mente, que se "renueva en el conocimiento de Dios según la imagen de aquel que lo creó" (Col 3, 10); donde por la fe habita Cristo en ti (Ef 3, 17); donde no hay judío ni griego, siervo ni libre, varón ni hembra (Gál 3, 28); donde no morirás cuando comiences a disolverte en el cuerpo, porque tampoco allí te marchitaste, aunque estés cargada de años. Atiende con esto interior tuyo erguido, y ve lo que hablo. No quiero que sigas mi autoridad para que pienses que algo te es necesario creer porque es dicho por mí; sino o bien creas a las Escrituras canónicas si algo no ves todavía cuán verdadero sea, o a la verdad que demuestra interiormente, para que veas esto claramente.

3. Exempli gratia dicam aliquid quo ad haec certius praestruaris, et inde potissimum unde nobis in hoc ipso opere propositus est disputandi labor. Credimus videri Deum, non quia videmus vel per oculos corporis sicut videmus hunc solem, vel mentis obtutu sicut se quisque interius videt viventem, videt volentem, videt quaerentem, videt scientem, videt nescientem. Tu itaque lectis ipsa his litteris, solem quidem te vidisse recolis per oculos corporis, potes etiam statim videre, si est id temporis, et eo loci es ubi ex ea parte coelum oculis tuis usque ad solem contuendum patet. Ad illa vero videnda quae mente conspici dixi, id est quod vivas, quod videre Deum velis, quod id requiras, quod te vivere et velle et quaerere scias, quomodo autem Deus videatur nescias; ad haec, inquam, omnia videnda non oculos corporis adhibes, nec intervallum loci per quod intendatur obtutus, ut ad ea cernenda perveniat, sentis aut quaeris: sic vides vitam tuam, voluntatem, inquisitionem, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est contemnenda visio, videre quod nescias. Sic, inquam, vides haec omnia, ut in te videas, apud te habeas, ac sine ullis figurarum lineamentis colorumque nitoribus, tanto clarius et certius, quanto simplicius interiusque conspicias. Cum igitur nec corporis oculis, sicut corpora sive coelestia, sive terrestria, nec mentis aspectu, sicut ea sunt, quorum nonnulla commemoravi, quae apud temetipsam certissime intueris, nunc videamus Deum; cur credimus eum videri, nisi quia Scripturae accommodamus fidem, ubi legitur, Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8); et si qua alia in hanc sententiam eadem divina auctoritate conscripta sunt, cui non credere nefas ducimus; credere autem pietatis esse minime dubitamus?

4. Hanc itaque distinctionem tene, ut si quid te admonuero, disserendo, quod ita videas oculis carnis, vel ullo alio sensu ejus sentias, seu te sensisse recolas sicut sentiuntur colores, fragores, odores, sapores, fervores, et si quid aliud per corpus cernendo, audiendo, olfaciendo, gustando, tangendo sentiamus; aut ita videas mentis intuitu, ut vides vitam, voluntatem, cogitationem, memoriam, intelligentiam, scientiam, fidem tuam, et quidquid aliud mente conspicis, atque ita esse non tantum credendo, sed plane vivendo non dubitas; hoc me judices ostendisse.

3. Por ejemplo, diré algo con lo cual seas preparado más ciertamente para estas cosas, y principalmente de aquello de donde se nos propuso el trabajo de disputar en esta misma obra. Creemos que Dios es visto, no porque le veamos o por los ojos del cuerpo, como vemos este sol, o por la intuición de la mente, como cada uno se ve a sí mismo interiormente viviendo, se ve queriendo, se ve buscando, se ve sabiendo, se ve ignorando. Tú, por tanto, leídas estas mismas letras, recuerdas ciertamente haber visto el sol por los ojos del cuerpo, puedes incluso verlo inmediatamente, si es aquel tiempo y estás en aquel lugar donde el cielo está abierto a tus ojos para contemplar el sol desde esa parte. Pero para ver aquellas cosas que dije que se perciben por la mente, esto es, que vives, que quieres ver a Dios, que buscas eso, que sabes que vives y quieres y buscas, pero ignoras cómo es visto Dios; para ver todas estas cosas, digo, no empleas los ojos del cuerpo, ni sientes o buscas una distancia de lugar a través de la cual se extienda la mirada para que llegue a distinguirlas: así ves tu vida, tu voluntad, tu indagación, tu ciencia, tu ignorancia, porque tampoco esa visión ha de ser despreciada: ver lo que ignoras. Así, digo, ves todas estas cosas, de modo que las ves en ti, las tienes contigo, y sin ningunos lineamientos de figuras ni brillos de colores, las contemplas tanto más clara y ciertamente cuanto más simple e interiormente las ves. Puesto que, por tanto, no vemos ahora a Dios ni con los ojos del cuerpo, como vemos los cuerpos ya celestes, ya terrestres, ni con el aspecto de la mente, como son aquellas cosas de las cuales he conmemorado algunas, que contemplas certísimamente en ti misma; ¿por qué creemos que Él es visto, sino porque acomodamos la fe a la Escritura donde se lee: "Bienaventurados los limpios de corazón; porque ellos verán a Dios" (Mt 5, 8); y si hay algunas otras cosas escritas en este sentido por la misma divina autoridad, a la cual juzgamos que es una maldad (nefas) no creer, pero en modo alguno dudamos que creer es propio de la piedad?

4. Mantén, pues, esta distinción, para que si te advierto algo discurriendo, que veas así con los ojos de la carne, o lo sientas por cualquier otro sentido de ella, o recuerdes haberlo sentido como se sienten los colores, los estruendos, los olores, los sabores, los calores, y si sentimos cualquier otra cosa por el cuerpo viendo, oyendo, oliendo, gustando, tocando; o lo veas así por la intuición de la mente, como ves tu vida, tu voluntad, tu pensamiento, tu memoria, tu inteligencia, tu ciencia, tu fe, y cualquier otra cosa que percibes con la mente, y no dudas que es así no solo creyendo, sino plenamente viviendo; juzgues que yo he mostrado esto.

Quod autem non sic ostendero, ut aut corporis, aut animi sensu visum perceptumque teneatur, et tamen dixero aliquid quod aut verum quidem, aut falsum esse necesse sit, sed nullo illorum duûm genere videatur; restat ut tantummodo credatur vel non credatur. Sed si divinarum Scripturarum, earum scilicet quae canonicae in Ecclesia nominantur, perspicua firmatur auctoritate, sine ulla dubitatione credendum est. Aliis vero testibus vel testimoniis, quibus aliquid credendum esse suadetur, tibi credere vel non credere liceat, quantum ea momenti ad faciendum fidem vel habere vel non habere perpenderis.

5. Si enim ea quae non vidimus, hoc est, in praesenti apparentia non sensimus vel mente vel corpore, neque de Scripturis sanctis vel legendo vel audiendo didicimus, nulla omnino credidissemus; unde sciremus esse civitates ubi nunquam fuimus; vel a Romulo conditam Romam, vel, ut de propioribus loquar, Constantinopolim a Constantino?, unde postremo sciremus quinam parentes nos procreavissent, quibus patribus, avis, majoribus geniti essemus? Talium quippe cum plurima sciamus, non tamen ea vel ullo sensu praesentia, sicut solem, sicut nostri animi voluntatem, vel canonicorum eloquiorum auctoritate, sicut Adam fuisse primum hominem, aut Christum in carne natum passumque resurrexisse didicimus; sed aliis referentibus, de quorum testimonio in hoc duntaxat rerum genere minime dubitandum esse putavimus. In quibus si alicubi fallimur, credendo vel ita esse quod non ita est, vel non ita esse quod ita est, nihil periculi esse judicamus, si non sit contra illam fidem qua pietas informatur. Haec praelocutio mea nondum propositam discutit quaestionem, sed te atque alios qui ista lecturi sunt, praestruit quales seu meorum seu quorumlibet scriptorum judices esse debeatis; ne vel scire vos opinemini quod nescitis, vel temere credatis quod neque corporis sensibus aut animi contuitu in ejusdem rei quae cognoscenda est, evidentia percepistis, neque canonicarum Scripturarum auctoritate, etiamsi non adfuit sensibus vel animi vel corporis vestri, tamen credendum esse didicistis.

CAP. PRIMUM.

6. Jamne ergo venimus ad causam? an adhuc lecturus instruendus est? Nonnulli enim putant ipsum quod dicimus credere, cum res vera creditur, hoc solum esse mente contueri.

Pero lo que no mostrare así, de modo que se tenga como visto y percibido por el sentido o del cuerpo o del alma, y sin embargo dijere algo que sea necesario que sea o verdadero o falso, pero no se vea por ninguno de esos dos géneros; resta que solamente sea creído o no sea creído. Pero si se confirma por la clara autoridad de las divinas Escrituras, de aquellas precisamente que en la Iglesia se llaman canónicas, ha de creerse sin ninguna duda. Pero a otros testigos o testimonios, por los cuales se persuade que algo ha de ser creído, te sea lícito creer o no creer, según hayas ponderado cuánto peso tengan o no tengan para producir la fe.

5. Pues si no hubiésemos creído absolutamente nada de aquellas cosas que no hemos visto, esto es, que en la presencia actual no hemos sentido ni con la mente ni con el cuerpo, ni hemos aprendido de las sagradas Escrituras leyendo u oyendo, ¿de dónde sabríamos que existen ciudades donde nunca hemos estado; o que Roma fue fundada por Rómulo, o, por hablar de cosas más cercanas, Constantinopla por Constantino? ¿De dónde, finalmente, sabríamos quiénes fueron los padres que nos procrearon, de qué padres, abuelos, mayores fuimos engendrados? Puesto que, sabiendo muchísimas cosas de tales, no las hemos aprendido, sin embargo, por ningún sentido como presentes, como el sol, como la voluntad de nuestra mente, ni por la autoridad de las elocuciones canónicas, como hemos aprendido que Adán fue el primer hombre, o que Cristo nació en la carne y habiendo padecido resucitó; sino por el relato de otros, de cuyo testimonio en este género de cosas al menos pensamos que no se ha de dudar en absoluto. En las cuales si en algún lugar nos engañamos, creyendo o que es así lo que no es así, o que no es así lo que es así, juzgamos que no hay ningún peligro, si no es contra aquella fe por la cual se informa la piedad. Este preámbulo mío aún no discute la cuestión propuesta, sino que te prepara a ti y a otros que han de leer estas cosas sobre qué clase de jueces debéis ser de mis escritos o de los de cualquiera; para que ni penséis saber lo que ignoráis, ni creáis temerariamente lo que no habéis percibido ni por los sentidos del cuerpo ni por la intuición de la mente en la evidencia de la misma cosa que ha de conocerse, ni habéis aprendido que ha de creerse por la autoridad de las Escrituras canónicas, aunque no haya estado presente a los sentidos ni de vuestra mente ni de vuestro cuerpo.

CAPÍTULO 1.

6. ¿Hemos llegado ya, pues, a la causa? ¿o todavía ha de ser instruido el lector? Algunos, en efecto, piensan que eso mismo que llamamos creer, cuando se cree una cosa verdadera, es solo esto: contemplar con la mente.

Quod si ita est, fallitur ista nostra superior praelocutio, in qua distinximus aliud esse aliquid sentire per corpus, sicut in coelo solem, et in terra montem, arborem, corpusve quodlibet; et aliud mentis intuitu rem nihilominus evidentem, sicut nostra voluntas a nobismetipsis intus aspicitur cum aliquid volumus, vel cogitatio cum cogitamus, vel memoria dum recordamur, vel tale aliquid in animo sine corpore: aliud autem credere quod in corporis mentisve conspectu nec adest nec adfuisse recolitur; sicut sine parentibus creatum Adam, et natum ex Virgine passumque resurrexisse Christum. Haec enim etiam corporaliter facta sunt, et videri per corpus, si tunc adessemus, utique potuerunt: nunc autem non adsunt, sicut adest ista lux quae oculis cernitur, aut voluntas qua nunc aliquid volumus, quae mente conspicitur. Sed quia haec distinctionis falsa non est, profecto illa praestructio minus habebat, quod inter credere, et aliquid praesens mente conspicere, ne omnino unum atque idem putaretur, parum clara fuerat elocutione discretum.

CAPUT II.

7. Quid ergo dicimus? Num satis est ut inter videre et credere hoc distare dicamus, quia praesentia videntur, creduntur absentia? Plane forsitan satis est, si praesentia illa hoc loco intelligamus dicta, quae praesto sunt sensibus sive animi sive corporis, unde etiam ducto vocabulo praesentia nominantur. Sic enim hanc lucem corporis sensu, sic et meam voluntatem plane video, quia praesto est animi sensibus, atque intus mihi praesens est. Si quis vero mihi indicet voluntatem suam, cujus os et vox mihi praesens est; tamen quia ipsa voluntas quam mihi indicat, latet sensum corporis et animi mei, credo, non video: aut si eum mentiri existimo, non credo, etsi forte, ut dicit, ita sit. Creduntur ergo illa quae absunt a sensibus nostris, si videtur idoneum quod eis testimonium perhibetur. Videntur autem quae praesto sunt, unde et praesentia nominantur vel animi vel corporis sensibus. Nam cum sint quinque corporis sensus, cernendi, audiendi, olfaciendi, gustandi, tangendi; visus quidem in eis praecipue oculis attributus est, verumtamen hoc verbo utimur et in caeteris. Non enim tantum dicimus, Vide quid luceat; sed etiam, Vide quid sonet, Vide quid oleat, Vide quid sapiat, Vide quid caleat. Nec quia dixi ea credi quae absunt a sensibus nostris, sic accipiatur ut inter illa deputentur quae aliquando vidimus, et nos vidisse retinemus certique sumus, quamvis tunc non praesto sint cum recoluntur a nobis.

Si esto es así, se engaña aquel preámbulo nuestro superior, en el cual distinguimos que una cosa es sentir algo por el cuerpo, como el sol en el cielo, y en la tierra un monte, un árbol, o cualquier cuerpo; y otra cosa ver por la intuición de la mente una cosa no obstante evidente, como nuestra voluntad es mirada dentro por nosotros mismos cuando algo queremos, o el pensamiento cuando pensamos, o la memoria mientras recordamos, o algo tal en el alma sin el cuerpo: y otra cosa creer lo que ni está presente a la vista del cuerpo o de la mente, ni se recuerda que haya estado presente; como que Adán fue creado sin padres, y que Cristo nació de una Virgen y habiendo padecido resucitó. Pues estas cosas también se hicieron corporalmente, y ciertamente pudieron verse por el cuerpo si entonces estuviéramos presentes: pero ahora no están presentes, como está presente esta luz que se distingue por los ojos, o la voluntad por la cual ahora queremos algo, que se percibe por la mente. Pero porque esta distinción no es falsa, ciertamente aquella preparación tenía de menos que se había distinguido con elocución poco clara entre creer y contemplar algo presente con la mente, para que no se pensara que eran del todo una misma cosa.

CAPÍTULO 2.

7. ¿Qué decimos, pues? ¿Acaso basta que digamos que entre ver y creer dista esto: que se ven las cosas presentes y se creen las ausentes? Claramente tal vez basta, si entendemos que en este lugar se llaman presentes aquellas cosas que están al alcance (*praesto*) de los sentidos, ya del alma, ya del cuerpo, de donde también, derivado el vocablo, se llaman presentes (*praesentia*). Pues así veo claramente esta luz por el sentido del cuerpo, y así también veo claramente mi voluntad, porque está al alcance de los sentidos del alma, y me es interiormente presente. Pero si alguien me indica su voluntad, cuya boca y voz me es presente; sin embargo, porque esa voluntad misma que me indica se oculta al sentido de mi cuerpo y de mi mente, creo, no veo; o si estimo que miente, no creo, aunque tal vez sea así como dice. Se creen, pues, aquellas cosas que están ausentes de nuestros sentidos, si parece idóneo lo que se presenta como testimonio de ellas. Se ven, en cambio, las que están al alcance, de donde también se llaman presentes o a los sentidos del alma o a los del cuerpo. Pues siendo cinco los sentidos del cuerpo: de distinguir, oír, oler, gustar, tocar; la vista ciertamente se atribuye principalmente a los ojos en ellos, no obstante usamos este verbo también en los demás. Pues no solo decimos: "Mira qué brilla", sino también: "Mira qué suena", "Mira qué huele", "Mira qué sabe", "Mira qué calienta". Ni porque dije que se creen aquellas cosas que están ausentes de nuestros sentidos, se entienda de tal modo que entre ellas se cuenten las que alguna vez vimos, y retenemos que las vimos y estamos ciertos, aunque entonces no estén al alcance cuando las recordamos.

Neque enim inter credita, sed inter visa deputantur; et ideo nota sunt, non quia fidem habuimus aliis testibus, sed quia nos vidisse sine dubio recordamur et scimus.

CAPUT III.

8. Constat igitur nostra scientia ex visis rebus et creditis: sed in iis quae vidimus vel videmus, nos ipsi testes sumus; in his autem quae credimus, aliis testibus movemur ad fidem, cum earum rerum quas nec vidisse nos recolimus, nec videmus, dantur signa vel in vocibus, vel in litteris, vel in quibusque documentis, quibus visis non visa credantur. Non autem immerito scire nos dicimus non solum ea quae vidimus aut videmus, verum et illa quae idoneis ad quamque rem commoti testimoniis vel testibus credimus. Porro si scire non incongruenter dicimur etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut etiam recte credita, etsi non adsint sensibus nostris, videre mente dicamur. Scientia quippe menti tribuitur; sive per corporis sensus, sive per ipsum animum aliquid perceptum cognitumque retineat: et fides ipsa mente utique videtur, quamvis hoc fide credatur quod non videtur. Unde et apostolus Petrus dicit, In quem modo non videntes creditis (I Pet. I, 8): et ipse Dominus, Beati qui non viderunt, et crediderunt (Joan. XX, 29).

9. Cum itaque dicitur homini, Crede Christum resurrexisse a mortuis; si credit, attende quid videat, attende quid credat, et utrumque discerne. Videt hominem cujus audit vocem; et ipsa vox in visis corporalibus deputatur, secundum ea quae supra diximus. Haec duo sunt, testis, et testimonium: quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem fortasse aliorum testimoniorum auctoritas confirmat, divinarum scilicet Scripturarum, vel quorumlibet aliorum, quibus est motus ad fidem. Scripturae ad visa pertinent corporis oculorum, si eas legit; vel aurium, si audivit. Videt autem animo quidquid figuris litterarum sonisve significari intellexit. Videt ipsam fidem suam, qua se credere sine cunctatione respondet. Videt cogitationem, qua cogitat quid ei possit prodesse quod credit. Videt voluntatem, qua accessit ad suscipiendam religionem. Videt etiam ipsius resurrectionis quamdam imaginem in animo suo factam, sine qua intelligi non potest quidquid factum corporaliter dicitur, sive credatur, sive non credatur.

CAPUT IV.

Pues no se cuentan entre las cosas creídas, sino entre las vistas; y por eso son conocidas, no porque hayamos tenido fe en otros testigos, sino porque recordamos y sabemos sin duda que las vimos.

CAPÍTULO 3.

8. Consta, por tanto, que nuestra ciencia consiste en cosas vistas y creídas: pero en aquellas que hemos visto o vemos, nosotros mismos somos testigos; en cambio, en aquellas que creemos, somos movidos a la fe por otros testigos, cuando de aquellas cosas que ni recordamos haber visto, ni vemos, se dan signos ya en voces, ya en letras, ya en cualesquiera documentos, por cuya vista se crean las cosas no vistas. Pero no sin razón decimos que sabemos no solo aquellas cosas que hemos visto o vemos, sino también aquellas que creemos movidos por testimonios o testigos idóneos para cada cosa. Además, si no se dice incongruentemente que sabemos incluso aquello que creemos certísimamente, de aquí se ha seguido que también se diga que vemos con la mente las cosas rectamente creídas, aunque no estén presentes a nuestros sentidos. La ciencia, en efecto, se atribuye a la mente, ya sea que retenga algo percibido y conocido a través de los sentidos del cuerpo, ya sea a través del alma misma: y la fe misma es ciertamente vista por la mente, aunque por la fe se crea esto que no se ve. De donde también el apóstol Pedro dice: "En quien ahora, no viendo, creéis" (1 Pe 1, 8); y el mismo Señor: "Bienaventurados los que no vieron y creyeron" (Jn 20, 29).

9. Cuando, por tanto, se dice al hombre: "Cree que Cristo resucitó de entre los muertos"; si cree, atiende a lo que ve, atiende a lo que cree, y distingue ambas cosas. Ve al hombre cuya voz oye; y esa voz misma se cuenta entre las cosas vistas corporalmente, según lo que dijimos arriba. Estos dos son el testigo y el testimonio: de los cuales uno pertenece a los ojos, el otro a los oídos. Pero tal vez a este testigo lo confirma la autoridad de otros testimonios, a saber, de las divinas Escrituras, o de cualesquiera otros por los cuales es movido a la fe. Las Escrituras pertenecen a las cosas vistas de los ojos del cuerpo, si las lee; o de los oídos, si las oyó. Ve con el alma cualquier cosa que entendió que se significaba por las figuras de las letras o los sonidos. Ve su misma fe, con la cual responde sin vacilación que cree. Ve el pensamiento con el cual piensa qué puede aprovecharle lo que cree. Ve la voluntad con la cual se acercó a recibir la religión. Ve también una cierta imagen de la misma resurrección hecha en su alma, sin la cual no puede entenderse cualquier cosa que se dice hecha corporalmente, ya se crea, ya no se crea.

CAPÍTULO 4.

Sed, ut puto, distinguis quomodo videat fidem suam qua credit, et quomodo videat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam, si hoc audit, videt etiam qui non credit.

10. Haec ergo omnia videt, partim corpore, partim mente. Voluntatem vero ejus a quo audit ut credat, et ipsam Christi resurrectionem non videt, sed credit; et tamen eam videre dicitur quodam mentis obtutu, magis secundum testimoniorum fidem, quam rerum praesentia creditarum. Illa enim quae videt, adsunt sensibus vel animi vel corporis; quae autem credit, absunt a sensibus et animi et corporis. Quamvis voluntas ejus a quo audit ut credat, non sit praeterita, sed maneat in loquente: quam in seipso idem ipse qui loquitur videt; ille vero qui audit, non eam videt sed credit. Resurrectio autem Christi praeterita est, quam nec illi viderunt homines qui tunc fuerunt. Nam qui viderunt viventem Christum quem viderant morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret non viderunt, sed eam certissime crediderunt, videndo et tangendo vivum quem noverant mortuum. Nos totum credimus, et quod resurrexerit, et quod ab hominibus tunc visus et contrectatus sit, et quod nunc vivat in coelis, nec jam moriatur, et mors illi ultra non dominetur. Res autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc coelum et terra, nec nostrae mentis obtutibus, sicut adest fides ipsa qua hoc credimus.

11. Sed jam satis, ut puto, ista mea praelocutione recognovisti quid sit videre vel mente vel corpore, et quid ab eis distet credere. Quod quidem fit mente, et videtur mente; quoniam menti nostrae fides nostra conspicua est. Sed tamen quod eadem fide creditur, abest et ab aspectu corporis nostri, sicut abest corpus in quo Christus resurrexit; et ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis meae fides tua, quamvis eam esse in te credam, cum eam non videam corpore, quod nec tu potes; nec mente, quod tu potes, sicut ego meam, quam tu non potes. Nemo enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est (I Cor. II, 11), donec veniat Dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestet cogitationes cordis (Id. IV, 5), ut eas non solum quisque suas videat, sed et aliorum. Secundum hoc enim dixit Apostolus neminem scire quid agatur in homine, nisi spiritum hominis qui in ipso est secundum quod videmus in nobis: nam secundum id quod credimus nec videmus, et multos fideles esse novimus, et multis noti sumus.

CAPUT V.

Pero, según pienso, distingues cómo ve su fe con la que cree, y cómo ve aquella imagen de la resurrección hecha en su alma, la cual ve también el que no cree, si oye esto.

10. Todas estas cosas, pues, las ve, en parte con el cuerpo, en parte con la mente. Pero la voluntad de aquel de quien oye para que crea, y la misma resurrección de Cristo, no la ve, sino que la cree; y sin embargo se dice que la ve con un cierto aspecto de la mente, más según la fe de los testimonios que por la presencia de las cosas creídas. En efecto, aquellas cosas que ve están presentes a los sentidos o del alma o del cuerpo; en cambio, las que cree están ausentes de los sentidos tanto del alma como del cuerpo. Aunque la voluntad de aquel de quien oye para que crea no sea pasada, sino que permanezca en el que habla: la cual ve en sí mismo el mismo que habla; pero el que oye no la ve, sino que la cree. Pero la resurrección de Cristo es pasada, la cual ni aquellos hombres que entonces fueron la vieron. Pues los que vieron a Cristo vivo a quien habían visto morir, sin embargo no vieron la resurrección misma cuando se hacía, sino que la creyeron certísimamente, viendo y tocando al vivo a quien habían conocido muerto. Nosotros creemos todo: tanto que resucitó, como que entonces fue visto y palpado por los hombres, y que ahora vive en los cielos, y ya no muere, y la muerte ya no tiene dominio sobre Él. Pero la cosa misma ni está presente a los sentidos de nuestro cuerpo, como está presente este cielo y tierra, ni a los aspectos de nuestra mente, como está presente la fe misma con la que creemos esto.

11. Pero ya basta, según pienso, por este preámbulo mío has reconocido qué es ver o con la mente o con el cuerpo, y qué dista de ellos creer. Lo cual ciertamente se hace con la mente, y se ve con la mente; puesto que nuestra fe es conspicua para nuestra mente. Pero sin embargo lo que se cree por esa misma fe está ausente tanto de la vista de nuestro cuerpo, como está ausente el cuerpo en el cual resucitó Cristo; y de la vista de la mente de otro, como está ausente de la vista de mi mente tu fe, aunque crea que está en ti, siendo que no la veo con el cuerpo, lo cual ni tú puedes; ni con la mente, lo cual tú puedes, como yo la mía, que tú no puedes. Pues "nadie sabe lo que pasa en el hombre, sino el espíritu del hombre que está en él" (1 Cor 2, 11), hasta que venga el Señor e "ilumine los escondrijos de las tinieblas y manifieste los pensamientos del corazón" (1 Cor 4, 5), para que cada uno vea no solo los suyos, sino también los de los otros. Según esto, pues, dijo el Apóstol que nadie sabe lo que pasa en el hombre sino el espíritu del hombre que está en él, según lo que vemos en nosotros: pues según lo que creemos y no vemos, sabemos que muchos son fieles, y somos conocidos por muchos.

CAPÍTULO 5.

12. Si ergo jam ista distincta sunt, veniamus ad causam. Scimus posse Deum videri, quoniam scriptum est: Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8). An forte non debui dicere, Scimus; sed Credimus: quoniam Deum nec corpore aliquando vidimus, sicut hanc lucem; nec mente, sicut ipsam in nobis, qua id credimus, fidem; sed tantum quia scriptum est in ea Scriptura cujus fideles sumus, quod verum sit minime dubitamus? Apostolus tamen Joannes cum tale aliquid diceret, Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2): ecce scire se dixit quod nondum factum fuerat, nec videndo, sed credendo cognoverat. Recte itaque diximus, Scimus Deum posse videri; quamvis eum non viderimus, sed divinae auctoritati quae sanctis Libris continetur, crediderimus.

13. Quid ergo est quod eadem dicit auctoritas, Deum nemo vidit unquam (Joan. I, 18, et I Joan. IV, 12)? An fortasse respondetur quod illa testimonia de videndo Deo sunt, non de viso? Ipsi enim Deum videbunt, dictum est; non, Viderunt: et non, Vidimus; sed, videbimus eum sicuti est. Proinde his sententiis non est contrarium, Deum nemo vidit unquam. Videbunt enim quem non viderunt, qui mundo corde filii Dei esse voluerint. Quid est ergo, Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea (Gen. XXXII, 30)? An et hoc non est contrarium illi quod dictum est, Deum nemo vidit unquam (Joan. I, 18)? Et illud quod de Moyse scriptum est, quia loquebatur cum Deo facie ad faciem, sicut quis loquitur ad amicum suum (Exod. XXXIII, 11); et illud quod propheta Isaias de seipso loquens ait, Vidi Dominum sabaoth sedentem in throno (Isai. VI, 1): et si qua alia solent similia testimonia ex eadem auctoritate proferri, quomodo non sunt contraria sententiae qua dictum est, Deum nemo vidit unquam? Quanquam et ipsum Evangelium potest putari sibi esse contrarium. Quomodo enim verum est, quod in eo dicitur, Qui me vidit, vidit et Patrem (Joan. XIV, 9), si Deum nemo vidit unquam? quomodo verum est, Angeli eorum semper vident faciem Patris mei (Matth. XVIII, 10), si Deum nemo vidit unquam?

14. Qua igitur regula intelligentiae ista veluti contraria et repugnantia, non esse contraria nec repugnare probabimus? Neque enim fieri ullo modo potest ut haec Scripturarum auctoritas aliqua ex parte mentiatur. Si dicimus in eo quod scriptum est, Deum nemo vidit unquam, homines tantummodo intelligendos, sicut etiam illud dictum est, Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est (I Cor. II, 11); nemo utique, sed hominum: neque enim hoc de Deo accipi potest, cum de Christo scriptum sit non opus fuisse ut quisquam illi testimonium perhiberet de homine. quoniam ipse sciebat quid esset in homine (Joan. II, 25). Nam hoc Apostolus planius explicans, Quem nemo, inquit, hominum vidit, nec videre potest (I Tim. VI, 16).

12. Si, por tanto, ya están estas cosas distinguidas, vengamos a la causa. Sabemos que Dios puede ser visto, porque está escrito: "Bienaventurados los limpios de corazón; porque ellos verán a Dios" (Mt 5, 8). ¿O tal vez no debí decir: "Sabemos"; sino: "Creemos": puesto que ni hemos visto a Dios alguna vez con el cuerpo, como esta luz; ni con la mente, como la misma fe en nosotros por la cual creemos esto; sino solo porque está escrito en aquella Escritura de la cual somos fieles, de cuya verdad en modo alguno dudamos? El apóstol Juan, sin embargo, cuando decía algo tal, dijo: "Sabemos que cuando aparezca, seremos semejantes a Él; porque le veremos tal como es" (1 Jn 3, 2): he aquí que dijo que sabía lo que aún no se había hecho, ni lo había conocido viendo, sino creyendo. Rectamente, pues, dijimos: "Sabemos que Dios puede ser visto"; aunque no le hayamos visto, sino que hayamos creído a la divina autoridad que se contiene en los libros santos.

13. ¿Qué es, pues, lo que dice la misma autoridad: "A Dios nadie le vio jamás" (Jn 1, 18, y 1 Jn 4, 12)? ¿O acaso se responde que aquellos testimonios son sobre el ver a Dios, no sobre el haberle visto? Pues se dijo: "Ellos verán a Dios"; no: "Vieron"; y no: "Vimos"; sino: "Le veremos tal como es". Por consiguiente, no es contrario a estas sentencias: "A Dios nadie le vio jamás". Pues verán a aquel a quien no vieron, los que con corazón limpio hayan querido ser hijos de Dios. ¿Qué es, pues: "Vi a Dios cara a cara, y ha sido salvada mi alma" (Gén 32, 30)? ¿Acaso tampoco esto es contrario a aquello que se dijo: "A Dios nadie le vio jamás" (Jn 1, 18)? ¿Y aquello que está escrito de Moisés, que "hablaba con Dios cara a cara, como alguien habla a su amigo" (Éx 33, 11); y aquello que el profeta Isaías hablando de sí mismo dice: "Vi al Señor de los ejércitos sentado en un trono" (Is 6, 1)? Y si se suelen proferir otros testimonios semejantes de la misma autoridad, ¿cómo no son contrarios a la sentencia con que se dijo: "A Dios nadie le vio jamás"? Aunque también el mismo Evangelio puede pensarse que es contrario a sí mismo. Pues ¿cómo es verdad lo que se dice en él: "El que me ve a mí, ve también al Padre" (Jn 14, 9), si "a Dios nadie le vio jamás"? ¿Cómo es verdad: "Sus ángeles ven siempre el rostro de mi Padre" (Mt 18, 10), si "a Dios nadie le vio jamás"?

14. ¿Por qué regla de entendimiento, pues, probaremos que estas cosas, como contrarias y repugnantes, no son contrarias ni repugnan? Pues no puede suceder de ningún modo que esta autoridad de las Escrituras mienta en alguna parte. Si decimos que en lo que está escrito: "A Dios nadie le vio jamás", solo se ha de entender a los hombres, como también se dijo aquello: "Nadie sabe lo que pasa en el hombre, sino el espíritu del hombre que está en él" (1 Cor 2, 11); nadie ciertamente, sino de los hombres: pues esto no puede tomarse de Dios, habiendo sido escrito de Cristo que no fue necesario que alguien le diera testimonio del hombre, porque Él mismo sabía qué había en el hombre (Jn 2, 25). Pues el Apóstol explicando esto más claramente dice: "A quien nadie de los hombres vio, ni puede ver" (1 Tim 6, 16).

Si ergo ita dictum est, Deum nemo vidit unquam, ac si diceretur, Nemo hominum; hactenus illa quaestio soluta videbitur, ut non sit huic sententiae contrarium quod Dominus ait, Angeli eorum semper vident faciem Patris mei: ut scilicet Angelos Deum videre credamus, quem nemo vidit unquam, sed hominum. Quomodo ergo Deum vidit Abraham (Gen. XVIII, 1), Isaac (Id. XXVI, 2), Jacob (Id. XXXII, 30). Job (Job XXXVIII, 1), Moyses (Exod. XXXIII, 11), Michaeas (III Reg. XXII, 19), Isaias (Isai. VI, 1), et si qui alii sunt, de quibus veracissima Scriptura testatur quod Deum viderint, si Deum nemo unquam hominum vidit nec videre potest?

15. Quanquam nonnulli volentes etiam probare impios visuros Deum, a diabolo quoque ipso Deum visum putant; sic accipientes quod scriptum est in libro Job, venisse cum Angelis et diabolum in conspectum Dei (Job I, 6, et II, 1): ut jam et illud veniat in quaestionem, quomodo dictum sit, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8); et illud, Pacem sectamini cum omnibus et sanctificationem, sine qua nemo poterit videre Deum (Hebr. XII, 14). Multum enim miror, si eo usque progrediuntur qui existimant impios visuros Deum, et a diabolo visum Deum, ut eos et mundo corde esse, et pacem et sanctificationem cum omnibus assectari asseverent.

16. Nam quod Dominus ait, Qui me vidit, vidit et Patrem (Joan. XIV, 9), potest paulo attentius consideratum non videri esse contrarium ei quod dixit, Deum nemo vidit unquam (Id. I, 18). Neque enim dixit, Quia vidistis me, vidistis et Patrem; sed dicendo, Qui me vidit, vidit et Patrem, ostendere voluit unitatem substantiae Patris et Filii, ne in aliquo inter se putarentur esse dissimiles: ac per hoc quoniam vere dictum est, Qui me vidit, vidit et Patrem; profecto quoniam Deum nemo hominum vidit unquam, nec Patrem quisquam putandus est vidisse, nec Filium secundum quod Deus est et Filius, et cum Patre unus Deus. Nam secundum id quod homo est, utique in terra visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruch III, 38, et Joan. I, 14).

CAPUT VI.

17. Sed magna quaestio est, quomodo non sit contrarium quia tot antiqui viderunt Deum, si Deum nemo unquam vidit, quem nemo hominum vidit, nec videre potest? Vides quam difficilem mihi proposueris quaestionem, unde me aliquid prolixe copioseque scribere voluisti ex occasione brevis epistolae meae, quae tibi visa est diligentius et uberius explicanda. Visne ergo attendere quae apud alios interim comperi divinarum Scripturarum egregios tractatores, quid de visione Dei senserint, ne forte sufficiant desiderio tuo, quamvis ea forsitan noveris? Pauca ergo ista attende, si placet.

Si, por tanto, se dijo así: "A Dios nadie le vio jamás", como si se dijera: "Nadie de los hombres"; hasta aquí se verá resuelta aquella cuestión, de modo que no sea contrario a esta sentencia lo que dice el Señor: "Sus ángeles ven siempre el rostro de mi Padre": para que creamos, a saber, que los ángeles ven a Dios, a quien nadie vio jamás, pero de los hombres. ¿Cómo, pues, vio a Dios Abraham (Gén 18, 1), Isaac (Ibíd. 26, 2), Jacob (Ibíd. 32, 30), Job (Job 38, 1), Moisés (Éx 33, 11), Miqueas (1 Re 22, 19), Isaías (Is 6, 1), y si hay algunos otros de los cuales la veracísima Escritura testifica que vieron a Dios, si a Dios nadie jamás de los hombres vio ni puede ver?

15. Aunque algunos, queriendo también probar que los impíos verán a Dios, piensan que Dios fue visto también por el mismo diablo; tomando así lo que está escrito en el libro de Job, que el diablo también vino a la presencia de Dios con los ángeles (Job 1, 6 y 2, 1): de modo que ya venga también a cuestión cómo se ha dicho: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios" (Mt 5, 8); y aquello: "Seguid la paz con todos y la santificación, sin la cual nadie podrá ver a Dios" (Heb 12, 14). Pues mucho me maravillo si llegan hasta ese punto los que piensan que los impíos han de ver a Dios, y que Dios fue visto por el diablo, como para asegurar que ellos también son de corazón limpio, y que siguen la paz y la santificación con todos.

16. Pues lo que el Señor dice: "El que me ve a mí, ve también al Padre" (Jn 14, 9), puede, considerado un poco más atentamente, no parecer contrario a lo que dijo: "A Dios nadie le vio jamás" (Ibíd. 1, 18). Pues no dijo: "Porque me habéis visto a mí, habéis visto también al Padre"; sino que diciendo: "El que me ve a mí, ve también al Padre", quiso mostrar la unidad de sustancia del Padre y del Hijo, para que no se pensara que eran disímiles entre sí en algo: y por esto, puesto que verdaderamente se dijo: "El que me ve a mí, ve también al Padre"; ciertamente, puesto que nadie de los hombres ha visto jamás a Dios, tampoco ha de pensarse que alguien vio al Padre, ni al Hijo según lo que es Dios e Hijo, y un solo Dios con el Padre. Pues según aquello que es hombre, ciertamente fue visto en la tierra y conversó con los hombres (Baruc 3, 38 y Jn 1, 14).

CAPÍTULO 6.

17. Pero es una gran cuestión cómo no es contrario que tantos antiguos hayan visto a Dios, si a Dios nadie le vio jamás, a quien nadie de los hombres vio ni puede ver? Ves qué difícil cuestión me has propuesto, sobre la cual quisiste que escribiera algo prolija y copiosamente con ocasión de una breve epístola mía, que te pareció que debía ser explicada más diligente y abundantemente. ¿Quieres, pues, atender a lo que he encontrado mientras tanto en otros egregios tratadistas de las divinas Escrituras, qué han sentido sobre la visión de Dios, no sea que tal vez basten a tu deseo, aunque quizá ya las conozcas? Atiende, pues, a estas pocas cosas, si te place.

Cum Evangelium exponens beatus Ambrosius, Mediolanensis episcopus, venisset ad eum locum ubi Angelus apparuit in templo Zachariae sacerdoti, ex hac occasione, vide quanta et qualia de Dei etiam visione disseruit.

18. Non immerito, inquit, Angelus videtur in templo; quia veri sacerdotis jam nuntiabatur adventus, et coeleste sacrificium parabatur, in quo Angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei qui eum repente conspexit. Hoc specialiter, aut de Angelis, aut de Deo Scriptura divina tenere consuevit, ut quod non potest praevideri, apparere dicatur. Sic enim habes: «Apparuit Deus Abrahae ad ilicem Mambre» (Gen. XVIII, 1). Nam quia ante non praesentitur, sed repentino videtur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur, et is in cujus voluntate situm est videri, et cujus naturae est non videri, voluntatis videri. Nam si non vult, non videtur; si vult, videtur. Apparuit enim Deus Abrahae, quia voluit; aliis, quia noluit, non apparuit. Visum est etiam Stephano, cum lapidaretur a populo, aperiri coelum : visus est etiam Jesus stans ad dexteram Dei (Act. VII, 55), et non visus est a populo. Vidit Isaias Deum sabaoth (Isai. VI, 1); sed alius videre non potuit, quia cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis coelestibus Virtutibus et Potestatibus legerimus quia «Deum nemo vidit unquam?» et addit quod ultra coelestes est Potestates, «Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit.» Aut acquiescatur igitur necesse est, si Deum Patrem nemo vidit unquam, Filium visum esse in Veteri Testamento; et desinant haeretici ex Virgine ei principium dare, qui antequam nasceretur ex Virgine videbatur. Aut certe refelli non potest, vel Patrem, vel Filium, vel certe Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sancti visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura Sormaverit; quoniam Spiritum quoque visum accepimus in columba (Matth. III, 16). Et ideo «Deum nemo vidit unquam,» quia eam quae in Deo habitat, plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit: «Vidit» enim, ad utrumque referendum est. Denique cum additur, «Unigenitus Filius ipse narravit,» mentium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur. Sed quid de Trinitate dicam? Seraphim quando voluit, apparuit: et vocem ejus Isaias solus audivit. Apparuit angelus, et nunc praesto est, sed non videtur. Neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius apparere. Tamen etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi ut videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum si in praesenti saeculo, nisi quando vult, Dominus non videtur?

Cuando el bienaventurado Ambrosio, obispo de Milán, exponiendo el Evangelio, llegó a aquel lugar donde el ángel se apareció en el templo al sacerdote Zacarías, con esta ocasión, mira cuántas y cuáles cosas disertó también sobre la visión de Dios.

18. "No sin razón", dice, "el ángel es visto en el templo; porque ya se anunciaba el advenimiento del verdadero sacerdote, y se preparaba el sacrificio celestial en el cual los ángeles ministrarían. And it is well said to have appeared to him who suddenly beheld him. Esto suele observar la divina Escritura especialmente, o sobre los ángeles o sobre Dios, que lo que no puede ser previsto se dice que aparece. Pues así tienes: 'Apareció Dios a Abraham junto a la encina de Mamre' (Gén 18, 1). Pues porque antes no es percibido, sino que es visto por una repentina mirada, se menciona que aparece. Pues no se ven de igual modo las cosas sensibles y aquel en cuya voluntad está puesto el ser visto, y de cuya naturaleza es el no ser visto, pero de cuya voluntad es el ser visto. Pues si no quiere, no es visto; si quiere, es visto. Apareció, pues, Dios a Abraham porque quiso; a otros, porque no quiso, no apareció. También se vio por Esteban, cuando era apedreado por el pueblo, que se abría el cielo: se vio también a Jesús de pie a la diestra de Dios (Hch 7, 55), y no fue visto por el pueblo. Vio Isaías al Dios de los ejércitos (Is 6, 1); pero otro no pudo ver, porque apareció a quien le plugo. ¿Y qué hablamos de los hombres, cuando incluso de las mismas Virtudes y Potestades celestiales leemos que 'a Dios nadie le vio jamás'? y añade lo que está por encima de las Potestades celestiales: 'El Hijo unigénito, que está en el seno del Padre, Él mismo lo ha narrado'. O, por tanto, es necesario asentir, si a Dios Padre nadie le vio jamás, que el Hijo fue visto en el Antiguo Testamento; y dejen los herejes de darle un principio desde la Virgen a Aquel que antes de nacer de la Virgen era visto. O ciertamente no puede ser refutado que o el Padre, o el Hijo, o ciertamente el Espíritu Santo, si es que hay visión del Espíritu Santo, sea visto en aquella especie que la voluntad haya elegido, no la naturaleza formado; puesto que hemos recibido que el Espíritu también fue visto en una paloma (Mt 3, 16). Y por eso 'a Dios nadie le vio jamás', porque aquella plenitud de la divinidad que habita en Dios nadie la contempló, nadie la comprendió con la mente o con los ojos: pues 'vio' ha de referirse a ambos. Finalmente, cuando se añade: 'El Hijo unigénito mismo lo ha narrado', se declara una visión de las mentes más que de los ojos. Pues la especie se ve; pero la virtud se narra: aquella se comprende con los ojos, esta con la mente. ¿Pero qué diré de la Trinidad? El serafín apareció cuando quiso: y solo Isaías oyó su voz. Apareció un ángel, y ahora está al alcance, pero no es visto. Pues no está en nuestra potestad el ver, sino en la suya el aparecer. Sin embargo, aunque no está la potestad de ver, está la gracia de merecer para que podamos ver. Y por eso el que tuvo la gracia, mereció la abundancia: nosotros no merecemos la abundancia porque no tenemos la gracia de ver a Dios. ¿Qué maravilla si en el presente siglo, sino cuando quiere, el Señor no es visto?

In ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde sint mundo: et ideo «beati mundo corde; ipsi enim Deum videbunt» (Matth. V, 8). Quantos beatos jam numeraverat, et tamen videndi his Deum non promiserat facultatem! Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt; utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt; neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur; et cum praesens est, non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant; et ideo ait, «Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me non cognovistis» (Joan. XIV, 9)! Qui enim cognovit quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem. Nos enim jam secundum carnem non novimus Christum (II Cor. V, 16), sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus (Thren. IV, 20) qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur (Eph. III, 18, 19) ut videri possit a nobis (Ambrosius, super Luc. lib 1, c. I, 11).

CAPUT VII.

19. Si haec verba intelligis, quid restat quod a me amplius requiratur, cum jam illa quae difficilis videbatur, soluta sit quaestio? Discretum est quippe quomodo dictum sit, Deum nemo vidit unquam, et quomodo Deum justi antiqui viderint. Sed illud propterea dictum est, quoniam Deus natura invisibilis est. Illi autem ideo viderunt, quicumque Deum viderunt, quia cui voluerit, sicut voluerit, apparet ea specie quam voluntas elegerit, etiam latente natura. Nam si, quando patres Deum viderunt, ipsa illis natura ejus apparuit, quamvis si noluisset utique non apparuisset: quomodo Deum nemo vidit unquam, cum eo volente ipsa ejus a tot patribus natura conspecta sit? Quod si dicitur Filius a patribus visus, ut de Deo Patre accipiatur dictum, quod eum nemo unquam viderit; non quidem amisit occasionem Ambrosius, ut hinc quosdam haereticos redargueret, id est Photinianos, qui principium Filio Dei ex utero Virginis tribuunt, nec volunt credere quod et antea fuerit.

En la misma resurrección tampoco es fácil ver a Dios, sino para aquellos que sean de corazón limpio: y por eso 'bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios' (Mt 5, 8). ¡A cuántos bienaventurados había ya numerado, y sin embargo no les había prometido la facultad de ver a Dios! Si, por tanto, los que son limpios de corazón verán a Dios, ciertamente otros no le verán. Pues ni los indignos verán a Dios, ni aquel que no quisiere ver a Dios puede ver a Dios. Ni se ve a Dios en un lugar, sino con el corazón limpio; ni se busca a Dios con los ojos corporales, ni se circunscribe por la vista, ni se tiene por el tacto, ni se oye por el habla, ni se siente por el paso. Y cuando se piensa ausente, es visto; y cuando está presente, no es visto. Finalmente, ni todos los Apóstoles veían a Cristo; ¡y por eso dice: 'Tanto tiempo hace que estoy con vosotros, y ¿aún no me habéis conocido?' (Jn 14, 9)! Pues el que conoció cuál sea la anchura, y la longitud, y la altura, y la profundidad, y la supereminente caridad de la ciencia de Cristo, vio también a Cristo, vio también al Padre. Pues nosotros ya no conocemos a Cristo según la carne (2 Cor 5, 16), sino según el espíritu. Pues 'el Espíritu ante nuestra faz es Cristo el Señor' (Lam 4, 20), quien se digne por su misericordia llenarnos en toda la plenitud de Dios (Ef 3, 18. 19) para que pueda ser visto por nosotros" (Ambrosio, sobre Lucas, lib. 1, c. 1, 11).

CAPÍTULO 7.

19. Si entiendes estas palabras, ¿qué resta que sea requerido de mí más ampliamente, cuando ya ha sido resuelta aquella cuestión que parecía difícil? Pues se ha distinguido cómo se dijo: "A Dios nadie le vio jamás", y cómo los justos antiguos vieron a Dios. Pero aquello se dijo porque Dios es invisible por naturaleza. En cambio, aquellos le vieron, quienesquiera que vieron a Dios, porque aparece a quien quisiere, como quisiere, en aquella especie que la voluntad haya elegido, aun permaneciendo oculta la naturaleza. Pues si, cuando los padres vieron a Dios, se les apareció su misma naturaleza, aunque si no hubiera querido ciertamente no se habría aparecido: ¿cómo es que "a Dios nadie le vio jamás", siendo que, queriéndolo Él, su misma naturaleza fue contemplada por tantos padres? Que si se dice que el Hijo fue visto por los padres, para que se tome como dicho de Dios Padre que nadie le vio jamás; no perdió ciertamente la ocasión Ambrosio para refutar desde aquí a ciertos herejes, esto es, a los fotinianos, que atribuyen un principio al Hijo de Dios desde el útero de la Virgen, y no quieren creer que existió también antes.

Sed quia videbat alios, id est Arianos, perniciosius insidiantes, quorum procul dubio error adstruitur, si Patris natura invisibilis, Filii vero visibilis creditur; utriusque unam pariterque invisibilem asseruit esse naturam, adjungens etiam Spiritus sancti. Quod breviter quidem, sed admirabiliter intimavit, ubi secutus ait: Aut certe refelli non potest, vel Patrem, vel Filium, vel certe Spiritum sanctum, si tamen est Spiritus sancti visio, ea specie videri, quam voluntas elegerit, non natura formaverit. Potuit dicere, Non natura monstraverit; sed maluit dicere, formaverit, ne ipsam speciem in qua Deus elegit apparere, de sua natura formare putaretur, et ex hoc utique convinceretur convertibilis esse mutabilisque substantiae: quod ipse Deus a fide piorum misericors et benignus averterit!

CAPUT VIII.

20. Invisibilis est igitur natura Deus, non tantum Pater, sed et ipsa Trinitas, unus Deus. Et quia non tantum invisibilis, verum etiam incommutabilis; sic apparet quibus voluerit, in qua voluerit specie, ut apud eum integra maneat ejus invisibilis incommutabilisque natura. Desiderium autem veraciter piorum, quo videre Deum cupiunt, et inhianter ardescunt, non, opinor, in eam speciem contuendam flagrat, qua ut vult apparet, quod ipse non est; sed in eam substantiam, qua ipse est quod est. Hujus enim desiderii sui flammam sanctus Moyses, fidelis famulus ejus ostendit, ubi ait Deo, cum quo ut amicus facie ad faciem loquebatur: Si inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum (Exod. XXXIII, 13, sec. LXX). Quid ergo? ille non erat ipse? Si non esset ipse, non ei diceret, ostende mihi temetipsum; sed, Ostende mihi Deum: et tamen si ejus naturam substantiamque conspiceret, multo minus diceret, ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie qua apparere voluerat; non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe promittitur sanctis in alia vita. Unde quod responsum est Moysi verum est, quia nemo potest faciem Dei videre, et vivere; id est, nemo potest eum in hac vita videre vivens sicuti est. Nam multi viderunt; sed quod voluntas elegit, non quod natura formavit. Et illud quod Joannes ait, si recte intelligitur, Dilectissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2): non sicut eum homines viderunt, quando voluit, in specie qua voluit, non in natura, qua in semetipso, etiam cum videretur, latuit; sed sicuti est, quod ab eo petebatur, cum ei diceretur, ostende mihi temetipsum, ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur.

Pero porque veía a otros, esto es, a los arrianos, acechando más perniciosamente, cuyo error sin duda se establece si se cree que la naturaleza del Padre es invisible, pero la del Hijo visible; asintió que la naturaleza de ambos es una e igualmente invisible, añadiendo también la del Espíritu Santo. Lo cual intimó brevemente, pero admirablemente, donde siguiendo dijo: "O ciertamente no puede ser refutado que o el Padre, o el Hijo, o ciertamente el Espíritu Santo, si es que hay visión del Espíritu Santo, sea visto en aquella especie que la voluntad haya elegido, no la naturaleza formado". Pudo decir: "no la naturaleza mostrado"; pero prefirió decir: "formado", para que no se pensara que de su propia naturaleza formaba la misma especie en la que Dios eligió aparecer, y por esto ciertamente fuera convencido de ser de una sustancia convertible y mudable: ¡lo cual el mismo Dios, misericordioso y benigno, aparte de la fe de los piadosos!

CAPÍTULO 8.

20. Dios es, por tanto, invisible por naturaleza, no solo el Padre, sino también la misma Trinidad, un solo Dios. Y porque no solo es invisible, sino también inconmutable; de tal modo aparece a quienes ha querido, en la especie que ha querido, que permanezca íntegra en Él su naturaleza invisible e inconmutable. Pero el deseo de los verdaderamente piadosos, por el cual desean ver a Dios y arden con anhelo, no creo que se inflame por la contemplación de aquella especie por la cual aparece como quiere, lo cual Él mismo no es; sino por aquella sustancia por la cual Él es lo que es. Pues el santo Moisés, su fiel siervo, mostró la llama de este deseo suyo, donde dijo a Dios, con quien hablaba como amigo cara a cara: "Si he hallado gracia ante ti, muéstrate a mí mismo" (Ex 33, 13, según los LXX). ¿Qué, pues? ¿no era Él mismo aquel? Si no fuera Él mismo, no le diría: "muéstrate a mí mismo"; sino: "Muéstrame a Dios": y, sin embargo, si contemplara su naturaleza y sustancia, mucho menos diría: "muéstrate a mí mismo". Estaba, pues, Él mismo en aquella especie en la que había querido aparecer; pero no aparecía Él mismo en su propia naturaleza, la cual Moisés deseaba ver. Pues esa se promete a los santos en la otra vida. De donde lo que se respondió a Moisés es verdad, porque nadie puede ver el rostro de Dios y vivir; esto es, nadie viviendo puede verle en esta vida tal como es. Pues muchos le vieron; pero lo que la voluntad eligió, no lo que la naturaleza formó. Y aquello que dice Juan, si se entiende rectamente: "Carísimos, ahora somos hijos de Dios, y aún no se ha manifestado lo que seremos. Sabemos que cuando apareciere, seremos semejantes a él; porque le veremos tal como es" (1 Jn 3, 2): no como le vieron los hombres, cuando quiso, en la especie que quiso, no en la naturaleza por la cual, aun cuando era visto, permaneció oculto en sí mismo; sino "tal como es", lo cual se le pedía cuando se le decía: "muéstrate a mí mismo", por aquel que hablaba con Él cara a cara.

21. Non quia Dei plenitudinem quisquam, non solum oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit.

CAPUT IX.

Aliud est enim videre, aliud est totum videndo comprehendere. Quandoquidem id videtur, quod praesens utcumque sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus fines circumspici possunt; sicut te nihil latet praesentis voluntatis tuae, circumspicere autem potes fines annuli tui. Exempli gratia duo posui, quorum alterum ad mentis obtutum, alterum ad corporales oculos pertinet: visus enim, sicut ille ait, ad utrumque referendus est, id est et ad oculos et ad mentem.

22. Porro si propterea Deum nemo vidit unquam, quia, sicut ait disputator cujus verba consideramus, Plenitudinem divinitatis ejus nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit; «vidit» enim, ad utrumque referendum est: restat inquirere quomodo Angeli Deum videant, propter illud quod ex Evangelio commemoravi, Angeli eorum semper vident faciem Patris mei (Matth. XVIII, 10). Si enim et ipsis non sicuti est, sed latente sua natura, in specie qua voluerit apparet; magis magisque requirendum est quomodo eum nos videbimus sicuti est, et sicut Moyses desideravit, cum peteret ut Deus, qui in conspectu ejus erat, ostenderet illi semetipsum. Hoc enim nobis summum praemium in resurrectione promittitur, quod erimus aequales Angelis Dei (Luc. XX, 36): ac per hoc si nec ipsi eum vident sicuti est, quomodo nos ita visuri sumus, cum eis aequales in resurrectione facti fuerimus? Sed vide quid consequenter dicat noster Ambrosius: Denique, inquit, cum additur, «Unigenitus Filius ipse narravit;» mentium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur. Qui paulo ante dixerat visionem ad utrumque referendam, nunc eam non menti, sed oculis dedit: non, ut opinor, negligenter sua verba respiciens; sed quia usitatius in loquendo solemus oculis attribuere visionem, sicut speciem corpori. Nam et hic mos loquendi crebrius usurpatur in rebus quae locis continentur, varianturque coloribus. Sed si nulla species esset mente contuenda, non diceretur ille speciosus forma prae filiis hominum (Psal. XLIV, 3). Neque enim hoc secundum carnem dictum est, et non secundum speciem spiritualem. Dicitur ergo et species pertinens ad mentis obtutum; sed quia usitatius in corporibus dicitur, vel in similitudinibus corporum, ideo dixit: Species videtur; virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur.

21. No porque alguien haya comprendido alguna vez la plenitud de Dios, no solo con los ojos del cuerpo, sino ni siquiera con la misma mente.

CAPÍTULO 9.

Pues una cosa es ver, otra es comprender el todo viendo. Puesto que se ve aquello que de algún modo se siente presente; pero el todo se comprende viendo, lo cual de tal modo se ve que nada de ello quede oculto al que lo ve, o cuyos límites pueden ser rodeados con la mirada; como a ti nada te queda oculto de tu presente voluntad, pero puedes rodear con la mirada los límites de tu anillo. A modo de ejemplo puse dos cosas, de las cuales una pertenece al alcance de la mente, la otra a los ojos corporales; pues la visión, como aquel dice, ha de referirse a ambos, esto es, tanto a los ojos como a la mente.

22. Por lo demás, si por esto nadie vio jamás a Dios, porque, como dice el disputador cuyas palabras consideramos: "Nadie contempló la plenitud de su divinidad, nadie la comprendió con la mente o con los ojos"; pues "vio" ha de referirse a ambos: resta inquirir cómo ven los ángeles a Dios, por aquello que recordé del Evangelio: "Sus ángeles ven siempre el rostro de mi Padre" (Mt 18, 10). Pues si también a ellos se les aparece no tal como es, sino permaneciendo oculta su naturaleza, en la especie que haya querido; más y más ha de inquirirse cómo le veremos nosotros tal como es, y como Moisés deseó, cuando pedía que Dios, que estaba en su presencia, le mostrara a sí mismo. Pues este premio sumo se nos promete en la resurrección: que "seremos iguales a los ángeles de Dios" (Lc 20, 36); y por esto, si ni ellos mismos le ven tal como es, ¿cómo nosotros le hemos de ver así, cuando hayamos sido hechos iguales a ellos en la resurrección? Pero mira qué dice consiguientemente nuestro Ambrosio: "Finalmente —dice—, cuando se añade: 'El Hijo unigénito mismo lo narró', se declara la visión de las mentes más que la de los ojos. Pues la especie se ve; pero la virtud se narra: aquella se comprende con los ojos, esta con la mente". El que poco antes había dicho que la visión ha de referirse a ambos, ahora se la dio no a la mente, sino a los ojos; no, según creo, mirando descuidadamente sus propias palabras, sino porque más usualmente al hablar solemos atribuir a los ojos la visión, como la especie al cuerpo. Pues también este modo de hablar se usa más frecuentemente en las cosas que se contienen en lugares y se varían con colores. Pero si no hubiera ninguna especie que contemplar con la mente, no se diría aquel: "Hermoso en la forma sobre los hijos de los hombres" (Sal 44, 3). Pues ni esto se dijo según la carne, y no según la especie espiritual. Se dice, pues, también especie perteneciente al alcance de la mente; pero porque más usualmente se dice en los cuerpos, o en las similitudes de los cuerpos, por eso dijo: "La especie se ve; pero la virtud se narra: aquella se comprende con los ojos, esta con la mente".

Proinde narrante Unigenito, qui est in sinu Patris, narratione ineffabili, creatura rationalis munda et sancta impletur visione Dei ineffabili, quam tunc consequemur cum aequales Angelis facti fuerimus. Quia sicut videntur ista visibilia, corporis sensibus nota, Deum nemo vidit unquam: quoniam si aliquando eo modo visus est, non, sicut ista, natura videtur, sed voluntate visus est; specie qua voluit apparens, latente natura atque in se incommutabiliter permanente. Eo autem modo quo videtur sicuti est, nunc fortasse videtur a quibusdam Angelis: a nobis autem tunc ita videbitur, cum eis facti fuerimus aequales.

CAPUT X.

23. Deinde cum addidisset quia nec Potestates coelorum, sicut Seraphim, nisi cum volunt et quemadmodum volunt videntur, ut hinc etiam conjiceretur quanta sit invisibilitas Trinitatis, Tamen, inquit, etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi ut videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus. His itaque verbis quia non sua docet, sed Evangelium exponit, non hoc voluit intelligi quod quidam eorum videbunt Deum, quidam vero non videbunt, quibus credentibus dedit potestatem filios Dei fieri; cum ad eos omnes pertineat quod dictum est, Videbimus eum sicuti est: sed dicendo, nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus, de hoc saeculo se loqui significavit, ubi quibusdam Deus, licet non in sua natura, sed in qua voluit specie, dignatus est apparere, sicut Abrahae, sicut Isaiae, aliisque similibus; caeteris vero innumerabilibus, quamvis ad suum populum et haereditatem aeternam pertinentibus, nulla vel tali specie se demonstrat. In futuro autem saeculo, qui regnum accepturi sunt quod eis ab initio praeparatum est, omnes eum corde mundo videbunt; nec in illo regno nisi tales erunt.

CAPUT XI.

40. Aliter ergo ista, aliter illa divina verba in fide recipis. De nobis enim tibi subest fortasse aliquis scrupulus, ne in his divinis eloquiis aliquid minus dilucide intelligamus, et non sicut dicta sunt, sed sicut suspicamur, exponantur a nobis. Forte enim dicis apud teipsam: Quid. si et mundo corde videtur Deus, et in loco tamen videtur? aut, Quid, si oculis etiam corporalibus Deum videbunt qui mundo sunt corde, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, quando erimus aequales Angelis Dei? Quantum ergo nobis credere debeas, vel non debeas, fortassis ignoras; et vel plus vel minus quam debes nobis credendo, ne fallaris attendis: divinis autem Scripturis, etiam nondum perspicue intellectis, credendum esse non dubitas. Sed hanc considerationem credendi vel non credendi, et difficultatem scientiae, et dubitationis aestus, et piam fidem quae divinis debetur affatibus, in tua mente, ita ut sunt, attendis et vides: nec de his omnino quod apud te ita sint, sive ut ego dixi, sive ut ipsa potius nosti, aliquid ambigis. Vides itaque fidem tuam, vides dubitationem tuam, vides studium tuum voluntatemque discendi; et cum auctoritate divina movearis ad credenda quae non vides, haec te tamen credere incunctanter vides: distribuis et discernis haec omnia.

CAPUT XVII.

39. Por lo tanto, una vez percibidas y distinguidas diligente y fielmente estas cosas que ves, atiende a lo que crees en este mismo discurso todo, desde el cual empecé a hablarte por estas letras; y en aquellas mismas cosas a las que, no vistas, acomodas la fe, sopesa los mismos pesos de los testigos distinguiéndolos. Pues ni me crees a mí del mismo modo que a Ambrosio, de cuyos libros puse aquellos tan grandes testimonios. O si piensas que a ambos nos has de creer con igual balanza, ¿acaso de algún modo nos compararás con el Evangelio, o igualarás nuestros escritos a las Escrituras canónicas? Ciertamente si sabes juzgar rectamente, nos ves distar mucho por debajo de aquella autoridad. Y a mí ciertamente más lejos, pero cuanto quiera que creas a cada uno de nosotros, a ninguno de los dos comparas de ningún modo con aquella excelencia. Por lo cual, lo que está escrito: "A Dios nadie le vio jamás"; y: "Habita una luz inaccesible; a quien ninguno de los hombres vio, ni puede ver"; y: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios"; y cualquier otra cosa que de aquellos Libros santos haya conmemorado, lo crees más firmemente que lo que dijo Ambrosio: "Ni se ve a Dios en un lugar, ni se busca con los ojos corporales, ni se circunscribe por la vista, ni se tiene por el tacto, ni se oye por el habla, ni se siente por el andar". Pues tal ciertamente entendió o creyó que es Dios, quien es discernido por el corazón limpio: pero esta confieso que es también mi sentencia.

40. De otro modo, por lo tanto, recibes aquellas [palabras nuestras], y de otro modo aquellas palabras divinas en la fe. Pues sobre nosotros te subyace tal vez algún escrúpulo, no sea que en estas elocuencias divinas entendamos algo menos claramente, y no como fueron dichas, sino como sospechamos, sean expuestas por nosotros. Pues tal vez dices dentro de ti misma: ¿Qué si Dios es visto también con el corazón limpio, y sin embargo es visto en un lugar? o, ¿Qué si también con los ojos corporales verán a Dios los que son limpios de corazón, cuando esto corruptible haya vestido la incorrupción, cuando seamos iguales a los ángeles de Dios? Cuánto, por lo tanto, debas creernos, o no debas, tal vez lo ignoras; y creyéndonos o más o menos de lo que debes, atiendes a no ser engañada: en cambio, no dudas que se ha de creer a las divinas Escrituras, incluso a las todavía no claramente entendidas. Pero esta consideración de creer o no creer, y la dificultad de la ciencia, y los oleajes de la duda, y la piadosa fe que se debe a las palabras divinas, las atiendes y ves en tu mente, tal como son: ni sobre estas en absoluto dudas que en ti sean así, sea como yo dije, sea como tú misma más bien sabes. Ves, por tanto, tu fe, ves tu duda, ves tu estudio y voluntad de aprender; y siendo movida por la autoridad divina a creer cosas que no ves, te ves sin embargo creer estas sin vacilación: distribuyes y disciernes todas estas cosas.

CAPÍTULO XVII.

41. Num ergo iis oculis cordis tui, quibus haec omnia vera et certa esse contueris, tibique praesentia invisibiliter cernis atque discernis, ullo modo corporeos oculos comparabis? cum etiam de ipsis rebus visibilibus quae corporalium oculorum acie quodammodo radiantur, et de ipsis corporeis oculis eorumque acie, qualiscumque et quantacumque sit, quantum distet ab invisibilibus, non excellentioribus, quibus etiam non visis fidem debes, sed ab iis quae commemoravi, quae non credis absentia, sed praesentia mente contueris, non iisdem ipsis carnis oculis, sed illis interioribus judices. Cum ergo interiores oculi judices sivi oculorum exteriorum, isti autem illis quodam officio nuntiandi et ministerio famulentur, multaque illi videant quae isti non vident, nihil isti videant, unde non illi tanquam praesides judicent; quis non illos istis incomparabili aestimatione praeponat?

42. Quae cum ita sint, obsecro te, cum agitur in teipsa hoc tam grande negotium; cum ab exterioribus interiora distinguis, atque illa istis ineffabiliter anteponis; cumque istis foris relictis, in illis intrinsecus demoraris, et ea suis quibusdam incorporalibus finibus metiendo judicas, in nulla te putas, an in aliqua luce versari? Ego enim existimo quod tanta tibi et talia, tam vera, tam clara, tam certa videri sine luce non possunt. Ipsam igitur lucem in qua cuncta illa perspicis, intuere; et vide utrum ad eam possit accedere ullus corporeorum radius oculorum: profecto non potest. Attende etiam; et utrum in ea videas ulla locorum spatia vel intervalla, responde. Nihil ibi tale, ut arbitror, invenis, si vigilanter abigis ab aspectu intimo quidquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus invexit: sed forte difficile est. Irruit enim de consuetudine carnalis vitae, in ipsos quoque interiores oculos turba phantasmatum in similitudinibus corporum: cui resistere conatus, saltem auctoritate divina exclamavi, dolens in illa brevi epistola, et dixi: Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria, «Spiritus est Deus» (Epist. 92, n. 5). Neque enim cujusquam magis quam etiam ipsam meam mentem ab hujusmodi vanitate, illa increpatione compescui. Facilius quippe inclinamur ad solita, et amicum est infirmitati humanae animae corporalem conversationem introrsus vel mittere vel admittere, non ubi sana consistat, sed ubi languida quodammodo aut incumbat aut jaceat.

¿Acaso, por lo tanto, compararás de algún modo los ojos corporales con aquellos ojos de tu corazón, con los cuales contemplas que todas estas cosas son verdaderas y ciertas, e invisiblemente las ves y las disciernes como presentes a ti? Cuando incluso sobre aquellas mismas cosas visibles que de algún modo son irradiadas por la agudeza de los ojos corporales, y sobre los mismos ojos corporales y su agudeza, sea cual fuere y cuanta fuere, cuánto diste de las cosas invisibles —no de las más excelentes, a las cuales incluso no vistas debes fe, sino de estas que he conmemorado, que no crees como ausentes, sino que contemplas con la mente como presentes—, juzgas no por los mismos ojos de la carne, sino por aquellos interiores. Puesto que, por lo tanto, los ojos interiores son los jueces de los ojos exteriores, y estos sirven a aquellos por un cierto oficio de anunciar y por ministerio, y aquellos ven muchas cosas que estos no ven, mientras estos nada ven de lo cual aquellos no juzguen como presidentes; ¿quién no antepondrá aquellos a estos con estimación incomparable?

Siendo estas cosas así, te ruego, cuando se trata en ti misma este tan grande negocio; cuando distingues de las exteriores las cosas interiores, y aquellas a estas inefablemente antepones; y cuando, dejadas estas fuera, en aquellas intrínsecamente demoras, y las juzgas midiéndolas por sus ciertos términos incorpóreos, ¿en ninguna te piensas, o en alguna luz versar? Pues yo pienso que tantas y tales cosas, tan verdaderas, tan claras, tan ciertas, no pueden verse sin luz. La misma luz, por lo tanto, en la cual percibes todas aquellas cosas, contempla; y ve si a ella puede acceder algún rayo de los ojos corporales: ciertamente no puede. Atiende también; y si en ella ves algunos espacios o intervalos de lugares, responde. Nada tal allí, según juzgo, encuentras, si vigilantemente alejas del aspecto íntimo cualquier imagen de cosas corporales que el sentido del hombre exterior haya introducido: pero tal vez sea difícil. Pues irrumpe, por la costumbre de la vida carnal, también en los mismos ojos interiores una turba de fantasmas en similitudes de cuerpos: a la cual intentando resistir, al menos por la autoridad divina exclamé, doliéndome en aquella breve epístola, y dije: "Oiga la carne ebria de pensamientos carnales: «Espíritu es Dios»" (Epístola 92, n. 5). Pues ni de nadie más que también de mi propia mente reprimí la vanidad de este género con aquella reprensión. Pues más fácilmente nos inclinamos a lo acostumbrado, y es amigo de la enfermedad del alma humana enviar o admitir la conversación corporal hacia dentro, no donde consista sana, sino donde lánguida de algún modo o se apoye o yazga.

43. Proinde si non potes aciem mentis tuae a corporearum similitudinum quasi nubilo perspicue serenare, eas ipsas apud teipsam vigilanter attende: intuere coelum et terram cogitando, sicut oculis corporeis cernendo consuesti; easque imagines coeli et terrae quae ante oculos cogitationis productae sunt, vide similitudines corporum esse, non corpora. Sic ergo judica contra teipsam pro teipsa, si non potes omnifariam corporalium qualitatum imaginarias formas ab acie tuae mentis abigere; et unde vinceris, inde convince. Neque enim est, ut opinor, quisquam etiam talibus imaginationibus ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua, vel in ipso conspectu cogitationis suae, solem, lunam, stellas, amnes, maria, montes, colles, urbes, parietes denique domus suae, vel etiam cubiculi sui, et quidquid per oculos corporis tale cognovit et tenet, ut locorum spatiis atque intervallis sive stent, sive moveantur. Porro si ea quae in animo nostro sunt corporibus locisque simillima, non tamen locorum spatiis atque finibus continentur, nec intervallis localibus in nostra memoria reponuntur; quanto magis illa quae nullam gerunt similitudinem corporum, charitas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, nulla locorum spatia tenent, nulla intercapedine separantur, aut aliqua oculi cordis, quo radios suos mittant et ea videant, intervalla conquirunt! Nonne omnia in uno sunt sine angustia, et suis terminis nota sunt, sine circuitu regionum? Aut dic in quo loco videas charitatem; quae tamen in tantum tibi cognita est, in quantum eam potes mentis acie contueri: quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti; nec cum tibi intus loquitur, ut secundum eam vivas, ullis perstrepit sonis; nec ut eam cernas, corporalium lumen erigis oculorum; nec ut eam fortiter teneas, corporalium vires praeparas lacertorum; nec cum tibi venit in mentem, sentis ejus incessum.

44. Ecce etiam charitas quantulacumque in nostra voluntate consistit, nobisque conspicua est, nec in loco videtur, nec corporalibus oculis quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu: quanto magis Deus ipse, cujus hoc pignus in nobis est!

Nam si interior homo noster, quantulacumque imago ejus, non de illo genita, sed ab illo creata, quamvis adhuc renovetur de die in diem, jam tamen in tali luce habitat, quo nullus oculorum corporalium sensus accedit; si ea quae in illa luce cordis oculis intuemur, et discernuntur inter se, et nullis locorum spatiis separantur: quanto magis Deus, qui lucem habitat inaccessibilem, corporis sensibus, quo nec ipsius nisi mundi potest esse cordis accessus!

Por lo tanto, si no puedes serenar claramente la agudeza de tu mente de la nube como de similitudes corporales, atiende a esas mismas cosas vigilantemente en ti misma: contempla el cielo y la tierra pensando, como te has acostumbrado percibiendo con los ojos corporales; y ve que aquellas imágenes del cielo y de la tierra que han sido producidas ante los ojos del pensamiento son similitudes de cuerpos, no cuerpos. Así, pues, juzga contra ti misma por ti misma, si no puedes alejar de todo punto las formas imaginarias de las cualidades corporales de la agudeza de tu mente; y de donde eres vencida, de ahí convéncete. Pues no hay, según juzgo, nadie tan entregado incluso a tales imaginaciones, que crea que están así en su memoria, o en el mismo aspecto de su pensamiento, el sol, la luna, las estrellas, los ríos, los mares, los montes, las colinas, las ciudades, finalmente las paredes de su casa, o incluso de su dormitorio, y cualquier cosa tal que haya conocido y retenga por los ojos del cuerpo, que por espacios e intervalos de lugares o estén o se muevan. Además, si aquellas cosas que están en nuestra alma simillimas a los cuerpos y a los lugares, no obstante no son contenidas por espacios y límites de lugares, ni son depositadas en intervalos locales en nuestra memoria; ¡cuánto más aquellas que ninguna similitud de cuerpos llevan, la caridad, el gozo, la longanimidad, la paz, la benignidad, la bondad, la fe, la mansedumbre, la continencia, ningunos espacios de lugares ocupan, por ninguna intercapacidad se separan, ni buscan algunos intervalos del ojo del corazón, a donde envíen sus rayos y las vean! ¿Acaso no están todas en uno sin angostura, y son conocidas por sus propios términos, sin el circuito de las regiones? O di en qué lugar ves la caridad; la cual, sin embargo, en tanto te es conocida, en cuanto la puedes contemplar con la agudeza de la mente: la cual no conoces grande por eso, porque hayas recorrido viendo alguna ingente mole; ni cuando te habla dentro, para que según ella vivas, resuena con algunos sonidos; ni para que la percibas, levantas la luz de los ojos corporales; ni para que la sostengas fuertemente, preparas las fuerzas de los brazos corporales; ni cuando te viene a la mente, sientes su andar.

He aquí que incluso la caridad, por pequeña que consista en nuestra voluntad y nos sea conspicua, ni se ve en un lugar, ni se busca con los ojos corporales, ni se circunscribe por la vista, ni se tiene por el tacto, ni se oye por el habla, ni se siente por el andar: ¡cuánto más Dios mismo, de quien es prenda esto en nosotros!

Pues si nuestro hombre interior, por pequeña que sea su imagen, no engendrada de Él, sino creada por Él, aunque todavía se renueve de día en día, ya sin embargo habita en tal luz, a donde ningún sentido de los ojos corporales accede; si aquellas cosas que en aquella luz con los ojos del corazón contemplamos, y se distinguen entre sí, y por ningunos espacios de lugares se separan: ¡cuánto más Dios, que habita una luz inaccesible a los sentidos del cuerpo, a donde ni de Él mismo sino del corazón limpio puede haber acceso!

Cum igitur lucem istam omni corporali luci, non solum judicio rationis, sed amoris quoque appetitu praeposuerimus; quanto id magis valebimus, tanto melius valebimus, donec sanentur omnes languores animae nostrae ab illo qui propitius fit omnibus iniquitatibus nostris. In hac enim vivaciore vita facti spirituales, poterimus omnia dijudicare; ipsi vero a nemine dijudicari. Animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi; et non potest scire, quoniam spiritualiter dijudicatur (I Cor. II, 14, 15).

CAPUT XVIII.

45. Quod si nondum possumus praeferre lucem judicantem ei luci de qua judicatur, praeferre vitam intelligentem vitae tantummodo sentienti, praeferre naturam non alibi hoc et alibi aliud, sed omnia quae habet in uno simul habentem, sicuti est nostra ipsa intelligentia, ei naturae quae ita partibus constat, ut minor sit dimidia quam tota, sicuti est omne corpus; superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem hoc jam possumus; aliquid melius quam intellectum nostrum Deum esse credamus ut pax ejus quae praecellit omnem intellectum, custodiat corda nostra et intelligentias nostras in Christo Jesu (Philipp. IV, 7). Ipsa pax quae praecellit omnem intellectum, non est utique minor nostro intellectu, ut cum iste sit oculis corporalibus invisibilis, illa putetur esse visibilis. An aliud pax Dei, aliud splendor Dei? cum idem ipse sit unigenitus Filius, cujus et illa charitas quae supereminet scientiae, cujus cognitione implebimur in omnem plenitudinem Dei, non est nostrae mentis luce inferior, quae illa illuminante tribuitur. Porro si ista inaccessibilis est oculis carnis; quanto magis illa, huic incomparabiliter supereminens! ac per hoc cum sit aliquid nostrum visibile, sicut hoc corpus, aliquid vero invisibile, sicut homo interior; et cum optimum nostrum, hoc est mens atque intelligentia, invisibile sit oculis corporis; quomodo id quod est melius optimo nostro, visibile erit inferiori nostro?

CAPUT XX.

Cuando, por lo tanto, hayamos antepuesto esta luz a toda luz corporal, no solo por el juicio de la razón, sino también por el apetito del amor; cuanto más podamos eso, tanto mejor lo podremos, hasta que sanen todas las languideces de nuestra alma por aquel que se hace propicio a todas nuestras iniquidades. Pues en esta vida más vivaz hechos espirituales, podremos juzgar todas las cosas; nosotros, en cambio, por nadie ser juzgados. Pero el hombre animal no percibe las cosas que son del Espíritu de Dios: pues son para él estulticia; y no puede saber, puesto que espiritualmente se juzga (1 Co 2, 14. 15).

CAPÍTULO XVIII.

Que si todavía no podemos preferir la luz que juzga a aquella luz sobre la cual se juzga, preferir la vida inteligente a la vida solo sintiente, preferir la naturaleza que no tiene en un lugar esto y en otro aquello, sino que tiene todas las cosas que tiene simultáneamente en uno, tal como es nuestra propia inteligencia, a aquella naturaleza que de tal modo consta de partes que es menor la mitad que el todo, cual es todo cuerpo; superfluamente sobre cosas tan grandes y tales disputamos. Pero si ya podemos esto; creamos que Dios es algo mejor que nuestro intelecto, para que su paz, que sobrepuja todo entendimiento, custodie nuestros corazones y nuestras inteligencias en Cristo Jesús (Flp 4, 7). La misma paz que sobrepuja todo entendimiento, no es ciertamente menor que nuestro intelecto, para que siendo este invisible a los ojos corporales, aquella se piense que es visible. ¿O es una cosa la paz de Dios y otra el esplendor de Dios? Cuando el mismo es el Hijo unigénito, cuya también aquella caridad que sobreemina a la ciencia, por cuyo conocimiento seremos llenados en toda la plenitud de Dios, no es inferior a la luz de nuestra mente, la cual es dada por aquella iluminadora. Además, si esta es inaccesible a los ojos de la carne; ¡cuánto más aquella, sobreeminente a esta incomparablemente! Y por esto, habiendo algo nuestro visible, como este cuerpo, y algo invisible, como el hombre interior; y siendo lo óptimo nuestro, esto es la mente y la inteligencia, invisible a los ojos del cuerpo; ¿cómo lo que es mejor que lo óptimo nuestro, será visible a lo inferior nuestro?

CAPÍTULO XX.

48. Ad eam vero visionem qua videbimus Deum sicuti est, mundanda corda commonuit. Quia enim corpora consuetudine loquendi visibilia nominantur, propterea Deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur: non quia corda munda suae substantiae contemplatione fraudabit; cum haec magna et summa merces Deum colentibus et diligentibus promittatur, dicente ipso Domino, quando corporalibus oculis visibiliter apparebat, et invisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat, Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et ostendam meipsum illi (Joan. XIV, 21). Haec quippe natura ejus aequaliter cum Patre invisibilis, sicut aequaliter incorruptibilis est: quae, sicut supra dictum est, continuatim Apostolus posuit; divinam substantiam, qua potuit hominibus praedicatione, commendans (I Tim. I, 17). Quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspicient, viderint qui hoc possunt adstruere: me plus movet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis, sed mundis cordibus tribuit.

CAPUT XXI.

49. Et de spiritualis quidem corporis qualitate, quod resurrecturis promittitur, vel discere aliquid adhuc, vel quaerere non recuso: si tamen de hac re disputantes illis vitiis carere possimus, quae plerumque studiis humanis et concertationibus excitantur, dum supra quam scriptum est unus pro altero infletur adversus alterum: ne dum altercando quaerimus investigare quomodo possit videri Deus, ipsam pacem sanctificationemque perdamus, sine qua nemo poterit videre Deum; quod ipse avertat a cordibus nostris, ut ea suae contemplationi munda reddat atque custodiat. Illud tamen quia non dubito, non requiro, quod Dei natura nunquam videatur in loco. Jam utrum possit hujus corporis oculis videri aliquid quod in loco non videtur, ab eis qui hoc valent disserendo monstrare, cum pace dilectionis audire paratus sum, et quod me movet in commune conferre. Sunt enim quidam, qui Deum ipsum omnino corpus esse praesumunt, putantes quidquid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam: istos omni modo aversandos censeo. Sunt autem alii, Deum quidem ipsum corpus non esse minime dubitantes; sed ideo eos qui ad vitam aeternam resurgent, etiam per corpus Deum visuros putant, quoniam talem sperant spiritualis corporis qualitatem, ut etiam ipsa quae caro fuerat, spiritus fiat. Quod si ita est, quantum distet a superiori opinione, et quam hoc sit tolerabilius, etiamsi verum non sit, puto facillime judicari. Primo, quia multum interest utrum de Creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur quam veritas habet.

48. En verdad, para aquella visión por la cual veremos a Dios tal como es, amonestó que deben ser limpiados los corazones. Pues porque los cuerpos por la costumbre de hablar son llamados visibles, por eso Dios es llamado invisible, para que no se crea que es un cuerpo: no porque defraudará a los corazones limpios de la contemplación de su sustancia; siendo así que este gran y supremo premio es prometido a los que dan culto y aman a Dios, diciendo el mismo Señor, cuando aparecía visiblemente a los ojos corporales, y prometía que Él mismo, invisible, sería contemplado por los corazones limpios: El que me ama, será amado por mi Padre; y yo le amaré, y me manifestaré a él mismo (Jn 14, 21). Pues esta naturaleza suya es igualmente invisible con el Padre, así como es igualmente incorruptible: las cuales cosas, como se dijo arriba, el Apóstol puso continuamente; recomendando la sustancia divina a los hombres por la predicación en cuanto pudo (1 Tim 1, 17). La cual si los ojos corporales en la resurrección, cambiada la cualidad de los cuerpos, la han de contemplar, véanlo los que pueden afirmar esto: a mí me mueve más la sentencia de aquel que ni en la misma resurrección atribuye esto a los ojos corporales, sino a los corazones limpios.

CAPÍTULO XXI.

49. Y ciertamente sobre la cualidad del cuerpo espiritual, que se promete a los que han de resucitar, no rehúso ni aprender algo todavía, ni investigar: si sin embargo, al disputar sobre esta cosa, podemos carecer de aquellos vicios que la mayoría de las veces se excitan por los afanes humanos y las contiendas, mientras uno se infla a favor de uno contra otro más allá de lo que está escrito: no sea que mientras por el altercado buscamos investigar cómo puede ser visto Dios, perdamos la paz misma y la sanificación, sin la cual nadie podrá ver a Dios; lo cual Él mismo aparte de nuestros corazones, para que los devuelva limpios para su contemplación y los guarde. Aquello sin embargo, porque no lo dudo, no lo pido: que la naturaleza de Dios nunca se vea en un lugar. Ya si puede verse por los ojos de este cuerpo algo que no se ve en un lugar, de parte de aquellos que valen para mostrar esto discurriendo, estoy preparado para oírlo con la paz de la caridad, y conferir en común lo que me mueve. Pues hay algunos que presumen que Dios mismo es totalmente cuerpo, pensando que todo lo que no es cuerpo, no es ninguna sustancia en absoluto: a estos juzgo que hay que evitar de todo modo. Hay, en cambio, otros, no dudando en absoluto ciertamente que Dios mismo no es cuerpo; pero por eso piensan que aquellos que resucitarán a la vida eterna verán a Dios aun por medio del cuerpo, puesto que esperan tal cualidad del cuerpo espiritual, que aun aquello mismo que había sido carne, se haga espíritu. Lo cual si es así, cuánto diste de la opinión superior, y cuán más tolerable sea esto, aunque no sea verdadero, pienso que se juzga muy fácilmente. Primero, porque importa mucho si sobre el Creador o sobre la criatura se siente algo de otro modo que lo tiene la verdad.

Deinde, quia conatus mentis utcumque ferendus est, volentis corpus convertere in spiritum, non in corpus Deum. Postremo, quia id quod ego in illa epistola mea dixi de istis nostrae carnis oculis, quia neque nunc possunt, neque tunc poterunt Deum videre (Epist. 92, n. 3), etiam sic verum est: non enim dictum est nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt si corpus ipsum spiritus erit; ac per hoc corporei oculi nunquam Deum videbunt, quia cum videbitur, spiritus eum, non corpus videbit.

50. Tota igitur quaestio jam remansit de corpore spirituali, quatenus induat incorruptionem et immortalityem hoc corruptibile atque mortale, et quatenus ex animali in spirituale mutetur. Quae diligentius sollicitiusque tractanda est; maxime propter corpus ipsius Domini, qui transfigurat corpus humilitatis nostrae, conforme corpori gloriae suae (Philipp. III, 21), ut possit sibi subjicere omnia. Cum enim et Deus Pater videat Filium, et Filius Patrem; procul dubio non sunt audiendi qui visionem nolunt tribuere nisi corporibus. Neque enim dici fas est quod Filium Pater non videat; aut, et ut ipse videat, corpore indutus est, si nonnisi ad corpus pertinet visus. Quid quod in ipso mundi exordio, antequam a Filio esset ulla forma servi suscepta, vidit Deus lucem quia bona est; et firmamentum, et mare, et aridam, et omne fenum, atque omne lignum, solem, lunam, stellas, reptilia animarum vivarum, volatilia coeli, animam vivam: postremo vidit Deus omnia quae fecit; et ecce bona valde (Gen. I, 4-31)? Quod cum per quasque creaturas Scriptura toties repetisset, miror unde nata fuerit illa opinio qua putatum est tantum ad corpora pertinere visionem. Quae opinio de quocumque loquendi more orta sit, Scripturae tamen sanctae non sic loqui solent; quae nisi, non tantum corpori, verum etiam spiritui, magisque spiritui quam corpori tribuerent visionem, non Prophetas proprie Videntes (I Reg. IX, 9) appellavissent, qui non corpore sed spiritu etiam futura viderunt.

CAPUT XXII.

51. Sed cogitandum est ne quid insolenter audeamus, si dixerimus corpus non solum mortalitatem et corruptibilitatem, verum etiam hoc ipsum quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere, et spiritum fieri. Eo modo quippe, aut conduplicabitur substantia spiritus, si et corpus spiritus erit; aut si unus erit spiritus hominis, ita ut commutato et converso in spiritum corpore, neque geminatione neque incremento conduplicetur, nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur; metuendum est ne nihil aliud dici videatur, quam corpora non illa mutatione immortalia mansura, sed nulla potius futura et omnino peritura.

Luego, porque el conato de la mente de cualquier modo es de llevar, queriendo convertir el cuerpo en espíritu, no a Dios en cuerpo. Finalmente, porque aquello que yo dije en aquella carta mía sobre estos ojos de nuestra carne, que ni ahora pueden, ni entonces podrán ver a Dios (Ep. 92, n. 3), aun así es verdad: pues no se dijo sino de los ojos corporales, los cuales entonces no serán si el cuerpo mismo será espíritu; y por esto los ojos corpóreos nunca verán a Dios, porque cuando sea visto, el espíritu le verá, no el cuerpo.

50. Toda la cuestión, pues, ha quedado ya sobre el cuerpo espiritual, en qué medida vista la incorrupción e inmortalidad este ser corruptible y mortal, y en qué medida se mude de animal en espiritual. La cual debe ser tratada más diligente y solícitamente; máxime por el cuerpo del mismo Señor, que transfigura el cuerpo de nuestra humildad, conforme al cuerpo de su gloria (Flp 3, 21), para que pueda sujetar a sí todas las cosas. Pues viendo tanto Dios Padre al Hijo, como el Hijo al Padre; sin duda no han de ser oídos los que no quieren atribuir la visión sino a los cuerpos. Pues ni es lícito decir que el Padre no ve al Hijo; o que, para que él mismo vea, está vestido de cuerpo, si no sino al cuerpo pertenece la vista. ¿Qué decir de que en el mismo exordio del mundo, antes que por el Hijo fuera tomada ninguna forma de siervo, vio Dios la luz porque es buena; y el firmamento, y el mar, y la tierra seca, y toda hierba, y todo árbol, el sol, la luna, las estrellas, los reptiles de almas vivientes, los volátiles del cielo, el alma viviente: finalmente vio Dios todas las cosas que hizo; y he aquí que eran muy buenas (Gn 1, 4-31)? Lo cual habiéndolo repetido la Escritura tantas veces por cada una de las criaturas, me maravillo de dónde haya nacido aquella opinión por la cual se pensó que la visión pertenece solo a los cuerpos. Cualquiera que sea el modo de hablar del que haya nacido esa opinión, las sagradas Escrituras sin embargo no suelen hablar así; las cuales, si no atribuyeran la visión no solo al cuerpo, sino también al espíritu, y más al espíritu que al cuerpo, no habrían llamado propiamente a los Profetas Videntes (1 Sam 9, 9), quienes vieron aun las cosas futuras no con el cuerpo sino con el espíritu.

CAPÍTULO XXII.

51. Pero se ha de pensar no sea que nos atrevamos a algo insolentemente, si dijéramos que el cuerpo pierde no solo la mortalidad y corruptibilidad, sino verdaderamente también esto mismo que es cuerpo por la gloria de la resurrección, y se hace espíritu. Pues de ese modo, o se duplicará la sustancia del espíritu, si también el cuerpo será espíritu; o si será uno el espíritu del hombre, de tal modo que mudado y convertido el cuerpo en espíritu, ni por geminación ni por incremento se duplique, ni se aumente en absoluto por el acceso de ninguna cantidad; es de temer no parezca que se dice otra cosa sino que los cuerpos no han de permanecer inmortales por aquella mutación, sino que más bien no han de ser nada y han de perecer totalmente.

Quapropter donec diligenti inquisitione, si Dominus adjuverit, reperiatur quid secundum Scripturas de spirituali corpore quod in resurrectione promittitur, probabilius sentiendum sit, interim nobis sufficiat quod unigenitus Filius, idemque mediator Dei et hominum homo Christus Jesus (I Tim. II, 5) ita videt Patrem, sicut videtur a Patre. Nos autem ad illam visionem Dei quae nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo istam concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus affectu: nec corporalem faciem cogitemus, cum dicit Apostolus, Videmus nunc per speculum in aenigmate; tunc autem facie ad faciem; praesertim quia Apostolus expressius dixit, Nunc scio ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12). Si ergo tunc corporali Deum facie cognoscemus, corporali ejus nunc facie cogniti sumus: Tunc enim cognoscam, inquit, sicut et cognitus sum. Unde quis eum non intelligat eo loco etiam nostram faciem illam significare voluisse, de qua dicit alio loco, Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu (Ibid. III, 18); de gloria scilicet fidei in gloriam contemplationis aeternae? Hoc quippe agit haec transformatio, qua interior homo renovatur de die in diem (II Cor. IV, 16): de quo et apostolus Petrus, cum eum moneret ornari, Non quae aforis, inquit, ornentur capillorum incrispationibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed ille absconditus cordis homo, qui est ante Deum dives (I Petr. III, 3). In qua enim facie velamen habent Judaei non transeundo ad Christum, quoniam cum transierit quisque ad Christum auferetur velamen, ea nos facie revelata in eamdem imaginem transformamur. Apertissime autem dicit, Velamen super corda eorum positum est (II Cor. III, 15-18). Ibi est igitur facies, qua revelata, nunc in fide, quamvis per speculum et in aenigmate contuemur; tunc autem facie ad faciem.

Caput XXIII.

52.

Quae si approbas, tene mecum sancti viri Ambrosii sententiam, jam non ejus auctoritate, sed ipsa veritate firmatam. Neque enim et mihi propterea placet, quia per illius os potissimum me Dominus ab errore liberavit, et per illius ministerium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit, tanquam plantatori et rigatori meo nimium faveam; sed quia de hoc re et ipse hoc dixit, quod pie cogitanti et recte intelligenti loquitur etiam ille qui incrementum dat Deus (I Cor. 3, 7).

Por lo cual hasta que por una diligente inquisición, si el Señor ayudare, se encuentre qué deba sentirse más probablemente según las Escrituras sobre el cuerpo espiritual que se promete en la resurrección, entretanto nos baste que el Hijo unigénito, y el mismo mediador de Dios y de los hombres, el hombre Cristo Jesús (1 Tim 2, 5), ve de tal modo al Padre, como es visto por el Padre. Nosotros, en cambio, para aquella visión de Dios que se nos promete en la resurrección, no nos esforcemos en trasladar de este mundo esa concupiscencia de los ojos, sino que procuremos con piadoso afecto limpiar los corazones: ni pensemos en una faz corporal, cuando dice el Apóstol: Vemos ahora por un espejo en enigma; pero entonces cara a cara; máxime porque el Apóstol dijo más expresamente: Ahora conozco en parte; pero entonces conoceré así como también he sido conocido (1 Co 13, 12). Si, pues, entonces conoceremos a Dios con faz corporal, con faz corporal suya ahora somos conocidos: pues Entonces, dice, conoceré así como también he sido conocido. Por donde ¿quién no entienda que en aquel lugar quiso significar también aquella faz nuestra de la cual dice en otro lugar: Nosotros, en cambio, contemplando con la faz revelada la gloria del Señor, somos transformados en la misma imagen de gloria en gloria, como por el espíritu del Señor (Ibíd. 3, 18); a saber, de la gloria de la fe en la gloria de la contemplación eterna? Pues esto hace esta transformación, por la cual el hombre interior se renueva de día en día (2 Co 4, 16): sobre el cual también el apóstol Pedro, cuando le amonestaba que se adornara, dijo: No las cosas que están fuera se adornen con encrespamientos de los cabellos, o con oro, o con margaritas, o con vestido precioso; sino aquel hombre escondido del corazón, que es rico ante Dios (1 Pe 3, 3). Pues en la faz en que los judíos tienen el velo por no pasar a Cristo, puesto que cuando cada uno haya pasado a Cristo se quitará el velo, en esa faz revelada nosotros somos transformados en la misma imagen. Apertísimamente, en cambio, dice: El velo está puesto sobre el corazón de ellos (2 Co 3, 15-18). Allí está, pues, la faz, la cual revelada, ahora en la fe, aunque por un espejo y en enigma, contemplamos; entonces, en cambio, cara a cara.

CAPÍTULO XXIII.

52. Cosas que si apruebas, ten conmigo la sentencia del santo varón Ambrosio, ya no por su autoridad, sino por la misma verdad confirmada. Pues ni por eso me place porque por su boca principalísimamente el Señor me libró del error, y por su ministerio me concedió la gracia del bautismo saludable, como si favoreciera demasiado a mi plantador y regador; sino porque sobre esta cosa también él mismo dijo esto, que a quien piensa piadosamente y entiende rectamente le habla también aquel que da el incremento, Dios (1 Co 3, 7).

In ipsa ergo resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde sint mundo: et ideo «beati mundo corde; ipsi enim Deum videbunt.» Quantos beatos jam numeraverat, et tamen videndi iis Deum non promiserat facultatem! Quantos beatos jam numeraverat, et tamen videndi iis Deum non promiserat facultatem! Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt, utique alii non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt; neque is qui Deum videre noluerit, potest eum videre. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur; et cum praesens est, non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant: et ideo ait, «Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me «non cognovistis!» Denique nec Apostoli omnes Christum videbant: et ideo ait, «Tanto tempore vobiscum sum, et adhuc me «non cognovistis!» Qui enim cognovit quae sit latitudo, et longitudo, et altitudo, et profundum, et supereminentem scientiae charitatem Christi, vidit et Christum, vidit et Patrem. Nos enim jam secundum carnem non novimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus, qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, ut videri possit a nobis. 53.

Nos enim jam secundum carnem non novimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus, qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, ut videri possit a nobis. 53. Haec verba sancti viri, quae non carnalia sed spiritualia sunt, in quantum intelligis, et vera esse, non quia ipse dixit, sed quia veritas sine strepitu clamat, agnoscis; in tantum intelligis unde adhaereas Domino, teque ipsam intrinsecus praeparas incorporalem locum mansionis ejus ad audiendum silentium narrationis ejus, et videndam invisibilem formam ejus. Beati enim mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt. Non cum eis, sicut corpus, ex aliquo loci intervallo apparebit; sed cum venerit ad eos, et mansionem fecerit apud eos: quoniam sic implebuntur in omnem plenitudinem Dei, non cum fuerint et ipsi plenus Deus, sed cum perfecte fuerint pleni Deo. Si autem nonnisi corpora cogitamus, et nec illud saltem digne cogitare possumus, unde vel ipsa corpora cogitemus; non quaeramus quid adversum nos ipsos loquamur, sed ab hac potius carnali consuetudine orando, et in anteriora nos extendendo, corda mundemus. Ut enim non tantum quod beatus Ambrosius, verum etiam quod sanctus Hieronymus (Lib. 3 in Isai. 6), dicam: Non solum Patris divinitatem, sed nec Filii quidem, nec Spiritus sancti, quia una in Trinitate natura est, possunt oculi carnis aspicere, sed oculi mentis; de quibus ipse Salvator ait, «Beati mundo corde; quia ipsi Deum videbunt.» Namque sicut alibi idem Hieronymus breviter ac veraciter definivit, res incorporalis corporalibus oculis non videtur. Namque sicut alibi idem Hieronymus breviter ac veraciter definivit, res incorporalis corporalibus oculis non videtur.

En la misma resurrección, pues, no es fácil ver a Dios, sino para aquellos que son de corazón limpio: y por eso «bienaventurados los limpios de corazón; porque ellos verán a Dios». ¡A cuántos bienaventurados había numerado ya, y sin embargo no les había prometido la facultad de ver a Dios! Si, pues, los que son limpios de corazón verán a Dios, ciertamente otros no le verán. Pues ni los indignos verán a Dios; ni aquel que no quisiere ver a Dios, puede verle. Ni en un lugar es visto Dios, sino con el corazón limpio; ni con los ojos corporales es buscado Dios, ni es circunscrito por la vista, ni es tenido por el tacto, ni es oído por el habla, ni es sentido por el paso. Y cuando se piensa que está ausente, es visto; y cuando está presente, no es visto. Finalmente, ni todos los Apóstoles veían a Cristo: y por eso dice: «¡Tanto tiempo estoy con vosotros, y todavía no me habéis conocido!». Pues el que conoció cuál sea la anchura, y longitud, y altura, y profundidad, y la sobreeminente caridad de la ciencia de Cristo, vio también a Cristo, vio también al Padre. Pues nosotros ya según la carne no conocemos a Cristo, sino según el espíritu. Pues el espíritu ante nuestra faz es Cristo el Señor, quien se digne llenarnos en toda la plenitud de Dios por su misericordia, para que pueda ser visto por nosotros.

53. Estas palabras del santo varón, que no son carnales sino espirituales, en cuanto entiendes, reconoces que son verdaderas, no porque él mismo lo dijo, sino porque la verdad sin estrépito clama; en tanto entiendes por dónde te has de adherir al Señor, y tú misma intrínsecamente te preparas como lugar incorpóreo de su mansión para oír el silencio de su narración, y ver su forma invisible. Pues «bienaventurados los limpios de corazón; porque ellos verán a Dios». No se les aparecerá, como el cuerpo, desde algún intervalo de lugar; sino cuando viniere a ellos, y hiciere mansión en ellos: puesto que así serán llenados en toda la plenitud de Dios, no cuando fueren ellos mismos Dios pleno, sino cuando perfectamente estuvieren llenos de Dios. Pero si no pensamos sino cuerpos, y ni aquello al menos podemos pensar dignamente, de donde aun los mismos cuerpos pensemos; no busquemos qué hablemos contra nosotros mismos, sino más bien orando de esta carnal costumbre, y extendiéndonos a lo que está delante, limpiemos los corazones. Pues para que diga no solo lo que el bienaventurado Ambrosio, sino verdaderamente también lo que el santo Jerónimo (Lib. 3 sobre Is. 6): No solo la divinidad del Padre, sino ni siquiera la del Hijo, ni la del Espíritu Santo, porque es una la naturaleza en la Trinidad, pueden los ojos de la carne contemplar, sino los ojos de la mente; sobre los cuales el mismo Salvador dice: «Bienaventurados los limpios de corazón; porque ellos verán a Dios». Pues como en otro lugar el mismo Jerónimo breve y verazmente definió, la cosa incorpórea no es vista con los ojos corporales.

54. Has sententias de re tanta virorum tantorum non ob hoc interponere volui, ut cujusquam hominis sensum, tanquam Scripturae canonicae auctoritatem, sequendum arbitreris; sed ut illi qui aliter sapiunt, conentur mente videre quod verum est, et in simplicitate cordis quaerere Deum, ne tam doctos divinorum eloquiorum tractatores temere reprehendant. Nec te moveat quod a quibusdam minus considerate dicitur: Quid tunc videbunt oculi corporales, si Deum non videbunt? an forte caeci erunt, vel sine causa erunt? Neque enim attendunt qui haec loquuntur, quia si non erunt corpora, nec illi corporales profecto oculi erunt: si autem erunt corpora, erit quod videre possint oculi corporales. Sed haec jam satis dicta sint, quae ab initio hujus opusculi mei diligenter lecta et relecta considerans, sine ulla fortasse dubitatione perspicies, ad videndum Deum per ejus auxilium, cor mundum te debere praeparare. De corpore vero spirituali, si Dominus juverit, opere alio experiemur quid disputare valeamus (De Civit. Dei, lib. 22, c. 29) .

EPISTOLA CXLVIII.

Augustinus Fortunatiano episcopo Siccensi, ut episcopum quemdam ipsi reconciliet, quem litteris asperioribus offenderat, praesertim hoc dicto quod scripserat, nos his corporeis oculis non visuros Deum: diligenter interim explicans quomodo Deus videatur, et quatenus. Apparet autem illum episcopum, quem non nominat, Anthropomorphitis favisse.

Commonitorium sancto fratri FORTUNATIANO .

CAPUT PRIMUM.

1. Sicut praesens rogavi, et nunc commoneo ut fratrem nostrum de quo collocuti sumus, videre et rogare digneris, ut ignoscat mihi si quid durius et asperius in se dictum accepit in ea epistola, quam me modo scripsisse non poenitet, quia dixi istius corporis oculos nec videre Deum, nec esse visuros. Causam quippe adjunxi cur hoc dixerim, ne scilicet Deus ipse corporeus esse credatur, et in loci spatio intervalloque visibilis; nihil enim videre aliter istius corporis oculus potest; et ne illud quod dictum est, Facie ad faciem (I Cor. XIII, 12), sic accipiatur, tanquam membris corporis terminatus sit Deus. Ideo me ergo dixisse illud non poenitet, ne de ipso Deo tam impie sentiamus, ut eum non ubique totum, sed per localia spatia divisibilem existimemus: talia quippe his oculis novimus.

54. No quise interponer estas sentencias de varones tan grandes sobre asunto tan grande por esto, para que juzgues que se ha de seguir el sentir de algún hombre como la autoridad de la Escritura canónica; sino para que aquellos que piensan de otro modo se esfuercen por ver con la mente lo que es verdadero, y buscar a Dios en simplicidad de corazón, para que no reprendan temerariamente a tan doctos tratadistas de las palabras divinas. Ni te conmueva lo que algunos dicen menos consideradamente: ¿Qué verán entonces los ojos corporales, si no han de ver a Dios? ¿O acaso serán ciegos, o existirán sin causa? Pues no advierten los que dicen esto, que si no habrá cuerpos, tampoco aquellos ojos serán ciertamente corporales; mas si habrá cuerpos, habrá algo que los ojos corporales puedan ver. Pero séanse ya dichas estas cosas bastante, las cuales, considerándolas leídas y releídas diligentemente desde el comienzo de esta mi obrita, percibirás quizá sin duda alguna, que debes preparar un corazón limpio, con su ayuda, para ver a Dios. Mas acerca del cuerpo espiritual, si el Señor ayudare, procuraremos en otra obra qué podamos disputar (De la Ciudad de Dios, lib. 22, cap. 29).

CARTA CXLVIII.

Agustín a Fortunaciano, obispo de Sicca, para que reconcilie consigo a cierto obispo, a quien había ofendido con cartas algo ásperas, sobre todo por este dicho que había escrito, que nosotros no veremos a Dios con estos ojos corporales: explicando entretanto diligentemente cómo se ve a Dios, y hasta qué punto. Aparece, sin embargo, que aquel obispo, al cual no nombra, había favorecido a los Antropomorfitas.

Commonitorio al santo hermano Fortunaciano.

CAPÍTULO I.

1. Así como te lo pedí estando presente, ahora también te encarezco que te dignes ver a nuestro hermano, de quien hemos hablado, y pedirle que me perdone si tomó como algo demasiado duro y áspero lo que se dijo sobre él en aquella carta, la cual no me pesa haber escrito ahora, porque dije que los ojos de este cuerpo ni ven a Dios, ni lo verán. En efecto, añadí la razón por la cual dije esto: a saber, para que no se crea que Dios mismo es corpóreo y visible en el espacio e intervalo de lugar; pues el ojo de este cuerpo no puede ver nada de otro modo; y para que aquello que se dijo, «Cara a cara» (I Cor. XIII, 12), no se entienda como si Dios estuviera limitado por los miembros de un cuerpo. Por eso, pues, no me pesa haber dicho aquello, para que no pensemos de Dios mismo tan impíamente que lo consideremos no todo entero en todas partes, sino divisible según los espacios locales: pues tales cosas conocemos con estos ojos.

2. Caeterum nihil tale de Deo sentiens, sed eum incommutabilem et incorporalem spiritum ubique totum esse credens, si tantam quisquam mutationem hujus corporis futuram putat, cum ex animali fuerit spirituale, ut etiam substantiam incorporalem, non locorum intervallis vel spatiis divisibilem, vel etiam membrorum lineamentis ac finibus terminatam, sed ubique totam, per tale corpus videre possimus; volo ut me doceat, si verum sapit: si autem in hoc falsum sentit, longe tolerabilius est corpori aliquid arrogare, quam Deo derogare. Et si vera est ista sententia, non erit contraria verbis meis, quae in illa epistola posui. Istius namque corporis oculos dixi non visuros Deum; hoc intuens, quod istius corporis oculi omnino non possunt cernere nisi corpora quae ab eis aliquo loci intervallo separata sunt: nam si nullum intervallum sit, nec ipsa corpora per eos videmus.

3. Porro autem si in tantam sui dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur, ut oculos habeant, per quos videatur illa substantia quae non per locorum spatia vel diffunditur vel finitur, alibi habens aliam partem, alibi aliam, in minore loco minorem, in majore majorem, sed ubique incorporaliter tota est; longe aliud erunt haec corpora, et non erunt ipsa; nec sola detracta mortalitate atque corruptione et ponderis gravitate aliud erunt, sed in virtutem ipsius mentis quodammodo convertentur, si videre poterunt quomodo tunc menti, nunc autem nec ipsi menti videre concessum est. Si enim mutatis moribus dicimus hominem non esse qui fuit, si denique mutatis aetatibus ipsum corpus dicimus non esse quod fuit: quanto magis ipsum non erit, tanta conversione mutatum, ut non solum immortaliter vivat, verum etiam invisibilem videat? Quapropter si videbunt Deum, non istius corporis oculi videbunt; quia et in hoc non erit ipsum corpus usque in illam vim potentiamque mutatum: et non est contraria ista opinio illis verbis epistolae meae. Si autem hactenus non erit ipsum, quia nunc mortale, tunc immortale; nunc aggravans animam, tunc nullo pondere ad omnem motum erit facillimum: ad videnda vero ea quae locorum spatiis intervallisque cernuntur, si non aliud quam ipsum erit, substantiam incorporalem et ubique totam nullo modo videbit. Sive ergo hoc, sive illud verum sit, secundum utrumque verum est quod istius corporis oculi Deum non videbunt. Aut enim istius erunt, et non videbunt: aut non erunt istius, si videbunt; quoniam tanta commutatione longe alterius corporis erunt.

2. Por lo demás, sin pensar nada semejante acerca de Dios, sino creyendo que él es un espíritu inmutable e incorpóreo, todo entero en todas partes, si alguien piensa que ha de venir un cambio tan grande de este cuerpo, cuando de animal se haga espiritual, que podamos ver por medio de tal cuerpo incluso una sustancia incorpórea, no divisible por intervalos o espacios de lugares, ni tampoco limitada por los contornos y confines de los miembros, sino todo entero en todas partes, quiero que me lo enseñe, si sostiene lo que es verdadero; mas si en esto sostiene algo falso, es mucho más tolerable atribuir algo de más al cuerpo, que quitarle algo a Dios. Y si esta opinión es verdadera, no será contraria a las palabras que puse en aquella carta. Pues dije que los ojos de este cuerpo no verán a Dios; considerando esto, que los ojos de este cuerpo en absoluto no pueden percibir sino cuerpos que están separados de ellos por algún intervalo de lugar: pues si no hay ningún intervalo, ni siquiera vemos por medio de ellos los cuerpos mismos.

3. Además, si nuestros cuerpos se cambiarán en tan grande desemejanza de sí mismos, que tengan ojos por los cuales se vea aquella sustancia que ni se difunde ni se limita por espacios de lugares, teniendo una parte aquí, otra allá, menor en un lugar menor, mayor en uno mayor, sino que en todas partes es incorpóreamente entera; estos cuerpos serán algo muy distinto, y no serán ellos mismos; y no serán algo distinto solamente por habérseles quitado la mortalidad y la corrupción y la pesadez del peso, sino que en cierto modo se convertirán en la virtud de la misma mente, si pudieren ver del modo en que entonces se concederá a la mente, mas ahora ni siquiera a la misma mente se le concede ver. Pues si, cambiadas las costumbres, decimos que el hombre no es el que era; si, en fin, cambiadas las edades, decimos que el cuerpo mismo no es el que era: ¿cuánto más no será él mismo, cambiado por tan grande transformación, de modo que no solamente viva inmortalmente, sino que también vea al invisible? Por lo cual, si han de ver a Dios, no lo verán los ojos de este cuerpo; porque también en esto el cuerpo no será el mismo, cambiado como estará hasta aquella fuerza y potencia: y esta opinión no es contraria a aquellas palabras de mi carta. Pero si no será el mismo solo hasta este punto, es decir, que siendo ahora mortal, entonces sea inmortal; siendo ahora gravoso para el alma, entonces, sin ningún peso, sea facilísimo para todo movimiento; pero, en cuanto a ver aquellas cosas que se perciben por los espacios e intervalos de los lugares, si no será otra cosa que él mismo, de ningún modo verá una sustancia incorpórea y todo entera en todas partes. Sea, pues, verdadero esto o aquello, según cualquiera de los dos es verdad que los ojos de este cuerpo no verán a Dios. Pues o bien serán de este cuerpo, y no verán; o no serán de este cuerpo, si vieren; puesto que por tan grande transformación serán de un cuerpo muy diferente.

4. Sed paratus sum, si quid de hac re melius novit hic frater, vel ab ipso, vel ab illo a quo didicit, discere. Quod si irridenter dicerem, etiam illud de Deo corporali membrisque per loca divisibili, dicerem paratum me esse discere: quod non dico, quia non irridenter loquor, et talem Deum non esse omnino non ambigo, et ne talis esse crederetur, illam epistolam scripsi. In qua dum essem in admonendo sollicitus, quam nominibus tacitis conscripsi, in corripiendo nimius atque improvidus fui, nec fraternam et episcopalem personam sicut frater et episcopus, quemadmodum fuerat dignum, cogitavi: hoc non defendo, sed reprehendo; hoc non excuso, sed accuso. Ignoscatur, peto; recordetur nostram dilectionem pristinam, et obliviscatur offensionem novam. Faciat certe quod me non fecisse succensuit; habeat lenitatem in danda venia, quam ego non habui in illa epistola conscribenda. Hoc per tuam charitatem rogo, quod praesens praesentem rogare volueram, si ejus haberem copiam. Quod cum conatus essem, scribente ad eum viro venerabili, nobisque omnibus honore praeferendo, venire noluit, dolum forsitan in eum, sicut pleraque humana sunt, quantum existimo, suspicatus; a quo me longe abesse, tu illi fac fidem quantum potes, qui praesens facilius potes. Indica ei cum quanto et quam vero dolore de offensione animi ejus tecum fuerim collocutus. Noverit quam non eum contemnam, et quantum in illo Deum timeam, et cogitem caput nostrum in cujus corpore fratres sumus. Ad locum in quo habitat, ideo mihi putavi non esse veniendum, ne spectaculum faceremus ridendum alienis, nostris dolendum, nobis pudendum. Per tuam sanctitatem et charitatem totum recte agi potest: ab illo quippe agitur, qui per fidem suam habitat in corde tuo; quem credo quod non spernit in te, cum agnoscit in se.

5. Ego certe in hac causa quid melius facerem non inveni, quam ut veniam peterem a fratre, qui laesum se litterarum mearum asperitate conquestus est. Faciet et ipse, ut spero, quod sibi imperari novit ab eo qui per Apostolum loquens ait: Donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut et Deus in Christo donavit vobis (Coloss. III, 13). Estote ergo imitatores Dei, sicut filii dilectissimi, et ambulate in charitate, sicut et Christus dilexit nos (Eph. V, 1, 2). In hac charitate ambulantes, si quid diligentius possumus, de spirituali corpore quod in resurrectione habebimus, concorditer inquiramus: quia et si quid aliter sapimus, hoc quoque nobis Deus revelabit, si in illo maneamus (Philipp. III, 15, 16). Qui autem manet in charitate, in Deo manet, et Deus in illo manet: quia Deus charitas est (I Joan. IV, 16); sive tanquam ejus fons ineffabiliter existendo, sive illam nobis per Spiritum suum largiendo.

4. Pero estoy dispuesto, si este hermano sabe algo mejor sobre este asunto, a aprenderlo, ya sea de él mismo o de aquel de quien lo aprendió. Pero si hablara con ironía, diría también que estoy dispuesto a aprender aquello acerca de un Dios corporal, divisible en sus miembros a través de lugares; lo cual no digo, porque no hablo con ironía, y no dudo en absoluto de que Dios no es tal, y para que no se creyera que era tal, escribí aquella carta. En ella, mientras me esforzaba en amonestar —carta que escribí callando los nombres—, fui excesivo e imprudente al reprender, y no consideré, como habría sido digno, la persona fraterna y episcopal como debe hacerlo un hermano y obispo: esto no lo defiendo, sino que lo reprendo; esto no lo excuso, sino que lo acuso. Que se me perdone, ruego; que recuerde nuestro antiguo afecto, y olvide la reciente ofensa. Que haga ciertamente lo que se indignó de que yo no hubiera hecho; que tenga la mansedumbre al conceder el perdón, que yo no tuve al escribir aquella carta. Esto te lo pido por tu caridad, lo que, estando presente, habría querido pedirle a él presente, si hubiera tenido la ocasión. Habiendo intentado esto, escribiéndole un varón venerable, a quien todos nosotros debemos preferir en honor, él no quiso venir, sospechando quizás en mí, como suelen ser la mayoría de las cosas humanas, según supongo, algún engaño; que yo estoy muy lejos de eso, procura tú hacérselo creer cuanto puedas, ya que, presente, puedes hacerlo más fácilmente. Muéstrale con cuánto y cuán sincero dolor he hablado contigo acerca de la ofensa causada a su ánimo. Sepa cuán lejos estoy de despreciarlo, y cuánto temo a Dios en él, y pienso en nuestra cabeza, en cuyo cuerpo somos hermanos. Pensé que no debía ir al lugar donde habita, para que no diéramos un espectáculo del que se rieran los extraños, se dolieran los nuestros, y del que nosotros mismos tuviéramos que avergonzarnos. Por tu santidad y caridad todo puede llevarse a cabo rectamente: pues es aquel quien obra, que por su fe habita en tu corazón; y creo que no desprecia en ti lo que reconoce en sí mismo.

5. Yo ciertamente, en este asunto, no hallé nada mejor que hacer que pedir perdón a un hermano que se quejó de haber sido herido por la aspereza de mi carta. También él, según espero, hará lo que sabe que le manda aquel que, hablando por medio del Apóstol, dice: Perdonándoos unos a otros, si alguno tiene queja contra otro, así como Dios os perdonó en Cristo (Coloss. III, 13). Sed, pues, imitadores de Dios, como hijos muy amados, y caminad en caridad, así como también Cristo nos amó (Eph. V, 1, 2). Caminando en esta caridad, indaguemos concordemente, con toda la diligencia que podamos, acerca del cuerpo espiritual que tendremos en la resurrección: pues si en algo pensamos de otro modo, Dios también nos revelará esto, si permanecemos en él (Philipp. III, 15, 16). Pero el que permanece en la caridad, permanece en Dios, y Dios permanece en él: porque Dios es caridad (I Joan. IV, 16); ya sea existiendo inefablemente como su fuente, ya sea concediéndonosla por medio de su Espíritu.

Si ergo doceri potest quod charitas corporalibus oculis aliquando videbitur; poterit fortassis et Deus: si autem ista nunquam poterit; multo minus ipse fons ejus, vel si quid dici excellentius et convenientius de tanta re potest.

CAPUT II.

6. Magni quidam viri et in Scripturis sanctis doctissimi, qui plurimum Ecclesiam et bona studia fidelium suis litteris adjuverunt, ubi eis occasio data est, dixerunt invisibilem Deum invisibiliter videri; hoc est per eam naturam quae in nobis quoque invisibilis est, munda scilicet mente vel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret, secundum id quod Verbum est, Non enim corporalibus, inquit, sed spiritualibus oculis Jesus videtur. Et paulo post, Non eum viderunt, inquit, Judaei; obcaecalum enim erat insipien: cor eorum (Lib. I in Luc. 1): hunc ostendens unde videatur. Item cum de sancto Spiritu loqueretur, interposuit verba Domini dicentis: Rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, qui vobiscum sit in aeternum; Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum (Joan. XIV, 16, 17). Merito ergo se, inquit, in corpore demonstravit, quoniam in divinitatis substantia non videtur. Vidimus Spiritum, sed in specie corporali: videamus et Patrem; sed quia videre non possumus, audiamus. Et paulo post, Audiamus ergo inquit, Patrem; invisibilis enim Pater; sed et Filius invisibilis secundum divinitatem; Deum enim nemo vidit unquam (I Joan. IV, 12): cum ergo Filius sit Deus, in eo utique quod Deus est Filius, non videtur (Lib. 2 in Luc. III, 22).

7. Sanctus autem Hieronymus ait: Videre Deum sicuti est in natura sua, oculus hominis non potest: non solum homo, nec Angeli, nec Throni, nec Potestates, nec Dominationes, nec omne nomen quod nominatur; neque enim creatura potest aspicere Creatorem suum. His verbis vir doctissimus satis ostendit quid etiam de futuro saeculo senserit, quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis nostri mutentur in melius, Angelorum oculis aequabuntur. Hic autem et ipsis, et universae omnino coelesti creaturae invisibilem naturam dixit esse Creatoris. Aut si et hinc fit quaestio, et infertur ulla dubitatio, utrum non simus futuri Angelis potiores; ipsius Domini est hinc aperta sententia, ubi ait de resurrecturis in regnum: Erunt aequales Angelis Dei (Luc. XX, 36). Unde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: Homo igitur Dei faciem videre non potest; Angeli autem etiam minimorum in Ecclesia semper vident faciem Dei (Matth. XVIII, 10).

Si, pues, puede enseñarse que la caridad será vista alguna vez con ojos corporales, quizás podrá serlo también Dios; pero si esto nunca podrá ser, mucho menos podrá serlo su misma fuente, o cualquier término más excelente y más adecuado que pueda emplearse para tan gran asunto.

CAPÍTULO II.

6. Ciertos hombres grandes y doctísimos en las sagradas Escrituras, que ayudaron muchísimo a la Iglesia y a los buenos estudios de los fieles con sus escritos, dijeron, dondequiera que se les dio ocasión, que el Dios invisible es visto invisiblemente; esto es, por medio de aquella naturaleza que también en nosotros es invisible, a saber, la mente o el corazón puros. El beato Ambrosio, tratando de Cristo según aquello que es el Verbo, dijo: «Pues Jesús no se ve con ojos corporales, sino espirituales». Y poco después dice: «Los judíos no lo vieron; porque su corazón insensato estaba cegado» (Lib. I in Luc. 1), mostrando con ello de dónde se le ve. Asimismo, cuando trataba del Espíritu Santo, intercaló las palabras del Señor que dice: «Rogaré al Padre, y os dará otro Paráclito, que esté con vosotros para siempre; el Espíritu de verdad, que este mundo no puede recibir, porque no lo ve ni lo conoce» (Joan. XIV, 16, 17). Con razón, pues, dice, se mostró en un cuerpo, puesto que no es visto en la sustancia de la divinidad. Vimos al Espíritu, pero en forma corporal: veamos también al Padre; mas porque no podemos verlo, oigámoslo. Y poco después dice: «Oigamos, pues, al Padre; porque el Padre es invisible; pero también el Hijo es invisible según la divinidad; pues a Dios nadie lo vio jamás» (I Joan. IV, 12): puesto que, por tanto, el Hijo es Dios, precisamente en cuanto el Hijo es Dios, no es visto (Lib. 2 in Luc. III, 22).

7. Pero san Jerónimo dice: «Ver a Dios tal como es en su naturaleza no lo puede el ojo del hombre: no solo el hombre, ni los Ángeles, ni los Tronos, ni las Potestades, ni las Dominaciones, ni todo nombre que se nombra; pues ninguna criatura puede contemplar a su Creador». Con estas palabras, aquel varón doctísimo mostró suficientemente qué sentía también acerca del siglo futuro, en lo que atañe a esta cuestión. Pues por más que los ojos de nuestro cuerpo sean transformados para mejor, serán igualados a los ojos de los Ángeles. Pero aquí dijo que la naturaleza del Creador es invisible tanto a ellos mismos como a toda la creación celestial en absoluto. Y si también aquí surge una cuestión y se plantea alguna duda sobre si no seremos en el futuro superiores a los Ángeles, sobre esto hay una clara sentencia del mismo Señor, cuando dice de los que han de resucitar para el reino: «Serán iguales a los Ángeles de Dios» (Luc. XX, 36). Por lo cual el mismo san Jerónimo dice en otro lugar así: «El hombre, por tanto, no puede ver el rostro de Dios; pero los Ángeles, incluso de los más pequeños en la Iglesia, ven siempre el rostro de Dios» (Matth. XVIII, 10).

Et nunc in speculo videmus, in aenigmate; tunc autem facie ad faciem (I Cor. XIII, 12), quando de hominibus in Angelos profecerimus, et potuerimus cum Apostolo dicere, «Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu» (II Cor. III, 18); licet faciem Dei juxta naturae suae proprietatem nulla videat creatura, et tunc mente cernatur, quando invisibilis creditur (Lib. 1 in Isai. 1).

8. In his verbis hominis Dei, multa consideranda sunt. Primum, quia secundum apertissimam Domini sententiam etiam ipse sentit tunc nos visuros faciem Dei, cum in Angelos profecerimus, id est, aequales Angelis facti fuerimus; quod erit utique in resurrectione mortuorum. Deinde apostolico testimonio satis aperuit non exterioris sed interioris hominis faciem intelligendam, cum videbimus facie ad faciem: de facie quippe cordis loquebatur Apostolus, cum diceret quod hinc commemoravit, Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur. Quod si quisquam dubitat, recenseat eumdem locum, et attendat unde Apostolus loquebatur; de velamine scilicet quod manet in lectione Veteris Testamenti, donec quisque transeat ad Christum, ut auferatur velamen. Ibi quippe dicit, Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes; quae facies in Judaeis non erat revelata: de quibus dicit, Velamen super cor eorum positum est, ut ostendat cordis faciem nobis esse revelatam, velamine ablato. Postremo, ne quisquam ista minus intuens, minusque discernens, visibilem Deum vel Angelis vel hominibus, cum aequales Angelis facti fuerimus, sive nunc esse, sive futurum esse crederet, evidentissime quid sentiret expressit, dicens quod faciem Dei juxta naturae suae proprietatem nulla videat creatura, et tunc mente cernatur, quando invisibilis creditur. Unde sufficienter significavit, quando visus est ab hominibus per oculos corporis, tanquam ipse corporeus, non eum secundum naturae suae proprietatem fuisse visum, in qua tunc mente cernitur, quando invisibilis creditur. Quibus invisibilis, nisi aspectibus corporalibus etiam coelestibus, sicut supra de Angelis et Potestatibus et Dominationibus dixit? quanto magis terrestribus!

9. Unde alio loco evidentius dicit, Non solum Patris divinitatem, sed nec Filii quidem et Spiritus sancti, quae una in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis: de quibus ipse Salvator ait, «Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt» (Lib. 3 in Isai. 1). Quid hac manifestatione lucidius?

Y ahora vemos en espejo, en enigma; pero entonces cara a cara (I Cor. XIII, 12), cuando de hombres hayamos pasado a ser Ángeles, y hayamos podido decir con el Apóstol: «Mas todos nosotros, contemplando a rostro descubierto la gloria del Señor, somos transformados en la misma imagen de gloria en gloria, como por el Espíritu del Señor» (II Cor. III, 18); aunque ninguna criatura ve el rostro de Dios según la propiedad de su naturaleza, y entonces es percibido por la mente cuando se cree invisible (Lib. 1 in Isai. 1).

8. En estas palabras del hombre de Dios, muchas cosas deben considerarse. En primer lugar, porque conforme a la sentencia clarísima del Señor, él mismo sostiene que veremos entonces el rostro de Dios, cuando hayamos progresado hasta los Ángeles, es decir, cuando hayamos sido hechos iguales a los Ángeles; lo cual sucederá ciertamente en la resurrección de los muertos. Luego, con testimonio apostólico, mostró suficientemente que no ha de entenderse el rostro del hombre exterior sino del interior, cuando veremos cara a cara: pues el Apóstol hablaba del rostro del corazón, cuando decía lo que aquí recordó: «Nosotros, empero, contemplando a rostro descubierto la gloria del Señor, somos transformados en la misma imagen». Y si alguien duda de esto, repase el mismo pasaje y considere de dónde hablaba el Apóstol; a saber, del velo que permanece en la lectura del Antiguo Testamento, hasta que cada uno pase a Cristo, para que el velo sea quitado. Pues allí dice: «Nosotros, empero, contemplando a rostro descubierto la gloria del Señor»; rostro que en los judíos no estaba descubierto: de los cuales dice: «Un velo está puesto sobre su corazón», para mostrar que el rostro del corazón nos ha sido descubierto a nosotros, quitado el velo. Por último, para que nadie, considerando esto con menor atención y discerniéndolo con menor cuidado, creyera que Dios es visible, ya a los Ángeles, ya a los hombres, sea ahora, sea en el futuro cuando hayamos sido hechos iguales a los Ángeles, expresó con toda evidencia lo que pensaba, diciendo que ninguna criatura ve el rostro de Dios según la propiedad de su naturaleza, y que entonces es percibido por la mente cuando se cree que es invisible. De donde indicó suficientemente que, cuando fue visto por los hombres por los ojos del cuerpo, como si Él mismo fuera corpóreo, no fue visto según la propiedad de su naturaleza, en la cual entonces es percibido por la mente cuando se cree que es invisible. ¿Invisible a qué miradas, sino a las corporales, incluso a las celestiales, como dijo antes acerca de los Ángeles, las Potestades y las Dominaciones? ¡Cuánto más a las terrenas!

9. De donde en otro lugar dice con mayor evidencia: «No solo la divinidad del Padre, sino ni siquiera la del Hijo ni la del Espíritu Santo, que es una sola naturaleza en la Trinidad, pueden ser vistas por los ojos de la carne, sino por los ojos de la mente: de los cuales el mismo Salvador dice: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios"» (Lib. 3 in Isai. 1). ¿Qué más claro que esta manifestación?

Si enim tantummodo dixisset, Nec Patris, nec Filii, nec Spiritus sancti divinitatem posse oculos carnis aspicere, nec deinceps addidisset, sed oculos mentis; forte diceretur carnem jam non esse appellandum, cum corpus fuerit spirituale: addendo ergo, et dicendo, sed oculos mentis, ab omni genere corporis alienavit hujusmodi visionem. Ne quis autem putaret eum tantum de praesenti tempore locutum, subjecit etiam Domini testimonium, volens ostendere quos dixerat oculos mentis; quo testimonio non praesentis sed futurae visionis promissio declaratur: Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8).

10. Beatissimus quoque Athanasius, Alexandrinus episcopus, cum ageret adversus Arianos, qui tantummodo Deum Patrem invisibilem dicunt, Filium vero et Spiritum sanctum visibiles putant, aequalem Trinitatis invisibilitatem Scripturarum sanctarum testimoniis, et diligentia suae disputationis asseruit, instantissime suadens Deum non esse visum nisi assumptione creaturae: secundum Deitatis autem suae proprietatem omnino Deum esse invisibilem, id est Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, nisi quantum mente ac spiritu nosci potest. Gregorius etiam, sanctus episcopus Orientalis , apertissime dicit Deum natura invisibilem, quando patribus visus est, sicut Moysi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicujus conspicabilis materiae dispositione assumpta, salva sua invisibilitate videri potuisse. Hoc est quod etiam noster dicit Ambrosius, et Patrem et Filium et Spiritum sanctum ea specie videri quam voluntas elegerit, non natura formaverit (In Luc. c. I, 11): ut et illud verum sit, quod Deum nemo vidit unquam (Joan. I, 18), quae vox ipsius Domini Christi est; et, Quem nemo hominum vidit, nec videre potest (I Tim. VI, 16), quae vox Apostoli, imo ejus per Apostolum Christi est; et illa non repudientur testimonia Scripturarum quibus Deus visus esse narratur, quia et invisibilis est per propriam Deitatis naturam, et cum vult videri potest per assumptam, sicut ei placuerit, creaturam.

CAPUT III.

11. Porro si naturae ipsius est invisibilitas sicut incorruptibilitas, non mutabitur utique in futuro saeculo illa natura, ut de invisibili visibilis fiat; quia neque poterit de incorruptibili corruptibilis fieri: simul enim et incommutabilis est. Et utique naturam ejus commendavit Apostolus, cum duo ista simul poneret, dicens: Regi autem saeculorum invisibili, incorruptibili, soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum (I Tim. I, 17).

Pues si hubiera dicho solamente: «Ni los ojos de la carne pueden ver la divinidad del Padre, ni la del Hijo, ni la del Espíritu Santo», y no hubiera añadido a continuación «sino los ojos de la mente», tal vez se diría que ya no habría que llamar carne al cuerpo, una vez que este fuera espiritual: por lo tanto, al añadir y decir «sino los ojos de la mente», excluyó una visión de este tipo de todo género de cuerpo. Pero para que nadie pensara que hablaba solamente del tiempo presente, añadió también el testimonio del Señor, queriendo mostrar qué había querido decir con los ojos de la mente; testimonio con el cual se declara la promesa, no de una visión presente, sino futura: «Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios» (Matth. V, 8).

10. El beatísimo Atanasio también, obispo de Alejandría, cuando disputaba contra los arrianos, que dicen que solamente Dios Padre es invisible, mas piensan que el Hijo y el Espíritu Santo son visibles, afirmó la igual invisibilidad de la Trinidad con los testimonios de las sagradas Escrituras y con la diligencia de su disputa, persuadiendo con la mayor insistencia que Dios no fue visto sino por la asunción de una criatura: mas que, según la propiedad de su Deidad, Dios es del todo invisible, esto es, el Padre, y el Hijo, y el Espíritu Santo, sino en cuanto puede ser conocido por la mente y el espíritu. También Gregorio, santo obispo de Oriente, dice muy claramente que Dios, invisible por naturaleza, cuando fue visto por los padres, como por Moisés, con quien hablaba cara a cara, pudo ser visto, quedando a salvo su invisibilidad, mediante la asunción de la disposición de alguna materia visible. Esto es también lo que dice nuestro Ambrosio, que tanto el Padre como el Hijo y el Espíritu Santo son vistos con aquella apariencia que la voluntad eligiere, no que la naturaleza hubiere formado (In Luc. c. I, 11): de modo que también sea verdadero aquello de que nadie vio jamás a Dios (Joan. I, 18), que es palabra del mismo Señor Cristo; y, A quien ningún hombre vio, ni puede ver (I Tim. VI, 16), que es palabra del Apóstol, o más bien de Cristo mismo por medio del Apóstol; y que no sean rechazados aquellos testimonios de las Escrituras en los que se narra que Dios fue visto, porque es a la vez invisible por la propia naturaleza de su Deidad, y, cuando quiere, puede ser visto por medio de una criatura asumida, según le plugo.

CAPÍTULO III.

11. Además, si la invisibilidad es de su misma naturaleza así como la incorruptibilidad, de ninguna manera se mudará en el siglo futuro aquella naturaleza, para que de invisible se haga visible; porque ni podrá de incorruptible hacerse corruptible: pues al mismo tiempo es también inconmutable. Y ciertamente el Apóstol recomendó su naturaleza, cuando puso esas dos cosas juntas, diciendo: Al Rey de los siglos, invisible, incorruptible, al único Dios, honor y gloria por los siglos de los siglos (1 Tim 1, 17).

Unde non audeo ego ita distinguere, ut dicam: Incorruptibili quidem in saecula saeculorum; invisibili autem non in saecula saeculorum, sed tantum in hoc saeculo. Verum quia nec ista testimonia falsa esse possunt, Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt; et, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2): negare non possumus filios Dei visuros Deum, sed sicut videntur invisibilia, sicut seipsum ostensurum promittebat qui hominibus apparebat in carne visibilis, quando dicebat, Et ego diligam eum, et ostendam meipsum illi (Joan. XIV, 21), cum ante oculos hominum conspicuus loqueretur. Unde autem invisibilia videntur, nisi oculis cordis? de quibus paulo ante dixi quid Hieronymus senserit ad videndum Deum.

12. Hinc est etiam quod memoratus Mediolanensis episcopus in ipsa resurrectione dixit non facile esse videre Deum, nisi iis qui mundo corde sint; et ideo scriptum esse: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quantos beatos, inquit, jam numeraverat, et tamen eis videndi Deum non promiserat facultatem! Deinde adjungit et dicit: Si ergo ii qui mundo sunt corde, Deum videbunt, utique alii non videbunt. Et ne alios illos acciperemus, de quibus dictum est, Beati pauperes, Beati mites, continuo subjunxit: Neque enim indigni Deum videbunt. Indignos utique illos volens intelligi, qui licet resurgant, Deum videre non poterunt; quoniam ad damnationem resurgent, quia per fidem veram quae per dilectionem operatur (Galat. V, 6), cor mundare noluerunt. Et ideo sequitur et dicit: Neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre. Deinde quia occurrebat etiam impios omnes velle videre Deum, statim ut ostenderet quare dixerit, qui Deum videre noluerit, quia utique illo modo non vult Deum videre impius, quia cor mundare non vult, quo ille videri poterit, secutus adjunxit et ait: Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde; nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu (In Luc. c. I, 11). Quibus verbis beatus Ambrosius voluit admonere quid debeant homines praeparare qui volunt Deum videre; hoc est, cor mundare per fidem quae per dilectionem operatur, dono Spiritus sancti, unde pignus accepimus, quo illam visionem desiderare noverimus (II Cor. V, 4-8).

CAPUT IV.

Por lo cual no me atrevo yo a distinguir de tal modo que diga: Incorruptible ciertamente por los siglos de los siglos; invisible, en cambio, no por los siglos de los siglos, sino solo en este siglo. Pero porque ni aquellos testimonios pueden ser falsos: Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios; y: Sabemos que cuando él aparezca, seremos semejantes a él, porque le veremos tal cual es (1 Jn 3, 2): no podemos negar que los hijos de Dios verán a Dios, pero como se ven las cosas invisibles, tal como prometía que se mostraría a sí mismo aquel que aparecía visible en la carne a los hombres, cuando decía: Y yo le amaré, y me mostraré a mí mismo a él (Jn 14, 21), cuando hablaba conspicuo ante los ojos de los hombres. ¿De dónde, pues, se ven las cosas invisibles, sino por los ojos del corazón? sobre los cuales poco antes dije qué sintió Jerónimo para ver a Dios.

12. De aquí es también que el mencionado obispo de Milán dijo que en la misma resurrección no es fácil ver a Dios, sino para aquellos que sean limpios de corazón; y por eso está escrito: Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios. ¡A cuántos bienaventurados —dice— había ya enumerado, y sin embargo a ellos no les había prometido la facultad de ver a Dios! Luego añade y dice: Si, pues, los que son limpios de corazón verán a Dios, ciertamente otros no le verán. Y para que no tomáramos a aquellos otros de quienes se dijo: Bienaventurados los pobres, Bienaventurados los mansos, inmediatamente subentregó: Pues ni los indignos verán a Dios. Queriendo ciertamente que se entiendan por indignos aquellos que, aunque resuciten, no podrán ver a Dios; porque para la condenación resucitarán, ya que por la fe verdadera que obra por el amor (Gál 5, 6), no quisieron limpiar el corazón. Y por eso sigue y dice: Ni aquel que no hubiere querido ver a Dios, puede ver a Dios. Luego, porque ocurría que también todos los impíos quieren ver a Dios, al punto, para mostrar por qué dijo: quien no hubiere querido ver a Dios, porque ciertamente de aquel modo no quiere ver a Dios el impío, porque no quiere limpiar el corazón, por el cual él podrá ser visto, siguiendo añadió y dijo: Ni en un lugar se ve Dios, sino con el corazón limpio; ni por los ojos corporales se busca a Dios, ni se circunscribe por la vista, ni por el tacto se tiene, ni se oye por el habla, ni se siente por el paso (In Luc. c. I, 11). Con cuyas palabras el bienaventurado Ambrosio quiso amonestar qué deben preparar los hombres que quieren ver a Dios; esto es, limpiar el corazón por la fe que obra por el amor, por el don del Espíritu Santo, de donde recibimos la prenda, por la cual sepamos desear aquella visión (2 Cor 5, 4-8).

CAPÍTULO IV.

13. Nam de membris Dei, quae assidue Scriptura commemorat, ne quisquam secundum carnis hujus formam et figuram nos esse crederet similes Deo, propterea eadem Scriptura et alas habere Deum dixit (Psal. XVI, 8), quas nos utique non habemus. Sicut ergo alas cum audimus, protectionem intelligimus: sic et cum audimus manus, operationem intelligere debemus; et cum audimus pedes, praesentationem; et cum audimus oculos, visionem qua cognoscit; et cum audimus faciem, notitiam qua innotescit; et si quid aliud eadem Scriptura tale commemorat, puto spiritualiter intelligendum. Neque hoc ego tantum, aut ego prior, sed omnes qui qualicumque spirituali intelligentia resistunt eis qui ob hoc Anthropomorphitae nominantur. Ex quorum litteris ne multa commemorando majores moras faciam, hoc unum sancti Hieronymi interpono, ut noverit iste frater, non se de hac re mecum magis quam cum prioribus agere debere, si quid eum contra permovet.

14. Cum ergo ille vir in Scripturis doctissimus, psalmum exponeret ubi dictum est, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? inter caetera, Iste locus, inquit, adversus eos maxime facit, qui Anthropomorphitae sunt, qui dicunt Deum habere membra quae etiam nos habemus. Verbi causa, dicitur Deus habere oculos, quia oculi Domini respiciunt omnia; manus Domini facit omnia: «Et audivit,» inquit, «Adam sonum pedum Domini deambulantis in paradiso» (Gen. III, 8): haec simpliciter audiunt, et humanas imbecillitates ad Dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quod Deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt. Totus manus est, quia omnia operatur. Totus pes est, quia ubique est. Ergo videte quid dicat. «Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculos, non considerat?» Et non dixit, Qui plantavit aurem, ergo ipse aurem non habet; non dixit, Ergo ipse oculos non habet: sed quid dixit? «Qui plantavit aurem, non audiet? qui finxit oculos, non considerat?» membra tulit, efficientias dedit (In Psal. XCIII, 8, 9).

15. Haec omnia de litteris eorum et Latinorum et Graecorum, qui priores nobis in catholica Ecclesia viventes divina eloquia tractaverunt, ideo commemoranda arbitratus sum, ut sciat iste frater, si quid aliter quam isti sentit, deposita dissensionis amaritudine, et fraternae charitatis suavitate servata atque in integrum restituta, diligenti et tranquilla consideratione quaerendum vel discendum vel docendum. Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum; tales volo esse intellectores meorum.

13. Pues sobre los miembros de Dios, que asiduamente conmemora la Escritura, para que nadie creyera que somos semejantes a Dios según la forma y figura de esta carne, por eso la misma Escritura dijo también que Dios tiene alas (Sal 16, 8), las cuales ciertamente nosotros no tenemos. Como, pues, cuando oímos alas, entendemos protección: así también cuando oímos manos, debemos entender operación; y cuando oímos pies, presentación; y cuando oímos ojos, la visión por la que conoce; y cuando oímos faz, la noticia por la que se hace conocer; y si alguna otra cosa tal conmemora la misma Escritura, pienso que se ha de entender espiritualmente. Y no esto yo solo, o yo el primero, sino todos los que con cualquier inteligencia espiritual resisten a los que por esto son llamados Antropomorfistas. De cuyas letras, para no hacer mayores demoras conmemorando muchas cosas, interpongo esta sola de san Jerónimo, para que sepa este hermano que no debe tratar sobre esta cosa conmigo más que con los antiguos, si algo le mueve en contra.

14. Cuando, pues, aquel varón doctísimo en las Escrituras, exponía el salmo donde se dijo: Entended, pues, los que sois insensatos en el pueblo, y necios alguna vez sed sabios. El que plantó la oreja, ¿no oirá? ¿o el que formó el ojo, no considera? entre otras cosas, dice: Este lugar hace muchísimo contra aquellos que son Antropomorfistas, que dicen que Dios tiene miembros que también nosotros tenemos. Por ejemplo, se dice que Dios tiene ojos, porque los ojos del Señor miran todas las cosas; la mano del Señor hace todas las cosas: "Y oyó", dice, "Adán el sonido de los pies del Señor que se paseaba en el paraíso" (Gén 3, 8): estas cosas las oyen simplemente, y refieren las flaquezas humanas a la magnificencia de Dios. Yo, en cambio, digo que Dios es todo ojo, todo mano, todo pie. Es todo ojo, porque todo lo ve. Es todo mano, porque todo lo obra. Es todo pie, porque en todas partes está. Ved, pues, qué dice: "¿El que plantó la oreja, no oirá? ¿o el que formó los ojos, no considera?". Y no dijo: El que plantó la oreja, luego él mismo no tiene oreja; no dijo: Luego él mismo no tiene ojos; sino ¿qué dijo?: "¿El que plantó la oreja, no oirá? ¿el que formó los ojos, no considera?". Quitó los miembros, dio las eficiencias (In Psal. 93, 8, 9).

15. Todas estas cosas de las letras de ellos, tanto latinos como griegos, que viviendo antes que nosotros en la Iglesia católica trataron las elocuencias divinas, por eso he juzgado que debían ser conmemoradas, para que sepa este hermano que, si algo siente de otro modo que ellos, depuesta la amargura de la disensión, y preservada y restituida íntegramente la suavidad de la caridad fraterna, ha de ser buscado o aprendido o enseñado con diligente y tranquila consideración. Pues ni las disputas de quienesquiera, aunque de hombres católicos y alabados, debemos tenerlas como Escrituras canónicas, de modo que no nos sea lícito, salva la honorificencia que se debe a aquellos hombres, improbar y rechazar algo en sus escritos, si acaso encontráramos que sintieron de otro modo de lo que tiene la verdad, entendida con el auxilio divino ya sea por otros, ya sea por nosotros. Tal soy yo en los escritos de otros; tales quiero que sean los entendedores de los míos.

Denique in iis omnibus quae de opusculis sanctorum atque doctorum commemoravi, Ambrosii, Hieronymi, Athanasii, Gregorii, et si qua aliorum talia legere potui quae commemorare longum putavi, Deum non esse corpus, nec formae humanae habere membra, nec eum esse per locorum spatia divisibilem, et esse natura incommutabiliter invisibilem, nec per eamdem naturam atque substantiam, sed assumpta visibili specie sicut voluit apparuisse iis quibus apparuit, quando per corporis oculos in Scripturis sanctis visus esse narratur, in adjutorio Domini inconcusse credo, et quantum ipse donat intelligo.

CAPUT V.

16. De spirituali autem corpore, quod in resurrectione habebimus, quantam capiat in melius commutationem: utrum in simplicitatem spiritus cedat, ut totus homo jam spiritus sit; an quod magis puto, sed nondum plena fiducia confirmo, ita futurum sit spirituale corpus, ut propter ineffabilem quamdam facilitatem spirituale dicatur, servet tamen substantiam corporalem, quae per seipsam vivere ac sentire non possit, sed per illum qui ea utitur spiritum; neque enim et nunc, quia corpus dicitur animale, eadem est animae natura quae corporis: et utrum si corporis, quamvis jam immortalis atque incorruptibilis, natura servabitur, adjuvet tunc aliquid spiritum ad videndum ipsa visibilia, id est corporalia, sicut nunc tale aliquid nisi per corpus videre non possumus; an vero etiam tunc sine organo corporis valeat spiritus noster nosse corporalia (neque enim et Deus talia per sensus corporis novit); et multa alia quae in hac quaestione movere possunt, fateor me nondum alicubi legisse, quod mihi sufficere existimarem sive ad discendum sive ad docendum.

17. Ac per hoc si non displicet huic fratri mea qualiscumque cautela, interim propter quod scriptum est, Quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III, 2), quantum possumus, cor mundum ad illam visionem ipso adjuvante praeparemus. De corpore autem spirituali pacatius et diligentius inquiramus, ne forte aliquid certum ac liquidum, si nobis hoc utile esse novit, secundum Scripturas suas Deus dignetur demonstrare. Si enim hoc invenerit inquisitio diligentior, tantam corporis futuram mutationem, ut possit videre invisibilia; non, ut opinor, talis potentia corporis menti auferet visionem, ut exterior homo videre Deum tunc possit, non possit interior: quasi tantum foris sit Deus ad hominem, et intus non sit in homine, cum apertissime scriptum sit, ut sit Deus omnia in omnibus (I Cor. XV, 28); aut ita sit intus ille qui sine ullis locorum spatiis ubique totus est, ut foris tantum videri ab exteriori homine possit, intus autem ab interiori non possit.

En fin, en todas aquellas cosas que he conmemorado de los opúsculos de los santos y doctores, de Ambrosio, Jerónimo, Atanasio, Gregorio, y si algunas tales de otros pude leer que juzgué largo conmemorar, que Dios no es cuerpo, ni tiene miembros de forma humana, ni es él divisible por los espacios de los lugares, y es por naturaleza inconmutablemente invisible, ni por la misma naturaleza y sustancia, sino asumida una especie visible como quiso, se apareció a aquellos a quienes se apareció, cuando se narra en las sagradas Escrituras que fue visto por los ojos del cuerpo, con el auxilio del Señor creo inconcusamente, y cuanto él mismo dona entiendo.

CAPÍTULO V.

16. Pero sobre el cuerpo espiritual, que tendremos en la resurrección, cuánta conmutación para mejor reciba: si cederá en la simplicidad del espíritu, de modo que todo el hombre ya sea espíritu; o lo que más bien pienso, pero aún no confirmo con plena confianza, que así será el cuerpo espiritual, que por una cierta inefable facilidad se llame espiritual, conserve sin embargo la sustancia corporal, la cual por sí misma no pueda vivir ni sentir, sino por aquel espíritu que la usa; pues ni ahora, porque el cuerpo se llama animal, es la misma la naturaleza del alma que la del cuerpo: y si se conservará la naturaleza del cuerpo, aunque ya inmortal e incorruptible, si ayudará entonces algo al espíritu para ver las cosas visibles, esto es corporales, como ahora no podemos ver nada tal sino por el cuerpo; o si en verdad también entonces sin el órgano del cuerpo valga nuestro espíritu para conocer las cosas corporales (pues ni Dios conoce tales cosas por los sentidos del cuerpo); y muchas otras cosas que en esta cuestión pueden mover, confieso que aún no las he leído en ninguna parte, de modo que me pareciera que me bastaba ya sea para aprender, ya sea para enseñar.

17. Y por esto, si no disgusta a este hermano mi cautela de cualquier clase, entretanto por aquello que está escrito: Puesto que le veremos tal cual es (1 Jn 3, 2), cuanto podemos, preparemos el corazón limpio para aquella visión ayudándonos él mismo. Pero sobre el cuerpo espiritual inquiramos más pacífica y diligentemente, no sea que acaso Dios se digne demostrar algo cierto y líquido, si él sabe que esto nos es útil, según sus Escrituras. Pues si una inquisición más diligente encontrare esto: tanta futura mutación del cuerpo, que pueda ver las cosas invisibles; no, según opino, tal potencia del cuerpo quitará a la mente la visión, de modo que el hombre exterior pueda ver entonces a Dios, y no pueda el interior: como si solo fuera de Dios estuviera para el hombre, y dentro no estuviera en el hombre, cuando está apertísimamente escrito: para que sea Dios todo en todas las cosas (1 Cor 15, 28); o así esté dentro aquel que sin ningunos espacios de lugares está en todas partes todo, que fuera solo pueda ser visto por el hombre exterior, e interiormente por el interior no pueda.

Quae si absurdissime sentiuntur: magis enim sancti pleni erunt Deo; non inanes intrinsecus ab illo circumdabuntur extrinsecus; nec eaesi intrinsecus eum quo pleni erunt, non videbunt, et tantum forinsecus oculati eum quo circumdabuntur, videbunt: restat ut interim de visione Dei secundum interiorem hominem certissimi simus. Si autem etiam corpus mira commutatione hoc valuerit, aliud accedet, non illud abscedet.

18. Melius ergo illud affirmamus unde minime dubitamus, quod homo interior videbit Deum, qui modo solus potest videre charitatem, quae cum laudaretur dictum est, Deus charitas est (I Joan. IV, 8): solus potest videre pacem et sanctificationem, sine qua nemo potest videre Deum (Hebr. XII, 14). Neque enim charitatem, pacem, sanctificationem, et si qua sunt similia, videt modo ullus oculus carnis; quae tamen omnia jam videt, quantum potest, mentis oculus, tanto purius quanto purior: ut sine dubitatione Deum nos visuros esse credamus, sive inveniamus, sive non inveniamus quod de qualitate futuri corporis quaerimus; cum tamen corpus resurrecturum et immortale atque incorruptibile futurum non ambigamus, quoniam hinc sanctarum Scripturarum sententias apertissimas firmissimasque retinemus. Si autem iste frater quod de spirituali corpore adhuc requiro, jam sibi firmat esse certissimum, nisi placidus audiero docentem, ita ut ille quoque placidus me audiat inquirentem, habebit unde jure succenseat. Nunc tamen per Christum obsecro ut de illa asperitate litterarum mearum, qua eum non immerito offensum esse didici, veniam mihi ab illo impetres, et me rescriptis Domino adjuvante Iaetifices.

EPISTOLA CXLIX . Respondet ad quaestiones ex Psalmis, ex Apostolo, et ex Evangelio propositas a Paulino superius, in epistola centesima vicesima prima. Beatissimo et venerabiliter desiderabili et desiderabiliter venerabili, sancto sancteque charissimo fratri et coepiscopo, PAULINO, AUGUSTINUS, in Domino salutem.

CAPUT PRIMUM.

Por lo demás, si más usualmente, como dije, en las Escrituras el voto se llama euche, exceptuado el nombre general de oración, aquella propiamente se ha de entender oración que hacemos para un voto, esto es, pros euchen. Se votan, en cambio, todas las cosas que se ofrecen a Dios, máximamente la oblación del santo altar; con cuyo Sacramento se predica aquel nuestro voto máximo, por el cual votamos que hemos de permanecer en Cristo, ciertamente en la estructura del cuerpo de Cristo. De cuya cosa es sacramento el que, siendo un solo pan, un solo cuerpo muchos somos (1 Cor 10, 17). Por eso en la preparación de esta santificación, estimo que el Apóstol mandó que propiamente se hicieran proseuchas, esto es oraciones, o, como algunos menos peritamente interpretaron, adoraciones; pues esto es para el voto, que más usualmente en las Escrituras se denomina euche. Las interpelaciones, en cambio, o, como vuestros códices tienen, postulaciones, se hacen cuando el pueblo es bendecido: pues entonces los antístites, como abogados, a sus suscriptos por la imposición de las manos ofrecen a la misericordiosísima potestad. Realizadas las cuales, y participado tan gran Sacramento, la acción de gracias lo concluye todo, la cual en estas palabras también recomendó última el Apóstol.

17. Pero esta fue la causa principal de decir aquellas cosas: para que, habiéndolas tocado y significado brevemente, no se pensara que se había de descuidar lo que sigue: por todos los hombres, por los reyes y por los que están en la sublimidad, para que llevemos una vida quieta y tranquila en toda piedad y caridad; no fuera que alguno, tal como se tiene la flaqueza del pensamiento humano, estimara que no se habían de hacer aquellas cosas por aquellos de quienes la Iglesia padecía persecución, siendo así que los miembros de Cristo habían de ser recogidos de todo género de hombres. Por lo cual añade y dice: Pues esto es bueno y acepto ante nuestro Salvador Dios, el cual quiere que todos los hombres se salven y vengan al conocimiento de la verdad. And lest anyone should say that there could be a way of salvation in good conduct and the worship of one God omnipotent, without the participation of the body and blood of Christ; Pues un solo Dios, dice, y un solo mediador de Dios y de los hombres el hombre Cristo Jesús: para que aquello que había dicho: el cual quiere que todos los hombres se salven, de ningún otro modo se entienda que se presta, sino por el mediador, no Dios, lo cual siempre era el Verbo, sino el hombre Cristo Jesús, cuando el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros (Jn 1, 14).

18. Por lo cual ni aquello te mueva, lo que sobre los judíos dice el mismo apóstol: Según el Evangelio ciertamente enemigos por causa de vosotros; pero según la elección amados por causa de los padres (Rom 11, 28).

Altitudo quippe illa divitiarum sapientiae et scientiae Dei, et illa inscrutabilia judicia ejus, et investigabiles viae ejus, hanc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationem, qui de illius sapientia pertendente a fine usque ad finem fortiter, et omnia suaviter disponente (Sap. VIII, 1) non dubitant, quid sit quod ei placet ut nascantur, crescant ac multiplicentur hi, quos etsi malos ipse non fecit, tamen malos futuros esse praescivit. Nimis enim consilium ejus in abdito est, quo etiam malis bene utitur ad provectum bonorum, etiam in hoc mirificans omnipotentiam bonitatis suae: quia sicut illorum nequitiae est male uti bonis operibus ejus, sic illius sapientiae est bene uti malis operibus eorum.

19. Hanc igitur altitudinem sacramenti sic commendat Apostolus: Nolo vos ignorare, fratres, hoc sacramentum, ut non sitis vobis sapientes, quia caecitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo Gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25, 26). Ex parte, dixit, quia non omnes excaecati sunt: erant enim ex illisqui Christum cognoverunt. Plenitudo autem Gentium in his intrat, qui secundum propositum vocati sunt; et sic omnis Israel salvus fiet, quia et ex Judaeis et ex Gentibus, qui secundum propositum vocati sunt, ipsi verus sunt Israel, de quo dicit idem Apostolus, Et super Israel Dei (Galat. VI, 16): illos autem dicit Israel secundum carnem; Videte, inquit, Israel secundum carnem (I Cor. X, 18). Deinde interponit testimonium prophetae, Veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Jacob; et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum (Isai. LIX, 20): non utique omnium Judaeorum, sed dilectorum .

20. Hinc adjungit ea, quae inquirenda posuisti, Secundum Evangelium quidem inimici propter vos. Pretium quippe redemptionis nostrae sanguis est Christi, qui utique nonnisi ab inimicis potuit occidi. Hic est ille usus malorum in provectum bonorum. Quod vero adjungit, secundum electionem autem dilecti propter patres, hinc ostendit non illos inimicos, sed electos esse dilectos. Sed Scripturae mos est ita loqui de parte tanquam de toto: sicut Corinthios in primis Epistolae suae partibus, ita laudat tanquam omnes tales sint, cum essent laudabiles quidam eorum; et postea in nonnullis Epistolae ipsius locis, ita reprehendit tanquam omnes culpabiles essent, propter quosdam qui tales erant. Istam divinarum Scripturarum consuetudinem per omne corpus Litterarum ejus creberrime sparsam, quisquis diligenter adverterit, multa dissolvit quae inter se videntur esse contraria.

Pues ciertamente aquella profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios, y aquellos inescrutables juicios suyos, y sus investigables vías, infunden esta gran admiración a los corazones fieles, los cuales sobre su sabiduría que se extiende de fin hasta fin fuertemente y lo dispone todo suavemente (Sab 8, 1) no dudan, qué sea lo que le place para que nazcan, crezcan y se multipliquen estos a los cuales, aunque él mismo no hizo malos, sin embargo supo de antemano que habían de ser malos. Pues demasiado en lo escondido está su consejo, por el cual también usa bien de los males para el provecho de los buenos, aun en esto haciendo maravillosa la omnipotencia de su bondad: porque así como es de la iniquidad de aquellos usar mal de las buenas obras de él, así es de la sabiduría de él usar bien de las malas obras de ellos.

Esta profundidad, pues, del sacramento así la recomienda el Apóstol: No quiero que ignoréis, hermanos, este sacramento, para que no seáis sabios para vosotros mismos, porque la ceguedad en parte se ha hecho en Israel, hasta que la plenitud de las Gentes entrara, y así todo Israel se salve (Rom 11, 25. 26). En parte, dijo, porque no todos fueron cegados: pues había de entre ellos quienes conocieron a Cristo. La plenitud, en cambio, de las Gentes entra en aquellos que según el propósito han sido llamados; y así todo Israel se salvará, porque tanto de los judíos como de las Gentes, los que según el propósito han sido llamados, ellos mismos son el verdadero Israel, del cual dice el mismo Apóstol: Y sobre el Israel de Dios (Gál 6, 16): a aquellos, en cambio, los llama Israel según la carne; Mirad, dice, a Israel según la carne (1 Cor 10, 18). Luego interpone el testimonio del profeta: Vendrá de Sión quien rescate y aparte la impiedad de Jacob; y este es mi testamento para ellos, cuando hubiere quitado sus pecados (Is 59, 20): no ciertamente de todos los judíos, sino de los amados.

20. De aquí añade aquellas cosas que propusiste para ser investigadas: Según el Evangelio ciertamente enemigos por causa de vosotros. Pues ciertamente el precio de nuestra redención es la sangre de Cristo, la cual de ningún modo pudo ser derramada sino por los enemigos. Este es aquel uso de los males para el provecho de los buenos. Pero lo que añade: según la elección, en cambio, amados por causa de los padres, de aquí muestra que no aquellos son los enemigos, sino que los elegidos son los amados. Pero es costumbre de la Escritura hablar así de la parte como del todo: así como en las primeras partes de su Epístola alaba de tal modo a los corintios como si todos fueran tales, siendo así que eran loables algunos de ellos; y después, en algunos lugares de la misma Epístola, los reprende de tal modo como si todos fueran culpables, por causa de algunos que eran tales. Esta costumbre de las divinas Escrituras, frecuentísimamente esparcida por todo el cuerpo de sus Letras, quienquiera que diligentemente la advirtiere, disuelve muchas cosas que parecen ser contrarias entre sí.

Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos: sed quia in uno populo erant, velut eosdem ipsos dicere videtur. Quanquam et ex ipsis inimici qui crucifixerunt Dominum, plerique conversi sunt, et apparuerunt electi. Tunc electi, quando conversi, quantum ad salutis initium: quantum vero ad Dei praescientiam, non tunc electi, sed ante constitutionem mundi, sicut idem dicit apostolus, quod elegerit nos ante mundi constitutionem (Eph. I, 4). Duobus itaque modis, ipsi inimici qui dilecti: sive quia in uno populo utrique fuerant; sive quia ex inimicis saevientibus usque ad sanguinem Christi, quidam eorum dilecti facti erant secundum electionem quae latebat in praescientia Dei. Ad hoc enim addidit, propter patres; quia id quod patribus promissum est oportebat impleri, sicut circa finem Epistolae ad Romanos ait: Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia glorificare Deum (Rom. XV, 8, 9). Secundum istam misericordiam dictum est, inimici propter vos: quod et supra dixerat, Illorum delicto salus Gentibus.

21. Cum autem dixisset, secundum electionem dilecti propter patres, addidit, Sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei. Vides certe illos significari, qui pertinent ad numerum praedestinatorum. De quibus alio loco dicit, Scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt . Multi enim sunt vocati, pauci vero electi (Matth. XXII, 14): qui vero electi, ipsi sunt secundum propositum vocati; in quibus Dei procul dubio praescientia falli non potest. Hos praescivit et praedestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos et vocavit. Haec vocatio est secundum propositum; haec est sine poenitentia. Quos autem vocavit, illos et justificavit: quos autem justificavit, illos et glorificavit. Si Deus pro nobis, quis contra nos (Rom. V, 28-31)?

22. Non sunt in ista vocatione, qui in fide quae per dilectionem operatur (Galat. V, 6), etiamsi aliquantum ambulant, non perseverant usque in finem. Et utique potuerunt rapi, ne malitia mutaret intellectum eorum (Sap. IV, 11), si ad illam praedestinationem et vocationem, quae secundum propositum et sine poenitentia est, pertinerent. At ne quisquam praesumptor ita de occultis judicet alienis, ut dicat, Ideo non rapti sunt ex hac vita, antequam essent fidei desertores, quia in eadem vita non fideliter ambulabant, et hoc in eorum cordibus noverat Dominus, quamvis hominibus aliter appareret:

Llama, pues, a unos enemigos, a otros amados: pero porque estaban en un solo pueblo, parece que dice lo mismo de ellos mismos. Aunque también de los mismos enemigos que crucificaron al Señor, muchísimos se convirtieron y aparecieron como elegidos. Entonces elegidos, cuando se convirtieron, en cuanto al inicio de la salvación; en cuanto, en cambio, a la presciencia de Dios, no entonces elegidos, sino antes de la constitución del mundo, como dice el mismo apóstol: que nos eligió antes de la constitución del mundo (Ef 1, 4). De dos modos, por tanto, los mismos enemigos son los amados: o porque ambos habían estado en un solo pueblo; o porque de los enemigos que se enfurecían hasta la sangre de Cristo, algunos de ellos habían sido hechos amados según la elección que latía en la presciencia de Dios. Para esto, pues, añadió: por causa de los padres; porque convenía que se cumpliera lo que fue prometido a los padres, como hacia el fin de la Epístola a los Romanos dice: Pues digo que Cristo fue ministro de la circuncisión por causa de la verdad de Dios, para confirmar las promesas de los padres. Las Gentes, en cambio, glorificar a Dios por la misericordia (Rom 15, 8. 9). Según aquella misericordia se dijo: enemigos por causa de vosotros: lo cual también arriba había dicho: Por el delito de ellos la salvación es para las Gentes.

21. Pero habiendo dicho: según la elección amados por causa de los padres, añadió: Pues sin arrepentimiento son los dones y la vocación de Dios. Ves ciertamente que se significan aquellos que pertenecen al número de los predestinados. De los cuales en otro lugar dice: Sabemos que para los que aman a Dios todas las cosas cooperan para el bien, para aquellos que según el propósito han sido llamados. Pues muchos son los llamados, pero pocos los elegidos (Mt 22, 14): los que, en cambio, son elegidos, ellos mismos son los llamados según el propósito; en los cuales, sin duda alguna, la presciencia de Dios no puede engañarse. A estos conoció de antemano y predestinó a ser conformes a la imagen de su Hijo, para que él mismo sea el primogénito entre muchos hermanos. A los que, en cambio, predestinó, a aquellos también llamó. Esta vocación es según el propósito; esta es sin arrepentimiento. A los que, en cambio, llamó, a aquellos también justificó; a los que, en cambio, justificó, a aquellos también glorificó. Si Dios está por nosotros, ¿quién contra nosotros? (Rom 8, 28-31).

22. No están en aquella vocación los que, en la fe que obra por la caridad (Gál 5, 6), aunque caminan por algún tiempo, no perseveran hasta el fin. Y ciertamente pudieron ser arrebatados, no fuera que la malicia cambiara su entendimiento (Sab 4, 11), si pertenecieran a aquella predestinación y vocación que es según el propósito y sin arrepentimiento. Mas para que ningún presuntuoso juzgue de tal modo sobre lo oculto de los otros que diga: «Por eso no fueron arrebatados de esta vida antes de ser desertores de la fe, porque en la misma vida no caminaban fielmente, y esto lo conocía el Señor en sus corazones, aunque a los hombres les pareciera de otro modo»:

quid dicturus est de infantulis parvulis, qui plerique accepto in illa aetate christianae gratiae Sacramento, cum sine dubio pertinerent ad vitam aeternam regnumque coelorum, si continuo ex hac vita emigrarent, sinuntur crescere, et nonnulli etiam apostatae fiunt? Unde, nisi quia non pertinent ad illam praedestinationem, et secundum propositum ac sine poenitentia vocationem? Cur autem ad eam alii pertineant, alii non pertineant, occulta causa esse potest, injusta esse non potest. Numquid enim iniquitas apud Deum? Absit (Rom. IX, 14). Nam et hoc ad illam pertinet altitudinem judiciorum, quam mirans tanquam expavit Apostolus. Ideo quippe illa judicia vocat, ne quisquam talia fieri putet, sive iniquitate sive temeritate facientis, sive casu et fortuito labentibus ullis partibus tam dispositorum sub tanta sapientia Dei saeculorum.

23. In Epistola porro ad Colossenses quod scriptum est, Nemo vos seducat volens in humilitate (Coloss. II, 18), et caetera quae sequuntur, quousque tibi obscura esse dixisti, nec ego adhuc sine caligine intelligo. Atque utinam praesens de me ista quaesiisses: in eo quippe sensu, quem mihi in his verbis habere videor, adhibenda est quaedam pronuntiatio in vultu et modo vocis, qui exprimi litteris non potest, ut ex aliqua parte aperiatur; quod ideo fit obscurius, quia non recte, sicut existimo, pronuntiatur. Quod enim scriptum est, Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis; tanquam praeceptum putatur Apostoli, nescio quid tangere, gustare, attaminare prohibentis. Contra est autem, si tamen in tanta obscuritate ista non fallor. Per irrisionem quippe verba posuit eorum, a quibus eos nolebat decipi atque seduci, qui discernentes cibos secundum culturam Angelorum, atque ita de hoc mundo decernentes, dicunt, Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis; cum sint omnia munda mundis (Tit. I, 15), et omnis creatura Dei bona sit (I Tim. IV, 4): quod in alio loco ipse evidenter commendat.

24. Totam ergo ipsius sententiae circumstantiam videamus: ita enim Apostoli intentione perspecta, sensum ejus, quantum valemus, fortasse tenebimus. Quibus enim ista scribit, metuebat eos seduci umbris rerum, dulci nomine scientiae, et averti a luce veritatis quae est in Christo Jesu Domino nostro. Hanc autem sub nomine sapientiae vel scientiae curam vanarum superfluarumve observationum, et de superstitione gentilitatis, maximeque ab eis qui Philosophi sunt nuncupati, et a Judaismo, cavendam esse cernebat, ubi erant umbrae futurorum removendae, quoniam lumen earum jam Christus advenerat.

¿qué va a decir de los niños pequeñitos, los cuales, habiendo muchísimos recibido en aquella edad el Sacramento de la gracia cristiana, siendo así que sin duda pertenecerían a la vida eterna y al reino de los cielos si continuamente emigraran de esta vida, se les deja crecer y algunos incluso se hacen apóstatas? ¿De dónde esto, sino porque no pertenecen a aquella predestinación y vocación según el propósito y sin arrepentimiento? Por qué, en cambio, unos pertenezcan a ella y otros no, puede haber una causa oculta, pero no puede ser injusta. ¿Acaso hay iniquidad en Dios? En modo alguno (Rom 9, 14). Pues también esto pertenece a aquella profundidad de los juicios que, admirándolos, el Apóstol como que se despavorió. Por eso, ciertamente, llama juicios a aquellos, para que nadie piense que tales cosas se hacen o por iniquidad o por temeridad del que las hace, o por el acaso y fortuitamente deslizándose algunas partes de los siglos tan dispuestos bajo tan gran sabiduría de Dios.

23. Por lo demás, en la Epístola a los Colosenses, lo que está escrito: Nadie os seduzca queriendo en humildad (Col 2, 18), y las demás cosas que siguen, por cuanto dijiste que te eran oscuras, ni yo todavía las entiendo sin tinieblas. Y ojalá me hubieras preguntado estas cosas estando presente: pues en aquel sentido que me parece tener en estas palabras, se ha de emplear una cierta pronunciación en el rostro y en el modo de la voz, que no puede expresarse por letras, para que por alguna parte se abra; lo cual por eso se hace más oscuro porque no rectamente, según estimo, se pronuncia. Pues lo que está escrito: No toquéis, no gustéis, no contaminéis; se piensa como precepto del Apóstol que prohíbe tocar, gustar, contaminar no sé qué. Pero es al contrario, si es que en tanta oscuridad no me engaño en estas cosas. Pues ciertamente puso las palabras por burla de aquellos por quienes no quería que fueran engañados y seducidos, los cuales, discerniendo los alimentos según el culto de los Ángeles, y así decretando sobre este mundo, dicen: No toquéis, no gustéis, no contaminéis; siendo así que todas las cosas son limpias para los limpios (Tit 1, 15), y toda criatura de Dios es buena (1 Tim 4, 4): lo cual en otro lugar él mismo evidentemente recomienda.

24. Veamos, pues, toda la circunstancia de la sentencia misma: pues así, percibida la intención del Apóstol, tal vez sostendremos su sentido en cuanto podemos. Pues para aquellos a quienes escribe estas cosas, temía que fueran seducidos por las sombras de las cosas, bajo el dulce nombre de la ciencia, y apartados de la luz de la verdad que está en Cristo Jesús Señor nuestro. Pero este cuidado de vanas o superfluas observaciones bajo el nombre de la sabiduría o de la ciencia, y sobre la superstición de la gentilidad, y máxime por aquellos que han sido llamados Filósofos, y por el judaísmo, discernía que debía evitarse, donde las sombras de lo futuro habían de ser removidas, puesto que ya Cristo, su luz, había llegado.

Cum ergo commemorasset et commendasset quantum certamen pro eis haberet, et pro his qui Laodiceae fuerant, et quicumque non viderant faciem ejus in carne, ut cordibus consolarentur copulati in charitate, et in omnibus divitiis plenitudinis intellectus, ad cognoscendum mysterium Dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi; Hoc dico, inquit, ut nemo vos circumveniat in veri simili sermone: quia veritatis amore ducebantur, veri similitudinem illis timuit, ne deciperentur. Et ideo commendavit in Christo quod dulcissimum habebant thesaurum, scilicet sapientiae et scientiae, cujus nomine et promissione induci poterant in errorem.

25. Nam etsi corpore, inquit, absens sum, spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns vestram ordinationem, et id quod deest fidei vestrae in Christo. Ideo illis timebat, quoniam quid eis adhuc deesset, videbat. Sicut ergo accepistis, inquit, Jesum Christum Dominum nostrum, in ipso ambulate; radicati et superaedificati in ipso, et confirmati in fide, sicut et didicistis, abundantes in ea gratiarum actione. Vult eos fide nutriri, ut capaces fiant participandorum thesaurorum sapientiae et scientiae, qui sunt absconditi in Christo; ne antequam sint ad haec idonei, veri simili sermone capiantur, et a veritatis itinere devient. Deinde apertius, quid eis timeat ostendens: Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum: quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Ideo corporaliter dixit, quia illi umbratiliter seducebant; translato verbo usus, sicut etiam umbrae nomen in his rebus non est utique verbum proprium, sed quadam similitudinis ratione translatum. Et estis in illo, inquit, repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. Per principatus enim et potestates superstitio Gentilium vel Philosophi seducebant, praedicantes illam quam vocant theologiam per clementa hujus mundi. Caput autem omnium Christum, principium omnium voluit intelligi, sicut ipse, cum ei dictum esset. Tu quis es? respondit: Principium, qui et loquor vobis (Joan. VIII, 25). Omnia enim per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (Id. I, 3). Mirabiliter autem vult eos esse horum velut mirabilium contemptores, cum eos ostendit corpus factos illius capitis, dicendo: Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis.

Habiendo, pues, conmemorado y recomendado cuán gran certamen tenía por ellos y por los que habían estado en Laodicea, y quienesquiera que no habían visto su rostro en la carne, para que en sus corazones se consolaran unidos en la caridad y en todas las riquezas de la plenitud del entendimiento, para conocer el misterio de Dios, que es Cristo, en el cual están todos los tesoros de la sabiduría y de la ciencia escondidos; Esto digo, dice, para que nadie os circunvenga en un discurso plausible: porque por el amor de la verdad eran llevados, temió para ellos la verosimilitud, no fueran engañados. Y por eso recomendó en Cristo lo que tenían como dulcísimo tesoro, a saber, de la sabiduría y de la ciencia, en cuyo nombre y promesa podían ser inducidos al error.

25. «Pues aunque en el cuerpo —dice— estoy ausente, en el espíritu estoy con vosotros; gozándome y viendo vuestro orden y lo que falta a vuestra fe en Cristo». Por eso temía por ellos, porque veía lo que todavía les faltaba. «Como, pues, habéis recibido —dice— a Jesucristo nuestro Señor, caminad en él; arraigados y sobreedificados en él, y confirmados en la fe, tal como también habéis aprendido, abundando en ella en la acción de gracias». Quiere que sean nutridos por la fe para que se hagan capaces de participar de los tesoros de la sabiduría y de la ciencia que están escondidos en Cristo; no sea que, antes de que sean idóneos para esto, sean atrapados por un discurso plausible y se desvíen del camino de la verdad. Luego, mostrando más abiertamente qué teme por ellos: «Ved —dice— que nadie os engañe por la filosofía y la vana seducción, según la tradición de los hombres, según los elementos del mundo y no según Cristo: porque en él habita toda la plenitud de la divinidad corporalmente». Dijo «corporalmente» por esto: porque aquellos seducían por medio de sombras; usando una palabra trasladada, así como también el nombre de «sombra» en estas cosas no es ciertamente palabra propia, sino trasladada por una cierta razón de semejanza. «Y estáis en él —dice— repletos, el cual es la cabeza de todo principado y potestad». Pues por los principados y potestades la superstición de los Gentiles o los Filósofos seducían, predicando aquella que llaman teología por los elementos de este mundo. Pero quiso que se entendiera por cabeza de todos a Cristo, principio de todos, como él mismo, habiéndosele dicho: «¿Tú quién eres?», respondió: «El principio, el que también os hablo» (Jn 8, 25). Pues todas las cosas por él fueron hechas, y sin él nada fue hecho (Jn 1, 3). Maravillosamente, pues, quiere que ellos sean como despreciadores de estas cosas maravillosas, cuando los muestra hechos cuerpo de aquella cabeza, diciendo: «Y estáis en él repletos, el cual es la cabeza de todo principado y potestad».

26. Hinc jam ne umbris Judaismi seducantur, adjungit: In quo etiam circumcisi estis, circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis; vel, sicut aliqui habent, in exspoliatione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi; consepulti ei in Baptismo, in quo et consurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. Vide quemadmodum et hic corpus Christi eos ostendit, ut ista contemnant, cohaerentes tanto capiti suo, mediatori Dei et hominum Christo Jesu, et nullum falsum vel invalidum medium per quod Deo cohaereant, requirentes. Et vos, inquit, cum essetis mortui in delictis et praeputio carnis vestrae; praeputium vocavit quod significatur praeputio, hoc est delicta carnalia quibus exspoliandi sumus: vivificavit, inquit, cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod adversus nos erat chirographum in decretis, quod erat contrarium nobis; quia reos Lex faciebat, quae subintraverat ut abundaret delictum. Tollens, inquit, illud de medio et affigens illud cruci, exuens se carne, principatus et potestates exemplavit, fiducialiter triumphans eos in semetipso: non utique bonos, sed malos principatus et malas potestates, diabolicas scilicet et daemoniacas exemplavit ; id est, exemplum de illis dedit, ut quemadmodum ipse se exuit carne, sic suos ostenderet exuendos carnalibus vitiis, per quae illi eis dominabantur.

27. Jam hic diligenter attende quamadmodum inferat propter quod cuncta ista commemoravimus. Nemo ergo vos, inquit, judicet in cibo: tanquam propterea omnia illa dixerit, quia isti per hujusmodi observationes seducebantur a veritate, qua liberi fiebant; de qua dictum est in Evangelio, Et veritas liberavit vos (Id. VIII, 32), id est, liberos faciet. Nemo ergo vos, inquit, judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum; quod est umbra futurorum: hoc propter Judaismum. Deinde sequitur propter superstitiones Gentilium, Corpus autem Christi, inquit, nemo vos convincat: turpe est, inquit, et nimis incongruum, et a generositate vestrae libertatis alienum, ut cum sitis corpus Christi, seducamini umbris, et convinci videamini veluti peccantes, si haec observare negligitis. Corpus ergo Christi, nemo vos convincat volens in humilitate cordis. Hoc si per verbum graecum diceretur, etiam in latina consuetudine populari sonaret usitatius.

26. De aquí ya, para que no sean seducidos por las sombras del judaísmo, añade: «En el cual también habéis sido circuncidados con circuncisión no hecha por mano en el despojo del cuerpo de la carne»; o, como algunos tienen: «en el despojo del cuerpo de los pecados de la carne, en la circuncisión de Cristo; sepultados con él en el Bautismo, en el cual también resucitasteis por la fe de la operación de Dios, que le resucitó de entre los muertos». Mira de qué modo también aquí los muestra ser cuerpo de Cristo, para que desprecien aquellas cosas, adhiriéndose a tan gran cabeza suya, el mediador de Dios y de los hombres Cristo Jesús, y no requiriendo ningún medio falso o inválido por el cual se adhieran a Dios. «Y vosotros —dice— cuando estabais muertos en los delitos y en el prepucio de vuestra carne»; llamó prepucio a lo que se significa por el prepucio, esto es, los delitos carnales de los cuales hemos de ser despojados: «os vivificó —dice— con él, perdonándoos todos los delitos, borrando el quirógrafo que contra nosotros había en los decretos, el cual nos era contrario»; porque la Ley los hacía reos, la cual había entrado para que abundara el delito. «Quitándolo —dice— de en medio y clavándolo en la cruz, despojándose de la carne, puso por ejemplo a los principados y potestades, triunfando confiadamente de ellos en sí mismo»: no ciertamente a los buenos, sino a los malos principados y a las malas potestades, a saber, las diabólicas y demoníacas puso por ejemplo; esto es, dio ejemplo de ellos para que, así como él mismo se despojó de la carne, así mostrara que los suyos habían de ser despojados de los vicios carnales por los cuales aquellos dominaban sobre ellos.

27. Ya aquí atiende diligentemente de qué modo introduce aquello por lo cual hemos conmemorado todas esas cosas. «Nadie, pues —dice— os juzgue en la comida»; como si para eso hubiera dicho todo aquello: porque estos, por observaciones de esta clase, eran seducidos de la verdad por la cual se hacían libres; de la cual se dijo en el Evangelio: «Y la verdad os ha liberado» (Jn 8, 32), esto es, os hará libres. «Nadie, pues —dice— os juzgue en la comida, o en la bebida, o en parte de día festivo, o de neomenia, o de los sábados; lo cual es sombra de lo futuro»; esto por causa del judaísmo. Luego sigue por causa de las supersticiones de los Gentiles: «El cuerpo de Cristo, en cambio —dice— nadie os convenza»; es torpe, dice, y demasiado incongruente, y ajeno a la generosidad de vuestra libertad que, siendo cuerpo de Cristo, seáis seducidos por las sombras y parezcáis convencidos como si pecarais si descuidáis observar estas cosas. «El cuerpo de Cristo, pues, nadie os convenza queriendo en humildad de corazón». Si esto se dijera por palabra griega, sonaría más usual incluso en la costumbre latina popular.

Sic enim et vulgo dicitur qui divitem affectat, thelodives, et qui sapientem, thelosapiens, et caetera hujusmodi: ergo et hic thelohumilis, quod plenius dicitur thelon humilis, id est, volens humilis, affectans humilitatem; quod intelligitur, volens videri humilis, affectans humilitatem. Hoc enim talibus observationibus agitur, ut cor hominis velut religione humile reddatur. Addidit autem et culturam Angelorum, vel sicut vestri codices habent, religionem Angelorum, quae graece θρησκεία dicitur; Angelos volens intelligi Principatus, quos elementorum mundi hujus praepositos, in his observationibus colendos esse arbitrantur.

28. Nemo ergo vos, inquit, convincat cum sitis corpus Christi, volens videri humilis corde in cultura Angelorum, quae non vidit inculcans : vel, sicut quidam codices habent, quae vidit inculcans. Aut enim sic dicere voluit, quae non vidit inculcans: quia homines ista suspicionibus et opinionibus agunt; non quod viderint ista esse facienda. Aut certe, quae vidit inculcans: id est magna existimans, quia vidit ea quibusdam locis observari alibi ab hominibus quorum auctoritati haberet fidem etiam ratione non reddita; et ideo sibi magnus videtur, quia ei contigit quorumdam sacrorum videre secreta. Sed plenior sensus est, quae non vidit inculcans, frustra inflatus mente carnis suae. Mirabiliter ibi eum dixit inflatum mente carnis suae, ubi thelohumilem supra dixerat: fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, quam si apertius superbiret. Et non tenens, inquit, caput, quod vult Christum intelligi, ex quo omne corpus compactum et connexum, subministratum et copulatum crescit in incrementum Dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis?

29. His dictis inserit verba eorum qui decernunt de hoc mundo per has observationes quasi rationabiles, affectata vanitate humilitatis inflati: Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis. Recolamus quod dictum est superius, ut hoc intelligamus. Non vult enim eos in his observationibus judicari, ubi dicitur, Ne tetigeritis, ne gustaveritis, ne attaminaveritis: quae sunt omnia, inquit, in corruptionem per abusionem. Omnia haec, inquit, magis ad corruptionem valent, cum superstitiose ab eis abstinetur, ut eis homo abutatur, id est, non eis utatur secundum praecepta et doctrinas hominum.

Pues así también se dice vulgarmente del que afecta ser rico, «thelodives», y del que afecta ser sabio, «thelosapiens», y otras cosas de esta clase: por tanto, aquí también «thelohumilis», lo cual plenamente se dice «thelon humilis», esto es, queriendo ser humilde, afectando humildad; lo cual se entiende: queriendo parecer humilde, afectando humildad. Pues con tales observaciones se hace esto, para que el corazón del hombre sea devuelto como humilde por la religión. Añadió, además: «y el culto de los Ángeles», o tal como vuestros códice tienen: «la religión de los Ángeles», que en griego se dice «thrēskeia»; queriendo que se entiendan por Ángeles los Principados que, puestos al frente de los elementos de este mundo, consideran que deben ser adorados en estas observaciones.

Nadie, pues —dice— os convenza, siendo cuerpo de Cristo, queriendo parecer humilde de corazón en el culto de los Ángeles, «insistiendo en lo que no ha visto»; o, como tienen algunos códices: «insistiendo en lo que ha visto». Pues o quiso decirlo así: «insistiendo en lo que no ha visto», porque los hombres hacen estas cosas por sospechas y opiniones, no porque hayan visto que estas cosas deben hacerse. O ciertamente: «insistiendo en lo que ha visto», esto es, estimándolas grandes porque las vio observarse en algunos lugares por otros hombres en cuya autoridad tuviera fe aun no dándose la razón; y por eso se le antoja grande a sí mismo, porque le aconteció ver los secretos de algunos ritos sagrados. Pero el sentido más pleno es: «insistiendo en lo que no ha visto, vanamente hinchado por la mente de su carne». Maravillosamente le llamó allí hinchado por la mente de su carne, donde arriba le había llamado «thelohumilis»: pues sucede de modos admirables en el alma del hombre que se hinche más por una falsa humildad que si más abiertamente se ensoberbeciera. «And no sosteniendo —dice— la cabeza», que quiere que se entienda por Cristo, «de la cual todo el cuerpo compacto y conexo, suministrado y unido crece en el crecimiento de Dios». Si, pues, habéis muerto con Cristo a los elementos de este mundo, ¿por qué todavía como vivientes de este mundo decretáis?

29. Dichas estas cosas, inserta las palabras de aquellos que decretan sobre este mundo por estas observaciones como si fueran razonables, hinchados con una afectada vanidad de humildad: «No toquéis, no gustéis, no contaminéis». Recordemos lo que se dijo arriba para que entendamos esto. Pues no quiere que ellos sean juzgados en estas observaciones donde se dice: «No toquéis, no gustéis, no contaminéis; las cuales cosas son todas —dice— para la corrupción por el abuso». Todas estas cosas, dice, valen más bien para la corrupción cuando supersticiosamente se abstiene de ellas para que el hombre abuse de ellas, esto es, no use de ellas «según los preceptos y doctrinas de los hombres».

Hoc planum est; sed quod sequitur multum requiris: Quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in observatione, et humilitate cordis, et vexatione corporis; vel, sicut alii interpretati sunt, ad non parcendura corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Cur, inquis, haec dicit rationem habere sapientiae, quae ita reprehendit?

30. Dicam, quod et ipse in Scripturis potes advertere, saepe sapientiam positam etiam in sedibus mundi hujus, quam dicit expressius sapientiam hujus mundi. Nec moveat quod hic non addidit, Mundi. Non enim et alio loco, cum ait, Ubi sapiens? ubi scriba (I Cor. I, 20)? addidit, Hujus mundi; ut diceret, Ubi sapiens hujus mundi: et tamen hoc intelligitur. Sic et ista ratio sapientiae. Nihil enim ab eis dicitur in hujusmodi superstitiosis observationibus, ubi non mundi hujus elementorum naturarumque rerum, ratio quaedam sapientiae reddi videatur. Nam et cum dicit, Cavete ne quis vos decipiat per philosophiam; non ait, Hujus mundi: et quid est philosophia latine, nisi studium sapientiae? Sunt ergo, inquit, ista rationem quidem habentia sapientiae, id est, de quibus aliqua ratio reddatur secundum elementa mundi hujus, et principatus ac potestates. In observatione et humilitate cordis: id enim agunt ista, ut superstitionis vitio cor humilietur. Ad non parcendum corpori: dum fraudatur istis escis quibus compellitur abstinere. Non in honore aliquo ad saturitatem carnis: non quod honoratius illo magis quam illo cibo caro saturetur, cum ad ejus necessitatem non pertineat nisi quolibet valetudini apto alimento refici atque fulciri.

CAPUT III.

31. De Evangelio inquisitio tua solet multos movere, quomodo Dominus post resurrectionem, cum in eodem corpore surrexerit , a quibusdam qui eum noverant, utriusque sexus hominum, et agnitus non sit, et agnitus sit. Ubi primum quaeri solet utrum in ejus corpore, an potius in illorum oculis aliquid factum sit quo non posset agnosci. Cum enim legitur, Tenebantur oculi eorum ne agnoscerent eum (Luc. XXIV, 16); impedimentum quoddam agnoscendi videtur in luminibus factum esse cernentium: cum vero aperte alibi dicitur, Apparuit eis in alia effigie (Marc. VI, 12), utique in ipso corpore cujus alia erat effigies, aliquid factum fuisse, quo impedimento tenerentur, id est, moram agnoscendi paterentur oculi illorum.

Esto es claro; pero lo que sigue lo preguntas mucho: «Las cuales cosas ciertamente tienen razón de sabiduría en la observación, y en la humildad del corazón, y en la vejación del cuerpo»; o, como otros han interpretado: «para no perdonar al cuerpo, no en honor alguno para la saturación de la carne». ¿Por qué —preguntas— dice que estas cosas tienen razón de sabiduría, las cuales así reprende?

30. Diré lo que tú mismo en las Escrituras puedes advertir: que a menudo la sabiduría se pone incluso en las sedes de este mundo, la cual llama más expresamente sabiduría de este mundo. Ni te mueva el que aquí no añadió: «del mundo». Pues ¿acaso no también en otro lugar, cuando dice: «¿Dónde está el sabio? ¿dónde el escriba?» (1 Cor 1, 20), añadió: «de este mundo», para decir: «¿donde el sabio de este mundo?»; y, sin embargo, esto se entiende. Así también es aquella razón de sabiduría. Pues nada se dice por ellos en tales observaciones supersticiosas, donde no parezca darse una cierta razón de sabiduría según los elementos y las naturalezas de las cosas de este mundo. Pues también cuando dice: «Cuidado, no sea que alguien os engañe por la filosofía», no dice: «de este mundo»; ¿y qué es la filosofía en latín, sino el estudio de la sabiduría? Son, pues, dice, aquellas cosas «que tienen ciertamente razón de sabiduría», esto es, de las cuales se da alguna razón según los elementos de este mundo, y los principados y potestades. «En la observación y humildad del corazón»: pues eso hacen aquellas cosas, para que el corazón se humille por el vicio de la superstición. «Para no perdonar al cuerpo»: mientras se le defrauda de aquellos manjares de los cuales se le obliga a abstenerse. «No en honor alguno para la saturación de la carne»: no porque la carne se sature más honrosamente por aquel que por este alimento, siendo así que a su necesidad no pertenece sino ser recreada y sostenida por cualquier alimento apto para la salud.

CAPÍTULO III.

31. Sobre el Evangelio, tu investigación suele inquietar a muchos: de qué modo el Señor, después de la resurrección, habiendo resucitado en el mismo cuerpo, por algunos que le habían conocido, hombres de uno y otro sexo, tanto no fue reconocido como fue reconocido. Donde primero suele preguntarse si en su cuerpo, o más bien en los ojos de ellos, se hizo algo por lo cual no pudiera ser reconocido. Pues cuando se lee: «Sus ojos estaban retenidos para que no le reconocieran» (Lc 24, 16), parece que se hizo un cierto impedimento de reconocer en los ojos de los que miraban; pero cuando abiertamente se dice en otro lugar: «Se les apareció en otra efigie» (Mc 16, 12), ciertamente en el mismo cuerpo cuya efigie era otra, algo se había hecho por cuyo impedimento eran retenidos, esto es, padecían los ojos de aquellos una demora de reconocer.

Sed ego miror, cum duo sint in corpore quibus cujusque species agnoscatur, lineamenta et color, cur ante resurrectionem, quod in monte ita transfiguratus est ut fieret et vultus ejus splendidissimus sicut sol (Matth. XVII, 2), neminem movet eum usque ad tantam excellentiam fulgoris et lucis colorem sui corporis mutare potuisse; et post resurrectionem movet aliquatenus lineamenta mutata esse, ut non posset agnosci, et rursum eadem potentiae facultate, sicut tunc pristinum colorem, sic et post resurrectionem pristina lineamenta revocasse. Nam et illi tres discipuli, ante quorum oculos in monte transfiguratus est, non eum agnoscerent, si ad eos talis aliunde venisset: sed quia cum illo erant, ipsum esse certissime retinebant. At enim corpus ipsum erat, in quo resurrexit. Quid hoc ad rem? Nam illud utique ipsum corpus erat in quo in monte transfiguratus est; et ipsum erat juvenis in quo natus est: et tamen si quis eum repente juvenem vidisset, qui nonnisi infantulum nosset, non utique agnosceret. An vero ad lineamenta mutanda non potest celeriter Dei potestas, quod potest per annorum moras hominis aetas?

32. Quod autem Mariae dixit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem (Joan. XX, 17), nihil aliud me intellexisse noveris, quam tu. Ita enim significare voluit tactum spiritualem, id est, accessum fidei se requirere, qua creditur eum excelsum esse cum Patre. Et quod ab illis duobus in fractione panis est agnitus (Luc. XXIV, 30, 31), Sacramentum esse quod nos in agnitionem suam congregat, nullus debet ambigere.

33. De verbis Simeonis, ubi ait Virgini matri Domini, Et tuam ipsius animam pertransibit framea, in alia epistola cujus exemplum etiam modo misi, dixi quid mihi videatur; quod etiam tibi inter caetera visum est. Et quod adjunxit, Ut denudentur multorum cordium cogitationes (Id. II, 35), hoc intelligendum puto, quia per Domini passionem, et insidiae Judaeorum, et discipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igitur, gladii nomine significatam esse, credibile est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in Psalmo dicitur: Et gladius in ore eorum (Psal. LVIII, 8). Ipsi enim erant filii hominum, quorum dentes arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus (Psal. LVI, 5). Nam et ferrum quod pertransiit animam Joseph, pro dura tribulatione positum mihi videtur: aperte quippe dicitur, Ferrum pertransiit animam ejus, donec veniret verbum ejus; id est, tamdiu fuit in dura tribulatione, donec fieret quod praedixit. Hinc enim magnus est habitus, et ab illa tribulatione liberatus.

Pero yo me maravillo, habiendo dos cosas en el cuerpo por las cuales se reconoce la especie de cada uno, los rasgos y el color, por qué antes de la resurrección, porque en el monte fue de tal modo transfigurado que su rostro se hizo espléndidísimo como el sol (Mt 17, 2), a nadie inquieta que él pudiera cambiar el color de su cuerpo hasta tan gran excelencia de fulgor y de luz; y después de la resurrección inquieta en cierto modo que los rasgos fueran cambiados para que no pudiera ser reconocido, y de nuevo, por la misma facultad de poder, así como entonces el antiguo color, así también después de la resurrección revocara los antiguos rasgos. Pues también aquellos tres discípulos, ante cuyos ojos se transfiguró en el monte, no le reconocerían si tal hubiera venido a ellos de otra parte; pero porque estaban con él, retenían con toda certeza que era él mismo. Pero es que era el mismo cuerpo en el que resucitó. ¿Qué tiene esto que ver con el asunto? Pues aquel era ciertamente el mismo cuerpo en el que fue transfigurado en el monte; y era el mismo joven en el que nació; y, sin embargo, si alguien le hubiera visto de repente joven, habiéndole conocido solo de niño, no le reconocería ciertamente. ¿O es que para cambiar los rasgos no puede rápidamente el poder de Dios lo que puede por las demoras de los años la edad del hombre?

32. En cuanto a lo que dijo a María: «No me toques, pues todavía no he subido al Padre» (Jn 20, 17), sabe que no he entendido yo otra cosa que tú. Pues de ese modo quiso significar el tacto espiritual, esto es, que él requiere un acceso de fe, por la cual se cree que él está excelso con el Padre. Y el que por aquellos dos fue reconocido en la fracción del pan (Lc 24, 30. 31), nadie debe dudar que es el Sacramento el que nos congrega en su conocimiento.

33. Sobre las palabras de Simeón, donde dice a la Virgen madre del Señor: «Y a tu misma alma la atravesará una espada», en otra epístola de la cual también ahora envié copia, dije qué me parece; lo cual también a ti te pareció entre lo demás. Y lo que añadió: «Para que sean desnudados los pensamientos de muchos corazones» (Lc 2, 35), pienso que esto ha de entenderse porque, por la pasión del Señor, quedaron patentes tanto las insidias de los judíos como la flaqueza de los discípulos. Es creíble, por tanto, que la tribulación fue significada con el nombre de espada, con la cual el alma materna fue herida con el afecto del dolor. Ella misma fue la espada en la boca de los perseguidores, de los cuales se dice en el Salmo: «Y espada en la boca de ellos» (Sal 58, 8). Pues ellos mismos eran los hijos de los hombres, cuyos dientes son armas y saetas, y su lengua espada aguda (Sal 56, 5). Pues también el hierro que atravesó el alma de José me parece puesto por la dura tribulación: pues abiertamente se dice, por cierto: «El hierro atravesó su alma, hasta que viniera su palabra»; esto es, tanto tiempo estuvo en dura tribulación hasta que se hiciera lo que predijo. Pues de aquí fue tenido por grande y liberado de aquella tribulación.

Sed ne humanae sapientiae tribueretur, quod venit verbum ejus, id est, factum est quod praedixit, more suo Scriptura sancta Deo inde dat gloriam, et continuo subjungit: Eloquium Domini ignivit eum (Psal. CIV, 18, 19).

4. No dudes, por tanto, que este oficio nuestro desciende de la religión, pues Dios, en quien no hay iniquidad alguna, cuyo poder es supremo, que no solo ve de qué clase es cada uno, sino que verdaderamente incluso prevé de qué clase será, el único que puede no errar al juzgar porque no puede engañarse al conocer, hace sin embargo, como dice el Evangelio, «que su sol salga sobre buenos y malos, y llueva sobre justos e injustos». De cuya admirable bondad para que seamos imitadores, exhortando el Señor Cristo, dice: «Amad a vuestros enemigos; haced bien a los que os odian; y orad por los que os persiguen: para que seáis hijos de vuestro Padre que está en los cielos, que hace que su sol salga sobre buenos y malos, y llueve sobre justos e injustos» (Mt 5, 44. 45). ¿Quién ignora que muchos abusan de esta indulgencia y lenidad divina para su propia perdición? A los cuales arguyendo y reprendiendo gravemente el Apóstol, dice: «¿Pero piensas tú, oh hombre cualquiera que juzgas a los que tales cosas hacen y las haces tú mismo, que tú escaparás al juicio de Dios?». ¿O desprecias las riquezas de su benignidad, y paciencia, y longanimidad? ¿ignoras que la benignidad de Dios te conduce a la penitencia? Pero según tu dureza y corazón impenitente te atesoras ira para el día de la ira y de la revelación del justo juicio de Dios, que dará a cada uno según sus obras» (Rm 2, 3-6). ¿Acaso porque estos perseveran en su iniquidad, por eso Dios no persevera en su paciencia; castigando por medio de unas pocas cosas en este mundo para que no se crea que no existe la divina providencia, y reservando muchas para el examen último para que se recomiende el juicio futuro?

5. No, según opino, aquel maestro celestial nos manda amar la impiedad cuando manda que amemos a nuestros enemigos, hagamos bien a los que nos odian, oremos por los que nos persiguen; cuando sin duda alguna, si piadosamente cultivamos a Dios, no podemos tener enemigos e incitados por los odios más acerbos contra nosotros y perseguidores sino a los impíos. ¿Acaso, pues, se ha de amar a los impíos? ¿acaso se ha de hacer bien a los impíos? ¿acaso se ha de orar incluso por los impíos? Así es, claramente. Pues quien manda esto es Dios; y sin embargo no por este pacto nos une a la sociedad de los impíos, a los cuales él mismo, perdonando y otorgando vida y salud, por cierto no se asocia. En efecto, su designio, cuanto se ha concedido conocer al hombre piadoso, lo expone el Apóstol diciendo: «¿Ignoras que la paciencia de Dios te conduce a la penitencia?». A esta queremos que sean conducidos aquellos por quienes intercedemos; no perdonamos ni favorecemos sus pecados.

CAPÍTULO III.

6. Nam quosdam quorum crimina manifesta sunt, a vestra severitate liberatos, a societate tamen removemus altaris, ut poenitendo placare possint quem peccando contempserant, seque ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit quem veraciter poenitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat: eo quippe modo sibi non parcenti ille parcit, cujus altum justumque judicium nullus contemptor evadit. Quod si iniquis et scelestis ille parcendo, eisque vitam salutemque largiendo, etiam plerisque corum quos novit non acturos poenitentiam, tamen exhibet patientiam; quanto magis nos in eos qui correctionem promittunt, et utrum faciant quod promittunt incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem vestrum pro eis intercedendo flectamus, pro quibus et Dominum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen impudenter, quia hoc ipse praecepit, oramus!

7. In tantum autem hominum aliquando iniquitas progreditur, ut etiam post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia vel graviora committant: et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum; nec minus tribuit quam ante tribuebat largissima munera vitae ac salutis. Et quamvis eis in Ecclesia locus humillimae poenitentiae non concedatur; Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat, Aut date mihi eumdem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quidquid libuerit, quantum meis opibus adjuvor, et humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili: aut si me ab hac nequitia revocatis, dicite utrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita et concessa subtraxero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciavero, si miserabilius ingemuero; si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si charitate, quae operit multitudinem peccatorum (I Petr. VIII, 4), flagravero ardentius; quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, Nihil tibi ista proderunt in posterum; vade, saltem vitae hujus suavitate perfruere? Avertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam! Quamvis ergo caute salubriterque provisum sit ut locus illius humillimae poenitentiae semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

6. Pues a algunos, cuyos crímenes son manifiestos, una vez liberados de vuestra severidad, los removemos sin embargo de la sociedad del altar, para que haciendo penitencia puedan aplacar a aquel a quien pecando habían despreciado, y castigándose a sí mismos. Pues nada más hace quien verdaderamente se arrepiente sino procurar que no deje impune lo que hizo de mal: de ese modo, por cierto, aquel que no se perdona a sí mismo es perdonado por Aquel cuyo alto y justo juicio ningún despreciador escapa. Y si aquel, perdonando a los inicuos y malvados, y otorgándoles vida y salud —incluso a muchos de ellos de quienes sabe que no han de hacer penitencia—, muestra sin embargo paciencia; ¡cuánto más nosotros debemos ser misericordiosos con aquellos que prometen corrección —aunque estemos inciertos de si harán lo que prometen —, para que dobleguemos vuestro rigor intercediendo por ellos, por quienes también oramos al Señor, a quien nada de sus costumbres, incluso futuras, le está oculto, y sin embargo no impúdicamente, porque él mismo lo mandó!

7. A tanto, sin embargo, progresa a veces la iniquidad de los hombres, que incluso después de hecha la penitencia, después de la reconciliación del altar, cometen o cosas similares o más graves: y sin embargo Dios hace que su sol salga también sobre tales; ni otorga menos de lo que antes otorgaba los larguísimos dones de la vida y la salud. Y aunque no se les conceda en la Iglesia lugar de humildísima penitencia, Dios sin embargo no se olvida de su paciencia sobre ellos. De cuyo número, si alguno nos dijera: «O dadme de nuevo ese mismo lugar de hacer penitencia, o permitidme, como desesperado, que haga lo que me plazca, en cuanto me ayuden mis recursos y no me lo prohíban las leyes humanas, en prostitutas y en todo lujo, condenable ciertamente ante el Señor, pero ante muchos hombres incluso loable; o, si me apartáis de esta iniquidad, decidme si me aprovecha algo para la vida futura si en esta vida desprecio los halagos del placer más seductor, si freno los incitamientos de las libidines, si para castigar mi cuerpo me sustraigo muchas cosas incluso lícitas y concedidas, si haciendo penitencia me atormento más vehementemente que antes, si gimo más miserablemente, si lloro más abundantemente, si vivo mejor, si sustento a los pobres más largamente, si ardo más ardientemente en la caridad, la cual 'cubre la multitud de los pecados' (1 Pe 4, 8)»; ¿quién de nosotros es tan necio que diga a este hombre: «Nada de eso te aprovechará para el futuro; vete, disfruta al menos de la suavidad de esta vida»? ¡Aparte Dios tan enorme y sacrílega demencia! Aunque, por tanto, se haya provisto cauta y provechosamente que el lugar de aquella humildísima penitencia se conceda una sola vez en la Iglesia, para que una medicina barata no fuera menos útil a los enfermos —la cual es tanto más saludable cuanto menos despreciable haya sido—; ¿quién, sin embargo, osaría decir a Dios: «¿Por qué perdonas todavía una vez más a este hombre que, después de la primera penitencia, de nuevo se enreda en los lazos de la iniquidad?»?

Quis audeat dicere erga istos non agi quod Apostolus ait, Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est, Beati omnes qui confidunt in eum (Psal. II, 13)? aut ad istos non pertinere quod dicitur, Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum (Psal. XXX, 25)?

8. Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia Dei, ut in hac temporali vita moribus emendatis, non damnentur in aeternum; qui nullius quae sibi praebeatur exspectat misericordiam, quoniam nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo justior: quales non esse oportet homines erga homines, qui hanc vitam nostram quantacumque laude cumulemus, eam sine peccato esse non dicimus? quod si dixerimus, nos ipsos, sicut scriptum est, decipimus, et veritas in nobis non est (I Joan. I, 8). Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia judicis, de quorum propriis officiis nimis longum est, et non necessarium hoc sermone disserere; sic tamen etiam ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitatos, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examina tarum injuriarum vindices, quales judices esse debent, terruit censura divina, ut cogitarent sibi propter sua peccata Dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vitae necisque haberent legitimam potestatem.

CAPUT IV.

9. Nam cum ad Dominum Christum Judaei adduxissent mulierem in adulterio comprehensam, eumque tentantes dicerent quod jussa esset Lege lapidari, ac deinde quaererent quid de illa ipse praeciperet; respondit eis: Qui sine peccato est vestrum, prior in eam lapidem jaciat (Joan. VIII, 7). Ita nec Legem improbavit, quae hujusmodi reas jussit occidi; et illos terrendo ad misericordiam revocavit, quorum judicio haec posset occidi. Puto quod hac sententia Domini audita, si praesens fuit etiam maritus ipse qui violatam sui tori fidem vindicari postulabat, exterritus animum ad voluntatem parcendi ab ulciscendi cupiditate deflexit. Nam quomodo non est admonitus accusator ne suas persequeretur injurias, quando ipsi judices ita sunt a vindicando prohibiti, qui in adultera punienda, non privato dolori compellebantur servire, sed Legi?

¿Quién osaría decir que con respecto a estos no se cumple lo que dice el Apóstol: «¿Ignoras que la paciencia de Dios te conduce a la penitencia?»; o que se ha definido, exceptuando a estos, lo que está escrito: «Bienaventurados todos los que confían en él» (Sal 2, 13); o que no pertenece a estos lo que se dice: «Obrad varonilmente, y confórtese vuestro corazón, todos los que esperáis en el Señor» (Sal 30, 25)?

8. Puesto que, por tanto, hay tanta paciencia, tanta misericordia de Dios sobre los pecadores, que enmendadas sus costumbres en esta vida temporal, no sean condenados por la eternidad; Aquel que no espera que se le ofrezca la misericordia de nadie, puesto que nadie hay más bienaventurado que él, nadie más poderoso, nadie más justo: ¿cómo no conviene que sean los hombres para con los hombres, nosotros que, por más que colmemos esta vida nuestra de alabanzas, no decimos que esté libre de pecado? porque si lo dijéramos, nos engañamos a nosotros mismos, como está escrito, y la verdad no está en nosotros (1 Jn 1, 8). Por lo cual, aunque sea una la persona del acusador, otra la del defensor, otra la del intercesor, otra la del juez —sobre cuyos propios oficios es demasiado largo y no necesario disertar en este discurso—; sin embargo, así también a los mismos vengadores de los crímenes —y en este oficio no incitados por la propia ira, sino como ministros de las leyes, y vengadores no de las suyas, sino de las injurias ajenas examinadas, cuales deben ser los jueces— los aterró la censura divina, para que pensaran que les es necesaria la misericordia de Dios por sus propios pecados, ni pensaran que pertenecía a la culpa de su oficio si actuaban misericordiosamente en algo para con aquellos de cuya vida y muerte tuvieran legítima potestad.

CAPÍTULO IV.

9. Pues cuando los judíos hubieron traído al Señor Cristo a una mujer sorprendida en adulterio, y tentándole decían que por la Ley se había mandado que fuera apedreada, y luego le preguntaban qué prescribía él mismo sobre ella; les respondió: «El que de vosotros esté sin pecado, arroje contra ella la piedra el primero» (Jn 8, 7). Así, ni desaprobó la Ley, que mandaba matar a tales reas; y aterrándoles, llamó de nuevo a la misericordia a aquellos por cuyo juicio esta podía ser matada. Pienso que, oída esta sentencia del Señor, si estaba presente también el mismo marido que reclamaba que se vengara la fe violada de su lecho, aterrado desvió su ánimo hacia la voluntad de perdonar, apartándolo del deseo de venganza. Pues, ¿cómo no fue amonestado el acusador para que no persiguiera sus propias injurias, cuando los mismos jueces fueron así prohibidos de vengar, ellos que, al castigar a la adúltera, no eran compelidos a servir al dolor privado, sino a la Ley?

Unde Joseph, cui virgo Maria, Domini mater, fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se noverat non esse commixtum, et ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit; nec approbator flagitii fuit Nam haec voluntas ejus etiam justitiae deputatur: ita quippe de illo scriptum est, Et cum esset homo justus, et nollet eam divulgare, statuit eam occulte dimittere. Haec eo cogitante, apparuit illi angelus qui doceret esse numinis, quod ille putaverat criminis (Matth. I, 18-20).

10. Si ergo cogitata infirmitate communi, et accusatorius dolor, et judicatorius rigor frangitur; quod tandem censes pro reis esse debere, vel defensoris vel intercessoris officium? quandoquidem et vos viri boni qui nunc judices estis, et in foro aliquando versati causas hominum suscepistis, scitis quam libentius defendere quam accusare soleretis. Et tamen defensor ab intercessore plurimum distat: nam ille diluendis vel obtegendis criminibus operam maxime impendit; intercessor autem etiam cum de culpa constat, pro poena removenda vel temperanda curam gerit. Hoc sunt apud Deum pro peccatoribus justi; hoc pro se ipsi peccantes invicem ut faciant admonentur: nam scriptum est, Confitemini invicem peccata vestra, et orate pro vobis (Jacobi V, 16). Has sibi partes humanitatis, ubi potest, omnis homo apud hominem vindicat. Nam quod ipse quisque domi suae puniret admissum, in alterius domo vult impunitum. Sive enim adhibeatur apud amicum, sive ille cuiquam in quem potestas ulciscendi est se praesente succenseat, sive irascenti fortuito superveniat; non justissimus, sed inhumanissimus judicatur, si non interveniat. Scio ego te ipsum cum aliis amicis tuis in ecclesia Carthaginensi intercessisse pro clerico, cui merito succensebat episcopus; et utique nullum ibi discrimen sanguinis sub incruenta disciplina timebatur: nec cum id, quod etiam vobis displicebat, inultum esse velletis, tanquam delicti approbatores vos judicabamus, sed tanquam humanissimos intercessores audiebamus. Si ergo vobis fas est ecclesiasticam correptionem intercedendo mitigare; quomodo episcopus vestro gladio debet intercedere, cum illa exeratur ut in quem exeritur bene vivat, iste ne vivat!

De donde José, a quien la virgen María, madre del Señor, había sido desposada, cuando la hubo encontrado encinta, con quien sabía que no se había unido, y por esto no había creído otra cosa sino que era adúltera, no quiso, sin embargo, que fuera castigada; ni fue aprobador de la ignominia. Pues esta voluntad suya se imputa incluso a la justicia: así, en efecto, está escrito de él: «Y como era hombre justo, y no quería divulgarla, decidió dejarla ocultamente.» Mientras él pensaba estas cosas, se le apareció un ángel que le enseñara que era de la divinidad lo que él había pensado que era del crimen (Mt 1, 18-20).

10. Si, pues, pensada la debilidad común, tanto el dolor del acusador como el rigor del juez se quiebran, ¿qué piensas finalmente que debe ser para los reos el oficio del defensor o del intercesor? puesto que también vosotros, hombres buenos que ahora sois jueces, y habiendo estado alguna vez en el foro os habéis hecho cargo de las causas de los hombres, sabéis con cuánta mayor voluntad solíais defender que acusar. Y, sin embargo, el defensor dista muchísimo del intercesor: pues aquel emplea su esfuerzo sobre todo en desvirtuar o encubrir los crímenes; pero el intercesor, incluso cuando consta la culpa, se ocupa de que la pena sea quitada o mitigada. Esto son los justos ante Dios por los pecadores; esto se amonesta a los mismos pecadores que hagan por sí mismos unos por otros: pues está escrito: «Confesaos unos a otros vuestros pecados, y orad por vosotros mismos» (St 5, 16). Todo hombre reivindica para sí ante otro hombre estas partes de la humanidad, donde puede. Pues lo que cada uno castigaría en su propia casa como un delito, en casa ajena quiere que quede impune. Ya sea que se halle ante un amigo, ya sea que este se indigne en su presencia contra alguien sobre quien tiene potestad de venganza, ya sea que sobrevenga fortuitamente al que está airado; es juzgado no como el más justo, sino como el más inhumano, si no interviene. Sé que tú mismo, con otros amigos tuyos, intercediste en la iglesia de Cartago por un clérigo con quien el obispo estaba merecidamente indignado; y ciertamente no se temía allí ningún peligro de sangre bajo la disciplina incruenta: ni cuando queríais que quedara impune aquello que también a vosotros os desagradaba, os juzgábamos como aprobadores del delito, sino que os escuchábamos como humanísimos intercesores. Si, pues, a vosotros os es lícito mitigar la corrección eclesiástica intercediendo, ¡cuánto más debe el obispo interceder ante vuestra espada, puesto que aquella se desenvaina para que viva bien aquel contra quien se desenvaina, y esta para que no viva!

11. Postremo ipse Dominus apud homines intercessit, ne lapidaretur adultera, et eo modo nobis intercessionis commendavit officium; nisi quia ille terrendo fecit, quod nos petendo. Ille enim Dominus, nos servi sumus: verumtamen ille sic terruit, ut omnes timere debeamus. Quis enim est nostrum sine peccato? Quod cum illis dixisset a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, ut qui sciret se esse sine peccato, prior in illam lapidem mitteret; cecidit saevitia, tremente conscientia: tunc enim ex illa jam congregatione dilapsi, solam misericordi miseram reliquerunt. Cedat huic sententiae pietas Christianorum, cui cessit impietas Judaeorum: cedat humilitas obsequentium, cui cessit superbia persequentium: cedat confessio fidelis, cui cessit simulatio tentatoris. Malis parce, vir bone: quanto melior, tanto esto mitior; quanto fic celsior potestate, tanto humilior fiere pietate .

CAPUT V.

12. Ego quidem intuens, mores tuos, appellavi te virum bonum; sed tu intuens verba Christi, dic tibi ipsi: Nemo bonus, nisi unus Deus (Marc. X, 18). Quod cum verum sit (hoc enim Veritas dixit), nec ego tamen illud existimari debeo fallaci assentatione dixisse, et dominicis verbis quasi contrarius exstitisse, ut cum ille dicat, Nemo bonus, nisi unus Deus, ego te appellaverim virum bonum: non enim et ipse Dominus contraria sibi locutus est, ubi ait, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona (Luc VI, 45). Deus ergo singulariter bonus est, et hoc amittere non potest; nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est: homo autem cum bonus est, ab illo bonus est; quod a seipso esse non potest. Illius enim spiritu boni fiunt, quicumque boni fiunt; cujus capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere et habere quod dat qui de suo bonus est: quo quisque neglecto, de suo malus est. Proinde in quantum homo recte agit, id est, scienter et amanter et pie bonum operatur, in tantum bonus est: in quantum autem peccat, id est, a veritate et charitate et pietate deviat, in tantum malus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonum, cujus praevalent bona; eumque optimum, qui peccat minimum.

11. Finalmente el mismo Señor intercedió ante los hombres para que no fuera apedreada la adúltera, y de ese modo nos recomendó el oficio de la intercesión; a no ser porque él lo hizo aterrando, lo que nosotros hacemos rogando. Pues él es el Señor, nosotros somos siervos: sin embargo, él de tal modo aterró, que todos debemos temer. ¿Quien de nosotros está sin pecado? Habiendo dicho esto a aquellos por quienes le era presentada la pecadora para ser castigada, para que aquel que se supiera sin pecado arrojara el primero la piedra contra ella; cayó la saña, temblando la conciencia: pues entonces, habiéndose deslizado ya de aquella congregación, dejaron sola a la miserable ante el Misericordioso. Ceda a esta sentencia la piedad de los cristianos, a la que cedió la impiedad de los judíos: ceda la humildad de los obedientes, a la que cedió la soberbia de los perseguidores: ceda la confesión fiel, a la que cedió la simulación del tentador. Perdona a los malos, hombre bueno: cuanto mejor seas, tanto sé más apacible; cuanto más excelso seas en el poder, tanto más humilde hazte por la piedad.

CAPÍTULO V.

12. Yo ciertamente, mirando tus costumbres, te he llamado hombre bueno; pero tú, mirando las palabras de Cristo, dite a ti mismo: «Nadie es bueno sino solo Dios» (Mc 10, 18). Siendo esto verdad (pues la Verdad lo ha dicho), no debo yo, sin embargo, ser considerado como habiendo dicho aquello por falaz lisonja, ni como habiendo existido casi en contradicción con las palabras dominicales, porque diciendo él: «Nadie es bueno sino solo Dios», yo te haya llamado hombre bueno: pues ni el mismo Señor habló cosas contrarias a sí mismo donde dice: «El hombre bueno del buen tesoro de su corazón saca cosas buenas» (Lc 6, 45). Dios, pues, es singularmente bueno, y no puede perder esto; pues no es bueno por la participación de ningún bien, puesto que el bien por el que es bueno, él mismo lo es para sí: el hombre, en cambio, cuando es bueno, lo es por Él; lo cual no puede ser por sí mismo. Pues por su espíritu se hacen buenos todos los que se hacen buenos; de lo cual nuestra naturaleza fue creada capaz por la propia voluntad. Nos pertenece, pues, para que seamos buenos, recibir y tener lo que da el que es bueno por lo suyo: lo cual, descuidado por cada uno, es malo por lo suyo. Por lo tanto, en cuanto el hombre actúa rectamente, esto es, trabaja el bien con conocimiento, amor y piedad, en tanto es bueno: en cuanto, empero, peca, esto es, se desvía de la verdad, de la caridad y de la piedad, en tanto es malo. Mas, ¿quién está en esta vida sin algún pecado? Pero llamamos bueno a aquel cuyos bienes prevalecen; y óptimo a aquel que peca lo menos posible.

13. Idcirco ipse Dominus, quos dicit bonos propter participationem gratiae divinae, eosdem etiam malos dicit propter vitia infirmitatis humanae; donec totum quo constamus, ab omni vitiositate sanatum, transeat in eam vitam, ubi nihil omnino peccabitur. Nam utique bonos docebat orare, non malos, quibus praecepit ut dicerent, Pater noster, qui es in coelis. Ex hoc enim boni quo filii Dei, non natura geniti, sed gratia facti, tanquam hi quibus recipientibus eum, dedit potestatem filios Dei fieri (Joan. I, 12). Quae generatio spiritualis, more Scripturarum, etiam adoptio nominatur, ut distinguatur ab illa generatione Dei de Deo, coaeterni de aeterno, unde scriptum est: Generationem ejus quis enarrabit (Isai. LIII, 8)? Cum ergo bonos esse demonstraverit, quos voluit Deo veraciter dicere, Pater noster, qui es in coelis; praecepit tamen ut in eadem oratione inter caetera dicerent: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quae debita esse peccata, quamvis manifestum sit, postea tamen manifestius declaravit dicens: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis et Pater vester peccata vestra (Matth. VI, 9, 12, 14). Hanc orationem baptizati orant, nec est prorsus praeteritorum aliquid peccatorum, quod non baptizatis in sancta Ecclesia dimittatur. Sed postea vivendo in hac fragilitate mortali, nisi contraherent quod dimittendum esset, non veraciter dicerent, Dimitte nobis debita nostra. Boni ergo, in quantum filii Dei sunt; in quantum autem peccant (quod sua non mendaci confessione testantur), utique mali sunt.

14. Nisi forte quis dicat, alia bonorum, alia malorum esse peccata; quod non usquequaque improbabiliter dicitur. Verumtamen Dominus Jesus sine ulla ambiguitate malos appellavit eosdem ipsos quorum patrem dicebat Deum. Nam in eodem sermone, ubi illam docet orationem, alio loco exhortans ad precandum Deum, ait, Petite, et accipietis; quaerite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; et qui quaerit, invenit; et pulsanti aperietur: et paulo post, Si ergo vos, inquit, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Pater vester, qui in coelis est, dabit bona petentibus se (Matth. VII, 7, 8, 11)? Num igitur Deus pater malorum est? Absit. Quomodo ergo dicitur, pater vester coelestis, quibus dicitur, cum sitis mali: nisi quia utrumque Veritas monstrat, quid simus Dei bono , quid humano vitio; hoc commendans, illud emendans? Merito ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cujus etiam quaedam ad Paulum apostolum leguntur epistolae): Omnes odi qui malos odit. Et tamen ideo diligendi sunt mali, ut non sint mali; quemadmodum, non ut permaneant, sed ut sanentur, diliguntur aegroti.

13. Por eso el mismo Señor, a quienes llama buenos por la participación de la gracia divina, a los mismos también llama malos por los vicios de la debilidad humana; hasta que todo aquello de lo que constamos, sanado de toda viciosidad, pase a aquella vida donde no se pecará en absoluto en nada. Pues ciertamente enseñaba a orar a los buenos, no a los malos, a quienes mandó que dijeran: «Padre nuestro, que estás en los cielos». Pues por esto son buenos en cuanto hijos de Dios, no nacidos por naturaleza, sino hechos por gracia, como aquellos a quienes, recibiéndole, dio potestad de ser hechos hijos de Dios (Jn 1, 12). Esta generación espiritual, al modo de las Escrituras, también se llama adopción, para que se distinga de aquella generación de Dios de Dios, del coeterno del eterno, de donde está escrito: «Su generación, ¿quién la narrará?» (Is 53, 8). Habiendo, pues, demostrado que son buenos aquellos a quienes quiso que dijeran verdaderamente a Dios: «Padre nuestro, que estás en los cielos»; mandó, sin embargo, que en la misma oración dijeran entre otras cosas: «Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores». Cuyas deudas, aunque es manifiesto que son pecados, después, sin embargo, lo declaró más manifiestamente diciendo: «Pues si perdonáis a los hombres sus pecados, también vuestro Padre os perdonará vuestros pecados» (Mt 6, 9. 12. 14). Esta oración la oran los bautizados, ni hay absolutamente nada de los pecados pasados que no sea perdonado a los bautizados en la santa Iglesia. Pero después, viviendo en esta fragilidad mortal, si no contrajeran lo que hubiera de ser perdonado, no dirían con verdad: «Perdónanos nuestras deudas». Son buenos, pues, en cuanto son hijos de Dios; pero en cuanto pecan (lo cual testifican por su confesión no mentirosa), son ciertamente malos.

14. A no ser que tal vez alguien diga que unos son los pecados de los buenos y otros los de los malos; lo cual se dice no del todo improbablemente. Sin embargo, el Señor Jesús llamó malos sin ambigüedad alguna a aquellos mismos de quienes decía que Dios era su padre. Pues en el mismo discurso donde enseña aquella oración, en otro lugar exhortando a rogar a Dios, dice: «Pedid y recibiréis; buscad y hallaréis; llamad y se os abrirá. Pues todo el que pide, recibe; y el que busca, halla; y al que llama, se le abrirá»; y poco después: «Si, pues, vosotros —dice—, siendo malos, sabéis dar cosas buenas a vuestros hijos, ¿cuánto más vuestro Padre, que está en los cielos, dará cosas buenas a los que se las piden?» (Mt 7, 7. 8. 11). ¿Es, pues, Dios el padre de los malos? Ni mucho menos. ¿Cómo, pues, se dice «vuestro Padre celestial» a aquellos a quienes se dice «siendo malos», sino porque la Verdad muestra ambas cosas: qué somos por el bien de Dios y qué por el vicio humano, recomendando aquello y enmendando esto? Con razón dijo Séneca (que fue en los tiempos de los Apóstoles, de quien también se leen algunas epístolas al apóstol Pablo): «Odio a todos los que odian a los malos». Y, sin embargo, por eso hay que amar a los malos, para que no sean malos; del mismo modo que se ama a los enfermos, no para que permanezcan así, sino para que sean sanados.

15. Quidquid autem post eam quae fit in Baptismo, abolitionem peccatorum, in hac vita manendo peccamus, etiamsi non tale sit quod a divinis removeri compellat altaribus, non dolore sterili, sed misericordiae sacrificiis expiatur. Quod ergo agimus ut faciatis intercedentibus nobis, Deo nos noveritis offerre pro vobis. Indigetis enim misericordia quam praebetis; et videte quis dixerit, Dimittite et dimittetur vobis, date et dabitur vobis (Luc. VI, 37, 38). Quanquam etiamsi ita viveremus, ut non esset quare diceremus, Dimitte nobis debita nostra; quanto a nequitia purior animus esset, tanto clementia plenior esse deberet, ut si non compungeremur sententia Domini dicentis, Qui vestrum est sine peccato, prior in illam lapidem jaciat, ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplum, qui cum esset utique sine peccato, ait mulieri quam perterriti illi reliquerant: Nec ego te damnabo; vade, jam denceps noli peccare. Potuit enim metuere flagitiosa mulier ne illis discedentibus, qui sua peccata cogitaverant ut peccato parcerent alieno, illam justissime jam ipse damnaret qui erat sine peccato. At ille non conscientia pavidus, sed plenus clementia, cum illa respondisset a nemine se fuisse damnatam, Nec ego te, inquit, damnabo: tanquam diceret, Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocentiam? Et ne delictorum non donator, sed approbator videretur; Vade, ait, jam deinceps noli peccare; ut se homini pepercisse, non hominis culpam sibi placuisse monstraret. Jam vides igitur de religione descendere, nec nos societate criminum obstringi, quod intercedimus plerumque etiam pro sceleratis, etsi non scelerati, tamen pro peccatoribus peccatores, et quod veraciter potius quam injuriose dictum accipias, puto quod apud peccatores.

CAPUT VI.

16. Nec ideo sane frustra instituta sunt potestas regis, jus gladii cognitoris, ungulae carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Haec cum timentur, et coercentur mali, et quietius inter malos vivunt boni: non quia boni pronuntiandi sunt qui talia metuendo non peccant, non enim bonus est quispiam timore poenae, sed amore justitiae;

15. Pero todo lo que pecamos permaneciendo en esta vida después de aquella abolición de los pecados que se hace en el Bautismo, aunque no sea tal que obligue a ser retirado de los altares divinos, se expía no con un dolor estéril, sino con sacrificios de misericordia. Lo que, pues, hacemos para que vosotros lo hagáis intercediendo nosotros, sabed que lo ofrecemos a Dios por vosotros. Pues necesitáis de la misericordia que ofrecéis; y ved quién dijo: «Perdonad y se os perdonará, dad y se os dará» (Lc 6, 37. 38). Aunque aun si viviéramos de tal modo que no hubiera por qué dijéramos «perdónanos nuestras deudas», cuanto más puro de maldad estuviera el ánimo, tanto más lleno de clemencia debería estar, de suerte que, si no nos compungiéramos por la sentencia del Señor que dice: «El de vosotros que esté sin pecado, arroje contra ella la piedra el primero», siguiéramos el ejemplo de aquel mismo que dijo esto, el cual, siendo ciertamente sin pecado, dijo a la mujer a quien aquellos aterrados habían dejado: «Ni yo te condenaré; vete, ya en adelante no quieras pecar». Pues pudo temer la mujer pecadora que, al retirarse aquellos que habían pensado en sus propios pecados para perdonar el pecado ajeno, ya la condenara justificadísimamente aquel mismo que estaba sin pecado. Pero él, no tembloroso por la conciencia, sino lleno de clemencia, habiendo respondido ella que por nadie había sido condenada, dijo: «Ni yo te condenaré»; como si dijera: «Si la malicia pudo perdonarte, ¿qué temes de la inocencia?». Y para que no pareciera no donador de los delitos, sino aprobador, dijo: «Vete, ya en adelante no quieras pecar», para mostrar que había perdonado al hombre, no que le hubiera agradado la culpa del hombre. Ya ves, por tanto, que desciende de la religión, ni estamos ligados por la sociedad de los crímenes por el hecho de que intercedamos la mayoría de las veces incluso por los malvados, aunque no malvados nosotros, sin embargo pecadores por los pecadores, y lo cual aceptes como dicho más verdadera que injuriosamente, pienso que ante pecadores.

CAPÍTULO VI.

16. Ni por eso ciertamente en vano han sido instituidos la potestad del rey, el derecho de la espada del juez, los garfios del verdugo, las armas del soldado, la disciplina del amo, e incluso la severidad de un buen padre. Tienen todas estas cosas sus propios modos, causas, razones y utilidades. Cuando estas cosas son temidas, se reprime a los malos, y los buenos viven más tranquilamente entre los malos: no porque deban ser declarados buenos los que no pecan por el temor a tales cosas, pues nadie es bueno por el temor al castigo, sino por el amor a la justicia;

verumtamen non inutiliter etiam metu legum humana coercetur audacia, ut et tuta sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis dum formidato supplicio frenatur facultas, invocato Deo sanetur voluntas. Sed huic ordinationi rerum humanarum contrariae non sunt intercessiones episcoporum; imo vero nec causa, nec locus intercedendi ullus esset, si ista non essent. Tanto enim sunt intercedentium et parcentium beneficia gratiora, quanto peccantium justiora supplicia. Nec ob aliud, quantum sapio, in Veteri Testamento, antiquorum temporibus Prophetarum severior Legis vindicta fervebat, nisi ut ostenderetur recte iniquis poenas constitutas: ut quod eis parcere Novi Testamenti indulgentia commonemur, aut remedium sit salutis, quo peccatis parcatur et nostris; aut commendatio mansuetudinis, ut per eos qui parcunt, veritas praedicata non tantum timeatur, verum etiam diligatur.

17. Plurimum autem interest quo animo quisque parcat. Sicut enim est aliquando misericordia puniens, ita et crudelitas parcens. Nam, ut exempli gratia manifestum aliquid ponam, quis non crudelem verius dixerit eum qui puero pepercerit volenti obstinatissime de serpentibus ludere? quis autem non misericordem qui talia prohibens, contemptorem verborum etiam verberibus emendaverit? et ideo non usque ad mortem protendenda est disciplina, ut sit cui prodesse possit. Quanquam etiam cum homo ab homine occiditur, multum distet utrum fiat nocendi cupiditate, vel injuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone; an ulciscendi vel obediendi ordine, sicut a judice, sicut a carnifice; an evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quam ille qui occidit; velut si quisquam decipiat fidejussorem suum, atque ille pro isto supplicium legitimum luat. Nec tamen omnis qui causa alienae mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, seseque, si non impetraverit, interimat? quid si filius timens patris pia verbera, praecipitio pereat? quid si alius homine liberato, vel ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas, aut sceleri consentiendum est, aut vindicta peccati, quae non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollenda, aut opera misericordiae cohibenda sunt? Haec cum accidunt, debemus eis humanum dolorem; non propter illa, ne accidant, recte factorum reprimimus voluntatem.

sin embargo, no inútilmente se coarta la audacia humana incluso por el temor a las leyes, para que la inocencia esté segura entre los malvados, y en los mismos malvados, mientras se frena la facultad por el temido suplicio, sea sanada la voluntad invocando a Dios. Pero a esta ordenación de las cosas humanas no son contrarias las intercesiones de los obispos; antes bien, no habría causa ni lugar alguno para interceder si aquellas no existieran. Pues tanto más gratos son los beneficios de los que interceden y perdonan, cuanto más justos son los suplicios de los que pecan. Ni por otra cosa, según entiendo, en el Antiguo Testamento, en los tiempos de los antiguos Profetas, hervía la más severa venganza de la Ley, sino para que se mostrara que las penas estaban rectamente establecidas para los inicuos: de suerte que el hecho de que se nos amoneste por la indulgencia del Nuevo Testamento a perdonarles, sea o bien un remedio de salvación, por el cual se perdonen también nuestros pecados; o bien una recomendación de mansedumbre, para que, a través de los que perdonan, la verdad predicada no solo sea temida, sino también amada.

17. Interesa muchísimo, empero, con qué ánimo perdona cada uno. Pues así como hay a veces una misericordia que castiga, así también hay una crueldad que perdona. Pues, para poner algo manifiesto como ejemplo, ¿quién no llamaría con más verdad cruel a aquel que perdonara a un niño que quisiera jugar muy obstinadamente con serpientes? ¿y quién no llamaría misericordioso a aquel que, prohibiendo tales cosas, enmendara al despreciador de las palabras incluso con azotes? y por esto la disciplina no debe extenderse hasta la muerte, para que haya quien pueda aprovecharse. Aunque también cuando un hombre es muerto por un hombre, dista mucho si se hace por deseo de dañar, o de quitar algo injustamente, como se hace por un enemigo, como por un ladrón; o por orden de vengar o de obedecer, como por un juez, como por un verdugo; o por necesidad de escapar o de auxiliar, como es muerto el ladrón por el viajero, el enemigo por el soldado. Y a veces el que fue causa de la muerte tiene más culpa que el que mató; como si alguien engañara a su fiador, y este sufriera el suplicio legítimo por aquel. Ni, sin embargo, todo el que es causa de la muerte ajena es reo. ¿Qué si, por ejemplo, alguien pretendiera un estupro y se matara a sí mismo si no lo consiguiera? ¿qué si un hijo, temiendo los piadosos azotes del padre, pereciera por un precipicio? ¿qué si otro, habiendo sido liberado un hombre, o para que otro no sea liberado, se infiriera a sí mismo la muerte? ¿Acaso por estas causas de muertes ajenas se debe consentir en el crimen, o quitarse la venganza del pecado —la cual no se hace por deseo de dañar, sino por afán de corregir, incluso la paterna—, o cohibirse las obras de misericordia? Cuando estas cosas suceden, les debemos el dolor humano; no por causa de aquellas cosas, para que no sucedan, reprimimos la voluntad de lo que se hace rectamente.

18. Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnando, sequuntur aliquando quae nolumus; sive in ipso qui nostra intercessione liberatur, ut vel immanius impunita grassetur audacia, subdita cupiditati, ingrata lenitati, atque unus morti ereptus plurimos necet; vel ipso per beneficium nostrum in melius commutato, moribusque correcto, alius male vivendo pereat, sibique hujus impunitate proposita, talia vel graviora committat. Non, ut opinor, haec mala imputanda sunt nobis, cum intercedimus vobis: sed potius illa bona quae, cum id facimus, intuemur et volumus; id est commendatio mansuetudinis ad conciliandam dilectionem verbo veritatis, et ut qui liberantur a temporali morte, sic vivant, ne in aeternam, unde nunquam liberentur, incurrant.

19. Prodest ergo et severitas vestra, cujus ministerio quies adjuvatur et nostra; prodest et intercessio nostra, cujus ministerio severitas temperatur et vestra. Non vobis displiceat quod rogamini a bonis; quia nec bonis displicet quod timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum de judicio futuro, verum etiam de praesentibus vestris securibus terruit, asserens et ipsas ad dispensationem divinae providentiae pertinere. Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. Quapropter qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi judicium acquirunt: principes enim non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si malum feceris, time; non enim frustra gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed et propter conscientiam. Ideo enim et tributa praestatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum perseverantes. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis (Rom. XIII, 1-8). Haec verba Apostoli, utilitatem vestrae severitatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem jussi sunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem jussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi charitate; et nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidabitur ultio cognitoris, ut nec intercessoris religio contemnatur; quia et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur. Quod si tanta est perversitas et impietas, ut ei corrigendae nec disciplina possit prodesse, nec venia; a bonis tamen intentione atque conscientia quam Deus cernit, sive severitate, sive lenitate, nonnisi officium dilectionis impletur.

18. Así también cuando intercedemos por un pecador que va a ser condenado, siguen a veces cosas que no queremos; ya sea en aquel que es liberado por nuestra intercesión, de modo que su audacia impune se cebe aun más ferozmente, sometida a la concupiscencia, ingrata a la lenidad, y uno arrebatado a la muerte mate a muchísimos; o bien, habiéndose cambiado él mismo para mejor por nuestro beneficio, y corregido en sus costumbres, otro perezca por vivir mal, y habiéndose propuesto la impunidad de este, cometa tales o más graves delitos. No se nos deben imputar a nosotros estos males, a mi parecer, cuando intercedemos ante vosotros: sino más bien aquellos bienes que, cuando hacemos eso, contemplamos y queremos; esto es, la recomendación de la mansedumbre para conciliar el amor por la palabra de la verdad, y que quienes son librados de la muerte temporal, vivan de tal modo que no incurran en la eterna, de donde nunca sean librados.

19. Es, pues, provechosa vuestra severidad, por cuyo ministerio se ayuda a nuestro sosiego; y es provechosa nuestra intercesión, por cuyo ministerio se modera vuestra severidad. No os desagrade que seáis rogados por los buenos; porque tampoco a los buenos les desagrada que seáis temidos por los malos. Pues el apóstol Pablo aterró la iniquidad de los hombres no solo respecto al juicio futuro, sino también respecto a vuestras presentes hachas, afirmando que también ellas pertenecen a la dispensación de la divina providencia. «Toda alma —dice— esté sometida a las potestades superiores: porque no hay potestad sino de Dios; y las que son, por Dios han sido ordenadas. Por lo cual, el que resiste a la potestad, a la ordenación de Dios resiste; y los que resisten, ellos mismos se adquieren el juicio: pues los príncipes no son de temer para la buena obra, sino para la mala. ¿Quieres, pues, no temer la potestad? Haz lo bueno, y tendrás alabanza de ella: pues es ministro de Dios para ti para el bien. Mas si hicieres lo malo, teme; porque no en vano lleva la espada: pues es ministro de Dios, vengador para la ira contra el que obra mal. Y por eso sed súbditos por necesidad, no solo por la ira, sino también por la conciencia. Por eso también pagáis tributos: pues son ministros de Dios, perseverando en esto mismo. Pagad a todos lo que se les debe: al que tributo, tributo; al que contribución, contribución; al que temor, temor; al que honor, honor. A nadie debáis nada, sino el amaros unos a otros» (Rom 13, 1-8). Estas palabras del Apóstol muestran la utilidad de vuestra severidad. Por lo cual, así como se ha mandado que los que temen deban amor a los que aterran, así se ha mandado que los que aterran deban amor a los que temen. Nada se haga por deseo de dañar, sino todo por la caridad de consultar al bien; y nada se haga ferozmente, nada inhumanamente. Témase de tal modo la venganza del juez, que no se desprecie la religión del intercesor; porque tanto castigando como perdonando solo se hace esto bien: que se corrija la vida de los hombres. Pero si es tanta la perversidad e impiedad que para corregirla no pueda aprovechar ni la disciplina ni el perdón, sin embargo, por los buenos, con la intención y conciencia que Dios ve, ya sea con severidad, ya sea con lenidad, no se cumple sino el oficio del amor.

20. Quod autem in epistola tua sequitur, ubi dicis, Verum nunc, ut mores nostri sunt, et sceleris poenam cupiunt sibi homines relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere; pessimum hominum genus commemoras, cui poenitendi medicina omnino non prodest. Si enim res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum; sed, ut dixi, cum restitui potest. Plerumque enim qui aufert, amittit; sive alios patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere, Redde quod abstulisti, nisi cum eum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet a repetente cruciatus, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas; quia etsi non est unde luat ablatam pecuniam, merito tamen dum eam per molestias corporales redhibere compellatur, peccati quo male ablata est, poenas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, tanquam pro reis criminum; non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem saeviat, ille praesertim qui jam remisit culpam, sed quaerit paecuniam, et si fraudari metuit, non expetit vindicari. Denique in talibus causis, si persuadere potuerimus eos pro quibus intervenimus, non habere quod poscitur, continuo nobis eorum molestiae relaxantur. Aliquando autem misericordes et in ipso dubio nolunt homini pro incerta pecunia certa inferre supplicia. Ad hanc misericordiam vos etiam nos provocare et exhortari decet: melius enim, etiamsi habet, amittis, quam si non habet, aut excrucias, aut occidis. Sed pro istis magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui judicant, intercedere convenit; ne ipse videatur auferre, qui cum habeat potestatem, non cogit reddere: quamvis in cogendo ita debeat adhibere integritatem, ut ne amittat humanitatem.

21. Illud vero fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit ne male ablata restituat, et qui ad se confugientem, quantum honeste potest, ad restituendum non compellit, socium esse fraudis et criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quam impendimus: non enim opem fert qui ad peccandum adjuvat, ac non potius subvertit atque opprimit. Sed numquid iedo nos aut exigere, aut ad exigendum tradere, vel possumus vel debemus? Agimus quantum episcopalils facultas datur, et humanum quidem nonnunquam, sed maxime ac semper divinum judicium comminantes.

20. En cuanto a lo que sigue en tu epístola, donde dices: «Pero ahora, según son nuestras costumbres, los hombres desean que se les perdone la pena del crimen y poseer aquello por lo que se cometió el crimen»; mencionas al peor género de hombres, a quienes la medicina del arrepentimiento no aprovecha en absoluto. Pues si la cosa ajena por la que se pecó, pudiendo ser devuelta, no se devuelve, no se hace penitencia, sino que se finge: mas si se hace verdaderamente, no se perdonará el pecado si no se restituye lo robado; pero, como dije, cuando se puede restituir. Pues la mayoría de las veces el que roba, lo pierde; ya sea por sufrir a otros hombres malos, ya sea por vivir él mismo mal, y no tiene otra cosa de donde restituir. A este ciertamente no podemos decirle: «Devuelve lo que quitaste», sino cuando creemos que lo tiene y lo niega. Donde ciertamente, si sufre algunos tormentos por parte del que reclama, mientras se cree que tiene qué devolver, no hay iniquidad alguna; porque aunque no tenga de donde pagar el dinero robado, merecidamente, sin embargo, mientras es compelido a devolverlo mediante molestias corporales, paga las penas del pecado por el que fue mal robado. Pero no es inhumano interceder también por tales hombres, como por reos de crímenes; no para que de ningún modo se restituyan las cosas ajenas, sino para que no se ensañe el hombre contra el hombre en vano, aquel especialmente que ya perdonó la culpa, pero busca el dinero, y si teme ser defraudado, no busca ser vengado. Finalmente, en tales causas, si hubiéramos podido persuadir a aquellos por quienes intervenimos de que no tienen lo que se les pide, continuamente se nos relajan sus molestias. Pero a veces los misericordiosos, aun en la duda misma, no quieren inferir suplicios ciertos a un hombre por un dinero incierto. A esta misericordia conviene que vosotros también nos provoquéis y exhortéis: pues es mejor que pierdas, aunque lo tenga, que el que, si no lo tiene, o lo atormentes o lo mates. Pero por estos conviene interceder más ante los que reclaman que ante los que juzgan; para que no parezca que quita él mismo quien, teniendo potestad, no obliga a devolver: aunque al obligar de tal modo deba emplear la integridad, que no pierda la humanidad.

21. Pero diría con toda confianza que aquel que interviene por un hombre para que no restituya lo mal robado, y el que no obliga a restituir, en cuanto honestamente puede, al que se refugia en él, es cómplice del fraude y del crimen. Pues con más misericordia retiramos nuestro auxilio a tales hombres que el que lo prestamos: pues no presta auxilio quien ayuda a pecar, y no más bien subvierte y oprime. Pero ¿acaso por eso podemos o debemos nosotros o bien exigir, o bien entregar para ser exigido? Actuamos en cuanto se nos da la facultad episcopal, conminando a veces el juicio humano, pero sobre todo y siempre el divino.

Nolentes autem reddere, quos novimus et male abstulisse et unde reddant habere, arguimus, increpamus, et detestamur; quosdam clam, quosdam palam, sicut diversitas personarum diversam videtur posse recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad majorem insaniam concitari. Aliquando etiam, si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione privamus.

22. Verum saepe accidit ut nos fallant, vel negando se abstulisse, vel affirmando se unde restituant non habere: saepe etiam et vos fallimini, putando vel nos non agere ut reddant, vel ipsos habere unde reddant; et omnes aut pene omnes homines amamus nostras suspiciones vel vocare vel existimare cognitiones, quando credibilibus rerum signis movemur, cum credibilia nonnulla sint falsa, sicut incredibilia nonnulla sunt vera. Ideo quosdam commemorans, qui et sceleris poenam sibi cupiunt relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere, addidisti et aisti: Pro his quoque interveniendum putat sacerdotium vestrum. Fieri enim potest ut tu scias quod ego nescio, et propterea putem pro aliquo interveniendum, quod me fallere potuit, cum te non potuerit, ut ego eum non credam possidere quod tu possidere nosti. Ita fit ut cum de reo sententia non una sit nostra, neutri tamen nostrum placeat quod res non redditur aliena. De homine, ut homines, diversa sentimus; sed in ipsa justitia simul sumus. Eodem modo etiam fieri potest ut quod scio aliquem non habere, hoc eum tu habere non certissime teneas, sed credibiliter suspiceris; et ob hoc tibi videar intervenire pro eo qui et sceleris poenam sibi cupiat relaxari, et id propter quod scelus admissum est possidere. Ad summam igitur neque apud te, neque apud tales, si qui reperiuntur qualem te esse gaudemus, neque apud ipsos qui magno studio aliena ac nihil profutura, multumque etiam periculosa ac perniciosa petunt, neque apud cor meum cui testis est Deus, ausim dicere, sentire, decernere, interveniendum esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat: sed ut remissa injuria, quod injuriose abstulit reddat; si tamen habet quod abstulit, vel aliud unde illud restituat.

23. Non sane quidquid ab invito sumitur, injuriose aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem; nec tamen haec qui ab invito accipiunt, per injuriam accipiunt, quae potius per injuriam non darentur. Sed non iedo debet judex vendere justum judicium, aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus justum patrocinium et jurisperitus verum consilium: illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur; isti ex una parte consistunt.

A los que no quieren restituir, que sabemos que tanto han robado mal como tienen de donde restituir, los argüimos, reprendemos y detestamos; a unos en secreto, a otros públicamente, según que la diversidad de las personas parece poder recibir una medicina diversa, para que no se inciten a una mayor locura para perdición de otros. A veces también, si no lo impide una cosa que deba cuidarse más, los privamos de la comunión del santo altar.

22. Pero ocurre a menudo que nos engañan, ya sea negando que robaron, ya sea afirmando que no tienen de donde restituir: a menudo también vosotros os engañáis, pensando o bien que nosotros no actuamos para que restituyan, o bien que ellos tienen de donde restituir; y todos o casi todos los hombres amamos o llamar o estimar nuestras sospechas como conocimientos, cuando nos movemos por signos creíbles de las cosas, siendo así que algunas cosas creíbles son falsas, al igual que algunas increíbles son verdaderas. Por eso, mencionando a algunos que «tanto desean que se les perdone la pena del crimen como poseer aquello por lo que se cometió el crimen», añadiste y dijiste: «Por estos también piensa vuestro sacerdocio que se debe intervenir». Pues puede suceder que tú sepas lo que yo no sé, y por eso piense que se debe intervenir por alguien, porque él pudo engañarme a mí, cuando no pudo engañarte a ti, de modo que yo no crea que él posee lo que tú sabes que posee. Así sucede que, aunque nuestra sentencia sobre el reo no sea una sola, a ninguno de los dos nos place, sin embargo, que no se devuelva la cosa ajena. Sobre el hombre, como hombres, sentimos cosas diversas; pero en la justicia misma estamos unidos. Del mismo modo también puede suceder que lo que yo sé que alguien no tiene, esto tú no lo tengas por certísimo que lo tiene, sino que lo sospeches creíblemente; y por esto te parezca que intervengo por aquel que tanto desea que se le perdone la pena del crimen como poseer aquello por lo que se cometió el crimen. En suma, pues, ni ante ti, ni ante tales hombres —si se hallan algunos cuales nos alegramos de que tú seas—, ni ante los mismos que con gran afán buscan lo ajeno y cosas que en nada han de aprovechar, y cosas también muy peligrosas y perniciosas, ni ante mi corazón, del cual Dios es testigo, me atrevería a decir, sentir, decretar, que se debe intervenir por alguien para que posea por la impunidad del crimen lo que robó por el crimen: sino para que, perdonada la injuria, devuelva lo que robó injuriosamente; si es que tiene lo que robó, o alguna otra cosa de donde lo restituya.

23. No ciertamente todo lo que se toma de alguien que no quiere, se quita injuriosamente. Pues la mayoría ni al médico quieren devolverle su honor, ni al obrero su salario; y, sin embargo, quienes reciben estas cosas de quien no quiere, no las reciben por injuria, las cuales más bien por injuria no se darían. Pero no por eso debe el juez vender un juicio justo, o el testigo un testimonio verdadero, porque el abogado vende un patrocinio justo y el jurisconsulto un consejo verdadero: pues aquellos son empleados para el examen entre ambas partes; estos están de una sola parte.

Cum autem judicia et testimonia, quae nec justa et vera vendenda sunt, iniqua et falsa venduntur, much sceleratius utique pecunia sumitur, quia scelerate etiam quamvis a volentibus datur. Ille tamen solet tanquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui justum judicium emit, quoniam venale esse non debuit: qui vero pro iniquo judicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse.

24. Sunt aliae personae inferioris loci, quae ab utraque parte non insolenter accipiunt, sicut officialis, et a quo admovetur , et cui admovetur officium: ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti solent; data per tolerabilem consuetudinem, non solent: magisque reprehendimus, qui talia inusitate repetiverunt, quam qui ea de more sumpserunt; quoniam multae necessariae personae rebus humanis, vel invitantur hujusmodi commodis, vel tenentur. Isti si viam vitae mutaverint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea quae hoc modo acquisierunt, tanquam sua pauperibus largiuntur, quam eis a quibus accepta sunt, tanquam aliena restituunt. Qui vero contra jus societatis humanae, furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit, reddenda potius quam donanda censemus: Zachaei publicani evangelico exemplo, qui cum hospitio Dominum suscepisset, in vitam sanctam repente mutatus, Dimidium, inquit, rerum mearum do pauperibus, et si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo (Luc. XIX, 8).

25. Verumtamen si justitia sincerius consulatur, justius dicitur advocato, Redde quod accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati adfuisti, judicem fefellisti, justam causam oppressisti, de falsitate vicisti (quod vides multos honestissimos et disertissimos viros, non solum impune, verum etiam gloriose videri sibi committere); quam cuiquam in quolibet officio militanti, Redde quod accepisti, quando jubente judice cuicumque causae necessarium hominem tenuisti, ne resisteret vinxisti, ne fugeret inclusisti, postremo aut permanente lite exhibuisti, aut finita dimisisti. Sed illud cur advocato non dicatur in promptu est, quia scilicet ita non vult homo repetere quod patrono, ut male vinceret, dedit; sicut non vult reddere quod ab adversario, cum male vicisset, accepit. Quis tandem advocatus, aut ex advocato ita vir optimus facile reperitur, qui suscepto suo dicat: Recipe quod mihi, cum tibi male adessem, dedisti; et redde adversario tuo quod, me agente, inique abstulisti?

Pero cuando los juicios y los testimonios —que ni justos ni verdaderos deben venderse — se venden inicuos y falsos, mucho más criminalmente se toma ciertamente el dinero, porque criminalmente se da aunque sea por quienes quieren. Aquel, sin embargo, suele reclamar el dinero como mal quitado, el cual compró un juicio justo, puesto que no debió ser venal: pero el que lo dio por un juicio inicuo, querría ciertamente reclamarlo, si no temiera o se avergonzara de haberlo comprado.

24. Hay otras personas de lugar inferior que reciben de ambas partes no insolentemente, como el oficial, y aquel por quien se aplica y a quien se aplica el oficio: de estos, lo extorsionado por una inmoderada impropiedad suele reclamarse; lo dado por una costumbre tolerable, no suele: y más reprendemos a quienes reclamaron tales cosas inusitadamente, que a quienes las tomaron según la costumbre; puesto que muchas personas necesarias para los asuntos humanos o son invitadas por tales ventajas, o son retenidas por ellas. Estos, si hubieren cambiado el camino de su vida, o hubieren ascendido a un grado de más excelente santidad, más fácilmente distribuyen a los pobres como propias las cosas que adquirieron de este modo, que las restituyen como ajenas a aquellos de quienes las recibieron. Pero al que, contra el derecho de la sociedad humana, hubiere robado por hurtos, rapiñas, calumnias, opresiones, invasiones, pensamos que se le debe obligar a restituir más bien que a donar: según el ejemplo evangélico de Zaqueo el publicano, quien habiendo recibido al Señor en su hospedaje, cambiado de repente a una vida santa, dijo: «La mitad de mis bienes doy a los pobres, y si a alguien he defraudado en algo, le devuelvo el cuádruplo» (Lc 19, 8).

25. No obstante, si se consulta la justicia más sinceramente, más justamente se le dice al abogado: «Devuelve lo que recibiste», cuando estuviste contra la verdad, asististe a la iniquidad, engañaste al juez, oprimiste una causa justa, venciste con la falsedad (lo cual ves que muchos hombres honestísimos y elocuentes parecen creer que cometen no solo impunemente, sino incluso gloriosamente); que a cualquiera que milita en cualquier oficio: «Devuelve lo que recibiste», cuando por mandato del juez retuviste a un hombre necesario para cualquier causa, lo ataste para que no se resistiera, lo encerraste para que no huyera, finalmente, o lo presentaste mientras duraba el litigio, o lo soltaste al terminar este. Pero el porqué no se le diga esto al abogado está a la mano, porque a saber, no quiere el hombre reclamar lo que dio al patrono para que venciera mal; así como no quiere devolver lo que recibió del adversario, cuando él mismo había vencido mal. ¿Qué abogado finalmente, o qué hombre tan óptimo surgido de abogado se halla fácilmente que diga a su cliente: «Recibe lo que me diste cuando te asistía mal; y devuelve a tu adversario lo que robaste inicuamente actuando yo por ti»?

Et tamen quem prioris non rectae vitae rectissime poenitet, etiam hoc facere debet, ut si ille qui inique litigavit, non vult admonitus corrigere iniquitatem, ejus tamen iniquitatis nolit iste habere mercedem: nisi forte restituendum est alienum, quod per furtum clanculo aufertur, et restituendum non est quod in ipso foro ubi peccata puniuntur, decepto judice, et circumventis legibus obtinetur! Quid dicam de usuris, quas etiam ipsae leges et judices reddi jubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Haec atque hujusmodi male utique possidentur, et vellem restituerentur; sed non est quo judice repetantur.

26. Jam ero si prudenter intueamur quod scriptum est, Fidelis hominis totus mundus divitiarum est, infidelis autem nec obolus ; nonne omnes qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod jure possidetur; hoc autem jure quod juste. et hoc juste quod bene. Omne igitur quod male possidetur, alienum est; male autem possidet, qui male utitur. Cernis ergo quam multi debeant reddere aliena, si vel pauci quibus reddantur, reperiantur: qui tamen ubi ubi sunt, tanto magis ista contemnunt, quanto ea justius possidere potuerunt. Justitiam quippe, et nemo male habet, et qui non dilexerit non habet. Pecunia vero, et a malis male habetur, et a bonis tanto melius habetur, quanto minus amatur. Sed inter haec toleratur iniquitas male habentium, et quaedam inter eos jura constituuntur, quae appellantur civilia; non quod hinc fiat ut bene utentes sint, sed ut male utentes minus molesti sint: donec fideles et pii, quorum jure sunt omnia, qui vel ex illis fiunt, vel inter illos tantisper viventes malis eorum non obstringuntur, sed exercentur, perveniant ad illam civitatem, ubi haereditas aeternitatis est ; ubi non habet nisi justus locum, nonnisi sapiens principatum, ubi possidebunt quicumque ibi erunt, vere sua. Sed tamen etiam hic non intercedimus ut secundum mores legesque terrenas non restituantur aliena: quamvis placabiles vos velimus malis, non ut placeant vel permaneant mali, sed quia ex illis fiunt quicumque fiunt boni, et sacrificio misericordiae placatur Deus, quem nisi propitium haberent mali, nulli essent boni. Diu est quod occupationibus tuis loquendo videor onerosus, cum tibi homini acuto et docto cito solvi potuerit quod quaerebas. Jamdudum autem finire deberem, si te tantum scirem fuisse lecturum quod flagitasti ut rescriberem. Felix in Christo vivas, fili charissime.

Y, sin embargo, aquel a quien rectísimamente le pesa de una vida anterior no recta, debe hacer incluso esto, de suerte que, si aquel que litigó inicuamente no quiere corregir la iniquidad al ser amonestado, no quiera aquel tener la recompensa de esa iniquidad: ¡a no ser que tal vez deba restituirse lo ajeno que se quita ocultamente por hurto, y no deba restituirse lo que se obtiene en el mismo foro donde se castigan los pecados, engañado el juez y burladas las leyes! ¿Qué diré de las usuras, que incluso las mismas leyes y jueces mandan devolver? ¿Acaso es más cruel el que sustrae algo o lo arrebata a un rico, que el que degüella a un pobre con el interés? Estas y otras cosas semejantes se poseen ciertamente mal, y querría que se restituyeran; pero no hay ante qué juez se reclamen.

26. Ya, pues, si miramos prudentemente lo que está escrito: «Del hombre fiel es todo el mundo de las riquezas, pero del infiel ni un óbolo»; ¿acaso no convencemos de que poseen lo ajeno a todos los que parecen gozar de lo lícitamente adquirido y no saben usar de ello? Pues esto ciertamente no es ajeno, lo que se posee por derecho; mas esto es por derecho lo que se posee justamente, y esto justamente lo que se posee bien. Todo lo que, pues, se posee mal, es ajeno; y posee mal el que usa mal. Ves, pues, cuántos deberían devolver lo ajeno, si se hallaran siquiera unos pocos a quienes devolvérselo: los cuales, sin embargo, dondequiera que están, tanto más desprecian estas cosas cuanto más justamente pudieron poseerlas. Pues la justicia, ni nadie la posee mal, y el que no la ama no la tiene. El dinero, en cambio, tanto mal se posee por los malos, cuanto mejor se posee por los buenos en la medida en que menos se ama. Pero entre estas cosas se tolera la iniquidad de los que poseen mal, y se constituyen entre ellos ciertos derechos que se llaman civiles; no porque de aquí resulte que sean buenos usuarios, sino para que los malos usuarios sean menos molestos: hasta que los fieles y piadosos —de quienes son todas las cosas por derecho, los cuales o nacen de ellos, o viviendo entre ellos por un tiempo no se ligan a sus males, sino que se ejercitan— lleguen a aquella ciudad donde está la herencia de la eternidad; donde no tiene lugar sino el justo, ni el principado sino el sabio, donde poseerán verdaderamente lo suyo todos los que allí estén. Pero, sin embargo, ni siquiera aquí intercedemos para que, según las costumbres y leyes terrenas, no se restituyan las cosas ajenas: aunque os queramos aplacables con los malos, no para que agraden o permanezcan malos, sino porque de ellos se hacen todos los que se hacen buenos, y con el sacrificio de la misericordia se aplaca a Dios, a quien si los malos no tuvieran propicio, no habría ningunos buenos. Hace tiempo que hablando parezco gravoso a tus ocupaciones, cuando a ti, hombre agudo y docto, pudo resolvértete pronto lo que buscabas. Pero hace ya tiempo que debería terminar, si supiera que solo habías de leer lo que me pediste que te respondiera. Vive feliz en Cristo, hijo carísimo.

EPISTOLA CLIV . Macedonius Augustino, significans se praestitisse quod ab ipso verecunde adeo petierat; tum etiam ipsius libros magna cum voluptate et admiratione perlegisse. Domino merito venerabili et vere suspiciendo patri AUGUSTINO episcopo, MACEDONIUS.

1. Miro modo afficior sapientia tua , et in illis quae edidisti, et in his quae interveniens pro sceleratis mittere non gravaris. Nam et illa tantum habent acuminis, scientiae, sanctitatis, ut nihil supra sit: et haec tantum verecundiae, ut nisi faciam quod mandas, culpam penes me remanere, non in negotio esse dijudicem, domine merito venerabilis, et vere suspiciende pater. Non enim instas (quod plerique homines istius loci faciunt) ut quodcumque sollicitus volueris, extorqueas; sed quod tibi a judice tot curis obstricto petibile visum fuerit, admones subserviente verecundia, quae maxima difficilium inter bonos efficacia est. Proinde statim commendatis effectum desiderii tribui: nam sperandi viam ante patefeceram.

2. Explicui tuos libros ; neque enim tam languidi aut inertes erant, ut me aliud quam se curare paterentur: injecerunt manum, ereptumque aliis sollicitudinum causis, suis vinculis illigarunt (ita enim mihi Deus propitius sit), ut ego anceps sim quid in illis magis mirer, sacerdotii perfectionem, philosophiae dogmata, historiae plenam notitiam, an facundiae jucunditatem, quae ita imperitos etiam illicere potest, ut donec explicent non desistant, et cum explicaverint, adhuc requirant. Convicti namque sunt impudenter pertinaces, jam inde a bonis quae memorant saeculis, pro naturae rerum obscuritate contigisse pejora, falsosque omnes illitis quadam dulcedine felicitatibus suis, per quas non ad beatitudinem, sed ad praerupta sunt ducti: haec vero nostra praecepta, et simplicis verique Dei mysteria, praeter vitam perpetuam quam purissimis virtutibus pollicentur, etiam haec saecularia et necessario qui nati sumus eventura mitigare. Et usus es validissimo exemplo recentis calamitatis, quo licet firmissime causam muniveris, tamen si utrumvis licuisset, id tibi nolueram suffragari. Sed quando orta inde fuerat convincendorum stultitiae querela, necesse fuit inde argumenta veritatis accersere.

EPÍSTOLA CLIV. Macedonio a Agustín, significándole que ha cumplido lo que de él tan modestamente había pedido; y también que ha leído sus libros con gran placer y admiración. Al señor merecidamente venerable y verdaderamente de admirar, padre AGUSTÍN, obispo, MACEDONIO.

1. De modo maravilloso me veo afectado por tu sabiduría, tanto en aquellas cosas que has publicado como en estas que, intercediendo por los malvados, no te gravas en enviar. Pues tanto tienen aquellas de agudeza, de ciencia, de santidad, que nada hay por encima de ellas: y estas tienen tanto de modestia que, si no hago lo que mandas, juzgo que la culpa permanece en mí, no que está en el negocio, señor merecidamente venerable y padre verdaderamente de admirar. Pues no insistes (lo que hacen la mayoría de los hombres de ese lugar) para extorsionar cualquier cosa que solicito quieras; sino que amonestas con servicial modestia lo que te ha parecido pedible a un juez ligado por tantos cuidados, la cual es la máxima eficacia de las cosas difíciles entre los buenos. Por lo cual, inmediatamente concedí el efecto de su deseo a los encomendados: pues ya antes había abierto el camino de la esperanza.

2. He desplegado tus libros; pues no eran tan lánguidos o inertes que me permitieran ocuparme de otra cosa que de ellos mismos: me han echado mano y, arrebatado de otras causas de solicitud, me han ligado con sus vínculos (así Dios me sea propicio), de suerte que estoy en duda de qué admirar más en ellos: si la perfección del sacerdocio, los dogmas de la filosofía, el pleno conocimiento de la historia o la suavidad de la elocuencia, que de tal modo puede atraer incluso a los inexpertos, que hasta que no los terminan no desisten, y cuando los han terminado, todavía los requieren. Pues han sido convencidos los impudentemente pertinaces de que, ya desde aquellos buenos siglos que mencionan, por la oscuridad de la naturaleza de las cosas, han sucedido cosas peores, y de que eran falsas todas sus felicidades untadas con cierta dulzura, por las cuales fueron conducidos no a la bienaventuranza, sino a los precipicios: estas nuestras enseñanzas, en cambio, y los misterios del Dios sencillo y verdadero, además de la vida perpetua que prometen a las más puras virtudes, mitigan también estas cosas seculares que necesariamente han de suceder a quienes hemos nacido. Y usaste un validísimo ejemplo de una reciente calamidad, con el cual, aunque has fortificado firmísimamente la causa, sin embargo, si cualquiera de las dos cosas hubiera sido lícita, no habría querido yo que eso te apoyara. Pero cuando de allí había nacido la queja de la necedad de los que debían ser convencidos, fue necesario de allí traer los argumentos de la verdad.

3. Haec interim occupatus aliis curis, quae etsi vanae sunt, cum rerum exitum cogitamus, tamen quasi necessariae pro nascendi conditione, rescripsi Si otium fuerit et superstes vita, etiam de Italia rescribam, ut tantae doctrinae opus debitis, etsi non satisfacientibus, remuneretur officiis. Incolumem laetamque Sanctitatem tuam Deus omnipotens aevo largissimo tueatur, domine merito desiderabilis, et vere suspiciende pater.

Epistola CLV.

Augustinus Macedonio, docens vitam beatam et virtutem veram non esse nisi a Deo.

AUGUSTINUS episcopus, famulus Christi familiaeque ejus, dilecto filio MACEDONIO, in Domino salutem.

CAPUT PRIMUM.

1. Quamvis sapientiam quam mihi tribuis, in me non agnoscam, tantae tamen erga me benevolentiae tuae tamque sincerae gratias ago debeoque plurimas; et meorum studiorum labores tali ac tanto viro placuisse delector: multo vero amplius, quod animum tuum charitate aeternitatis et veritatis, atque ipsius charitatis affectum divinae illi coelestique reipublicae, cujus regnator est Christus, et in qua sola semper beateque vivendum est, si recte hic pieque vivatur, agnosco inhiantem, video propinquantem, ejusque potiundae amplector ardentem. Inde quippe manat etiam vera amicitia, non pensanda temporalibus commodis, sed gratuito amore putanda . Nemo enim potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus veritatis: quod si gratis non fiat, nullo fieri pacto potest.

2. De qua re etiam philosophi multa dixerunt; sed apud eos vera pietas, id est verax veri Dei cultus, unde omnia recte vivendi duci oportet officia, non invenitur: non ob aliud, quantum intelligo, nisi quia beatam vitam ipsi sibi quodammodo fabricare voluerunt, potiusque patrandam quam impetrandam putaverunt; cum ejus dator non sit nisi Deus. Neque enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem.

3. Estas cosas he respondido entretanto, ocupado en otros cuidados que, aunque son vanos cuando pensamos en el fin de las cosas, son sin embargo como necesarios por la condición de nacer. Si hubiera ocio y vida restante, escribiré también desde Italia, para que la obra de tan gran doctrina sea remunerada con los debidos oficios, aunque no sean satisfactorios. Que el Dios omnipotente proteja a tu Santidad incólume y alegre por larguísimo tiempo, señor merecidamente deseable y padre verdaderamente de admirar.

Epístola CLV.

Agustín a Macedonio, enseñando que la vida bienaventurada y la virtud verdadera no proceden sino de Dios.

AGUSTÍN obispo, siervo de Cristo y de su familia, al amado hijo MACEDONIO, salud en el Señor.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Aunque no reconozco en mí la sabiduría que me atribuyes, doy sin embargo y debo muchísimas gracias a tu tan grande benevolencia para conmigo y tan sincera; y me deleito de que los trabajos de mis estudios hayan placido a tal y tan gran varón: pero mucho más porque reconozco a tu ánimo anhelando, veo que se aproxima, y abrazo ardiente por alcanzarlo, ese afecto de la caridad de la eternidad y de la verdad, y de la misma caridad hacia aquella divina y celestial república, cuyo regidor es Cristo, y en la cual sola se ha de vivir siempre y felizmente, si aquí se vive recta y piadosamente. Pues de allí mana también la verdadera amistad, que no debe pesarse por las ventajas temporales, sino estimarse por un amor gratuito. Pues nadie puede ser verdaderamente amigo de un hombre, si no lo ha sido primeramente de la Verdad misma: lo cual, si no se hace gratuitamente, de ningún modo puede hacerse.

2. Sobre cuya cosa también los filósofos dijeron muchas cosas; pero entre ellos no se encuentra la verdadera piedad, esto es, el verdadero culto del verdadero Dios, de donde conviene que se deriven todos los oficios del vivir rectamente: por ninguna otra cosa, según entiendo, sino porque quisieron fabricarse de algún modo la vida bienaventurada para sí mismos, y pensaron que debía ser realizada más bien que impetrada; siendo así que su dador no es sino Dios. Pues no hace bienaventurado al hombre sino quien hizo al hombre.

Nam qui tanta creaturae suae bona bonis malisque largitur, ut sint, ut homines sint, ut vigentes sensibus, valentes viribus, affluentes opibus sint; seipsum bonis dabit ut beati sint, quia ejus etiam hoc munus est ut boni sint. Illi vero qui in hac aerumnosa vita, in his moribundis membris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, auctores suae beatae vitae et quasi conditores esse voluerunt, velut propriis eam virtutibus appetentes, jamque retinentes, non ab illo fonte virtutum petentes atque sperantes, Deum superbiae suae resistentem sentire minime potuerunt. Unde in errorem absurdissimum lapsi sunt; ut cum asseverant etiam in Phalaridis tauro beatum esse sapientem, cogantur fateri vitam beatam aliquando esse fugiendam. Exaggeratis enim malis corporis cedunt, atque in eorum molestiis gravissimis abscedendum ex hac vita esse decernunt. Ubi nolo dicere quantum sit nefas seipsum hominem occidere insontem, cum omnino non debeat vel nocentem; unde in primo libro trium illorum, quos benignissime et studiosissime perlegisti, multa jam diximus (Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 17 et seqq). Sed certe consideretur, nec superbe sed sobrie judicetur quomodo vita beata sit, qua non sapiens retenta fruitur, sed illatis sibi manibus carere compellitur.

3. Est apud Ciceronem, in extrema, ut scis, parte quinti Tusculanarum libri locus, propter quod dico animadvertendus. Cum enim de caecitate corporis ageret, atque affirmaret etiam caecum beatum esse posse sapientem, multa dixit quae per aures percipiendo gauderet. Itemque si surdus esset, ea quibus oblectaretur ad oculos transtulit. Si autem utroque sensu orbaretur, et caecus surdusque fieret, non est ausus hinc ferre sententiam, eumque beatum dicere. Sed addidit etiam dolores gravissimos corporis, qui eum si non interemerint, ipse se interimat, et ad portum non sentiendi hac liberatus virtute perveniat. Cedit igitur sapiens immanissimis cladibus atque succumbit, in tantum ut eis cogatur et in seipsum homicidium perpetrare. Cui jam parcat ut illis careat malis, qui sibi ipse non parcit? Certe semper beatus est, certe beatam vitam in sua potestate constitutam, nulla vi potest ullius calamitatis amittere. Ecce in caecitate et surditate et atrocissimis cruciatibus corporis, aut amisit beatam vitam; aut si et in istis afflictionibus adhuc beata est, fit per hujuscemodi doctissimorum hominum disputationes, ut sit aliquando beata vita quam sapiens ferre non possit; vel, quod est absurdus, quam sapiens ferre non debeat, eamque fugiat, abrumpat, abjiciat, seseque ab ea ferro etiam, seu veneno, vel alia voluntaria morte subducat;

Pues quien tantos bienes de su criatura otorga a buenos y malos —que existan, que sean hombres, que estén vigorosos en los sentidos, fuertes en las fuerzas, abundantes en las riquezas—, se dará a sí mismo a los buenos para que sean bienaventurados, porque es también don suyo que sean buenos. Pero aquellos que en esta vida penosa, en estos miembros moribundos, bajo esta carga de carne corruptible, quisieron ser autores de su vida bienaventurada y como sus fundadores, buscándola como por sus propias virtudes, y ya reteniéndola, no pidiéndola y esperándola de aquella fuente de las virtudes, de ningún modo pudieron sentir a Dios resistiendo a su soberbia. De donde cayeron en un error absurdísimo; de suerte que, cuando aseguran que incluso en el toro de Falaris es bienaventurado el sabio, se ven compelidos a confesar que la vida bienaventurada a veces debe ser rehuida. Pues ceden a los males exagerados del cuerpo, y en sus molestias gravísimas deciden que se debe salir de esta vida. Donde no quiero decir cuán gran necedad es que el hombre se mate a sí mismo siendo inocente, cuando no debe hacerlo en absoluto ni siquiera siendo culpable; sobre lo cual, en el primer libro de aquellos tres que tan bondadosa y estudiosamente has leído, ya dijimos muchas cosas (Lib. 1 de Civit. Dei, cap. 17 y ss.). Pero ciertamente considérese, y júzguese no soberbia sino sobriamente, de qué modo la vida es bienaventurada si el sabio no goza de ella reteniéndola, sino que se ve compelido a carecer de ella poniéndose las manos encima.

3. Hay en Cicerón, en la última parte, como sabes, del quinto libro de las Disputaciones Tusculanas, un pasaje que por lo que digo debe ser advertido. Pues cuando trataba de la ceguera del cuerpo, y afirmaba que incluso un sabio ciego puede ser bienaventurado, dijo muchas cosas que se gozaría en percibir a través de los oídos. E igualmente si fuera sordo, trasladó a los ojos aquellas cosas con las que se deleitaba. Pero si fuera privado de ambos sentidos, y se volviera ciego y sordo, no se atrevió a dar una sentencia sobre esto, y a llamarlo bienaventurado. Pero añadió también los dolores más graves del cuerpo, los cuales, si no lo mataran, él mismo se mataría a sí mismo, y llegaría al puerto del no sentir liberado por esta virtud. Cede, pues, el sabio ante los desastres más inmensos y sucumbe, hasta tal punto que se ve compelido por ellos incluso a perpetrar un homicidio sobre sí mismo. ¿A quién perdonará ya para carecer de aquellos males, quien no se perdona a sí mismo? Ciertamente siempre es bienaventurado, ciertamente no puede perder por ninguna fuerza de ninguna calamidad la vida bienaventurada (beata vita) constituida en su propia potestad. He aquí que en la ceguera y la sordera y los suplicios más atroces del cuerpo, o bien perdió la vida bienaventurada; o si incluso en estas aflicciones todavía es bienaventurada, resulta por las disputas de tales hombres doctísimos que la vida bienaventurada es a veces la que el sabio no puede soportar; o, lo que es absurdo, la que el sabio no debe soportar, y la rehúye, la rompe, la arroja, y se sustrae de ella incluso por el hierro, o el veneno, o por otra muerte voluntaria;

ut in portu non sentiendi vel nullus omnino sit, quod Epicurei, et si qui alii simili stultitia, putaverunt; vel ideo beatus, quoniam fuerit ab illa beata vita, tanquam ab aliqua peste liberatus. O nimium superba jactantia! Si beata vita est in cruciatibus corporis, cur non in ea manet sapiens ut fruatur? si autem misera est, quid, obsecro te, nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret Deum, ne justo et misericordi supplicet, qui potens est et vitae hujus mala vel avertere vel mitigare, vel ad ea toleranda fortitudine armare, vel ab eis omni modo liberare, et post haec vere beatam vitam dare, quo nullum malum admittatur, et ubi summum bonum nunquam amittatur?

4. Hoc piorum praemium est, cujus adipiscendi spe vitam istam temporalem atque mortalem, non tam delectabiliter quam tolerabiliter ducimus, et mala ejus tunc bono consilio et divino munere fortiter ferimus, cum bonorum aeternorum fideli Dei promissione et fideli nostra exspectatione gaudemus. Ad hoc nos exhortatus apostolus Paulus ait, Spe gaudentes, in tribulatione patientes (Rom. XII, 12): ostendit enim quare in tribulatione patientes, praemittendo, spe gaudentes. Ad hanc spem exhortor per Jesum Christum Dominum nostrum. Hoc enim Deus ipse magister, latente majestate divinitatis, et carnis infirmitate apparente, non solum sermonis oraculo docuit, verum etiam suae passionis et resurrectionis exemplo roboravit. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia debeamus sperare monstravit. Cujus et illi gratiam mererentur, nisi elati inflatique superbia, inaniter conarentur istam vitam beatam ipsi sibi facere, quod solus Deus veraciter cultoribus suis, post hanc vitam se largiturum esse promisit. Sanior quippe est ejusdem Ciceronis illa sententia, ubi ait: Nam haec vita quidem mors est, quam lamentari possem, si liberet (Cic. in Tusc. Quaest.). Quomodo ergo si recte lamentatur, beata comprobatur; ac non potius quoniam recte lamentatur, misera esse convincitur? Quare assuesce, obsecro te, vir bone, beatus esse interim spe, ut sis etiam re, cum pietati perseverantissimae retribuetur merces felicitatis aeternae.

para que en el puerto del no sentir o bien no sea nada en absoluto, lo cual pensaron los epicúreos y si algunos otros por similar estulticia; o bien sea bienaventurado por esto, porque fue liberado de aquella vida bienaventurada como de alguna peste. ¡Oh jactancia demasiado soberbia! Si la vida bienaventurada está en los tormentos del cuerpo, ¿por qué no permanece en ella el sabio para gozar de ella? pero si es mísera, ¿qué, te ruego, sino la soberbia (typhus) impide que lo confiese, que ore a Dios, que suplique al justo y misericordioso, que es poderoso tanto para apartar o mitigar los males de esta vida, como para armar con fortaleza para tolerarlos, o para liberar de ellos de todo modo, y después de esto dar la vida verdaderamente bienaventurada, donde no se admita ningún mal, y donde el sumo bien nunca se pierda?

4. Este es el premio de los piadosos, por cuya esperanza de alcanzarlo llevamos esta vida temporal y mortal, no tanto deleitable como tolerable, y soportamos sus males fuertemente entonces por el buen consejo y el don divino, cuando nos gozamos en la fiel promesa de Dios y en nuestra fiel expectativa de los bienes eternos. A esto el apóstol Pablo exhortándonos dice: Gozosos en la esperanza, sufridos en la tribulación (Rom. 12, 12): pues mostró por qué sufridos en la tribulación, anteponiendo gozosos en la esperanza. A esta esperanza exhorto por Jesucristo nuestro Señor. Pues esto Dios mismo maestro, oculta la majestad de su divinidad y apareciendo la debilidad de la carne, no solo enseñó por el oráculo de su palabra, sino que también lo robusteció con el ejemplo de su pasión y resurrección. Pues en la una mostró qué cosas debemos tolerar, en la otra qué cosas debemos esperar. De quien también ellos merecerían la gracia, si no fuera porque elados e hinchados por la soberbia, inútilmente intentaran hacerse para sí mismos aquella vida bienaventurada, que solo Dios verdaderamente prometió que daría a sus cultivadores después de esta vida. Pues más sana es aquella sentencia del mismo Cicerón, donde dice: Pues esta vida ciertamente es muerte, la cual podría lamentar si fuera libre para ello (Cic. in Tusc. Quaest.). ¿Cómo, pues, si rectamente se lamenta, se aprueba como bienaventurada; y no más bien, puesto que rectamente se lamenta, se convence de ser mísera? Por lo cual acostúmbrate, te ruego, varón bueno, a ser bienaventurado mientras tanto en la esperanza, para que lo seas también en la realidad, cuando se retribuya a la piedad perseverantísima la merced de la felicidad eterna.